



i 11815292

21
16-8675



R. 1279

Dionys. Lambinus Monstroliensis, Græcarum
litterarum Lutetiæ doctor Regius,
ERRICO VALESIO, ANDIVM DVCI,
REGIS CHRISTIANISS. CAROLI NONI
Fratri, liberalissimo, & maximi ani-
mi Principi, P. S. D.

V M semper antea bonarum litterarum
studium mihi ad innumerabileis animi mo-
lestias, quas fert vita, leniendas, & mode-
ratè ferendas, tranquillumque animi sta-
tum comparandum, magno adiumento
fuisse expertus sim, Errice Valefi, princeps clarissime, & ge-
nerosissime: tum superioris anni tumultu civili, pæne dicam,
salutem attulisse cognoui. Nam cum Galliam, communem
omnium nostrum parentem, bello domestico ardere, multos-
que ad hoc incendium amplificandum undique conuolare,
paucos ad restinguendum accurrere viderem, incredibilique
animi dolore ex calamitate reip. afficerer: quibus in rebus il-
lo tam atroci, & turbulento tempore acquiescerem, aut un-
de potissimum tanto marori vel remedium, vel alleuamen-
tum quaererem, præter libros & litteras, reperire non potui.
Quamvis enim illius belli civilis secundi initium in id tempus
inciderit, quo tempore docendi munus mihi, ceterisq; collegis
meis, doctoribus Regiis, post intermissiones vsitatas, & mo-
re maiorum concessas, repetendum erat, neque me à meo ne-
cessario docendi munere tanta reip. perturbatio, ciuitatisq;
trepidatio abduxerit, cum præsertim viderem, omneis bo-
narum artium magistros ac doctores in huius scholæ uni-
uersæ gymnasis suas docendi parteis diligenter agere: non

Dionys. Lambinus Monstroliensis, Græcarum
 litterarum Lutetiæ doctor Regius,
 ERRICO VALESIO, ANDIVM DVCI,
 REGIS CHRISTIANISS. CAROLI NONI
 Fratri, liberalissimo, & maximi ani-
 mi Principi, P. S. D.



V M semper antea bonarum litterarum
 studium mihi ad innumerabileis animi mo-
 lestias, quas fert vita, leniendas, & mode-
 ratè ferendas, tranquillúmque animi sta-
 tum comparandum, magno adiumento
 fuisse expertus sim, Errice Valefi, princeps clarissime, & ge-
 nerosissime: tum superioris anni tumultu civili, pene dicam,
 salutem attulisse cognoui. Nam cum Galliam, communem
 omnium nostrúm parentem, bello domestico ardere, multós-
 que ad hoc incendium amplificandum undique conuolare,
 paucos ad restinguendum accurrere viderem, incredibili que
 animi dolore ex calamitate reip. afficerer: quibus in rebus il-
 lo tam atroci, & turbulento tempore acquiescerem, aut un-
 de potissimùm tanto marori vel remedium, vel alleuamen-
 tum quærerem, præter libros & litteras, reperire non potui.
 Quamuis enim illius belli civilis secundi initiúm in id tempus
 inciderit, quo tempore docendi munus mihi, ceterisq; collegis
 meis, doctoribus Regiis, post intermissiones vsitatas, & mo-
 re maiorum concessas, repetendum erat, neque me à meo ne-
 cessario docendi munere tanta reip. perturbatio, ciuitatisq;
 trepidatio abduxerit, cum præsertim viderem, omneis bo-
 narum artium magistros ac doctores in huius scholæ uni-
 uersæ gymnasiis suas docendi parteis diligenter agere: non

tamen hæc mea quotidiani muneris functio ita me tenere poterat occupatum, ut à præsentium malorum, quæ quotidie ante oculos versabantur, cogitatione animum auocare posset. Porro autem ut vel miles castra sequeretur, vel armatus in urbe volitarem, homo rei militaris imperitus, & ad bellum ineptus natura, semperque in litteris usque à puero versatus, & quod caput est, corpore imbecillo, & ætate iam ingrauescente, animum inducere non poteram: & verò si hoc facerem, æquè me ridiculum hominibus futurum existimabam, atque si bos piger venari, aut in stadio currere conaretur: ceteroquin ad patriam, & religionem Christianam antiquam, & *ἡθρολιχὴν*, nobisque à maioribus per manus traditam, retinendam, ac defendendam, animo & voluntate promptus ac paratus. Itaque, quod ipse per me efficere atque exsequi nequibam, id per aliam personam, communi omnium bonorum civium incommodo, periculòque excitatus, & communi dolore commotus, subrogato meæ operæ, meique laboris vicario, homine tractandorum armorum non imperito, libenter, & diligenter obibam: qui pro me & noctu statis diebus excubabat, & interdum ad certam urbis portam in præsidio stabat: quod ab illo usque tempore ad hodiernum diem fieri desitum non est, propterea scilicet quòd res ne pace quidem constituta, ut pote parum certa & firma, satis tranquillata fuerunt. Sedulitatem autem eorum, qui vel corporis robore pollentes, vel ætatis maturitate florentes, vel in laboribus militaribus exercitati, pro patria, pro aris & focis, pro reip. statu, pro regni incolumitate, pro religione denique arma capiebant, seque ipsi in discrimen capitis offerebant, non solum laudabam, verum etiam emulari cupiebam. Imperatam ac descriptam in capita, aut in ostia ad belli

sumtus tolerandos pecuniam, pro facultatum mearum tenuitate conferebam, ceteraque munera & onera ciuilia mihi communiter cum aliis ciuibus à præfectis urbanis imposita, æquo animo subibam, ac sustinebam. Cùm igitur patriæ in pessimum locum certorum hominum culpa adductæ, neque consilio, neque lacertis, neque facultatibus rei familiaris magnopere opitulari possem: consilio, quia, cùm priuatus sim, in consilium publicum non adhibeor: lacertis, quia ætas, & imbecillitas corporis, & inualetudo ab hoc munere fungendo me vindicant: facultatibus, quia res mea familiaris eiusmodi est, ut, quantulumcumque de ea detrahatur, ac decedat, id mihi quidem & meis valde incommodum sit futurum, fiscum autem non multo plenior sit facturum: cùmque non solum ex præsentibus, verum etiam ex impendente toti Gallie calamitate, & vastitate maiorem animo, quam ut eam ferre possem, molestiam caperem: unum solatium, unumque adeò perfugium nactus sum, quo uterer, musas & litteras. Quæ cùm latè pateant, cùmque non vnius generis sint: (nam partim philosophorum disputationibus, partim poetarum carminibus, usque multum inter se dissimilibus, partim oratorum dictionibus, atque actionibus, partim historicorum narrationibus continentur:) oratores & poetas, ut parum ad eam rem, quam quærebam, uti-
leis, in præsens tempus seposui. Philosophi & historici restabant, quorum lectio mihi maximè animi molestias abstergere posse videretur. Ex his igitur duobus scriptorum generibus cùm viderem, philosophos res præclaras illas quidem, & vehementer ad usus vitæ quotidianæ, animique tranquillitatem utiles, litteris mandasse: sed vel non omnibus facileis, vel non omnibus probabileis, nimis que ferè ab ha-

minum sensibus, & vulgi opinionibus remotas: magis denique ad cognitionem, mentis que agitationem, quam ad actionem accommodatas: historicos sumsi, ac delegi, quibus illo quidem tempore me totum traderem: idque eo magis, quod volebam totam hanc lectionem, quam institueram, ac susceperam, non mihi solùm, sed etiam omnibus hominibus, qui bonis artibus eruditi, & litteris politi sunt, fructum aliquem ferre. Cùm itaque hoc consilium cepissem, ut meae vigiliae multis prodesse, historicosque omnes Græcos, ac Latinos, aut, ne mentiar, probatissimos, ac nobilissimos, maximeque ad eam rem, quam meditabar, & moliebar, necessarios, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, Plutarchum, Diodorum Siculum, Appianum, Sallustium, T. Liviū, Cornelium Tacitum, & nonnullos alios simileis, accuratè perlegissem: existimaui, me, si, quæ ab illis de excellentibus, & præstantibus Græciæ, & Italiæ, & Asiæ imperatoribus, multis verbis exposita sunt, ea ad Aemilium Probum, seu Cornelium Nepotem (non enim satis constat, quis sit harum vitarum scriptor) illustrandum, quibus in locis breuior, atque iccirco obscurior esset, congestissem, & contulissem: ad propositum mihi huius mei consilij finem facillimè peruenturum. Fuit porro mihi, (verè loquar) harum commentationum conscriptio, & confectio, operosa illa quidem, & laboriosa, sed tamen dulcis & iucunda. Nam primum aberrationem à molestiis, quam optabam, & querebam, hinc sum consecutus: deinde non parua voluptate afficiebar, cùm multorum seculorum historiam iucundissimæ varietatis plenam, clarorum virorum aliorum optabileis, aliorum miserabileis exitus, magnorum imperatorum res vel secundas, vel aduersas, rerum publicarum commutationes,

urbium oppugnationes, & euersiones, potentium regum fortunas prostratas, atque afflictas, bellorum & externorum, & domesticorum calamitates, populorum iracundias, & insanias, cetera huius generis innumerabilia cognoscebam, & considerabam. postremò legentem me & scribentem, & singula suo loco disponentem, ac digerentem mirificè excitabant litteræ tuæ, sexdecim circiter ab hinc menses ad me datae, breues illa quidem, sed tamen liberalitatis & singularis in litteratos & eruditos viros amoris plenæ: quibus, præterquam quòd mihi significabas, libros Aristotelis de optima reip. administrandæ forma à me Latinitate donatos, quos tuo nomini consecraram, & ad te mittendos curaram, fuisse gratissimos, atque acceptissimos, præterea ascribebas, si te hoc modo studiorum meorum participem facere perseuerarem, maximam abs te, pro eo, quanti me, meique simileis, faceres, & omni vitæ tempore facturus esses, gratiam initurum. ad extremum hac clausula utebare, iudicij istius tui, quo mihi, ac nostri ordinis hominibus plurimum tribueres, optimam ac promptissimam voluntatem faciendi mea causa quamcumque occasionem nactus esses, si quid abs te postulandum esse existimarem, comitem assiduam, & perpetuam futuram. Quem non vel ignauissimum ac tardissimum tam liberales, & munificæ litteræ, & à tali tantoque principe missæ ad scribendum incitarent? quis non tanta spe proposita omneis corporis & animi labores perferret, omneisque ingenij vireis contenderet, ut aliquid tanti principis expectatione dignum ederet? Sic igitur feci: hoc est, maximam diligentiam adhibui, summoque studio elaboravi, ut Aemilius Probus, siue, ut alij volunt, Cornelius Nepos, hac nostra editione non solùm quàm emendatissimus, verum

etiam nostris commentariis quàm ornatissimus, & quàm explicatissimus in publicum sub tuo nomine prodiret. Quamquam, ne quid dissimulem, maiora paro. Cogito enim res vestras gestas, eas, inquam, quas tu, & frater tuus Carolus, rex Christianissimus, & augustissimus, & gestistis iam, & geretis, litteris mandare, memoriaeque sempiternae prodere, si modò vos operam meam non aspernabimini, & si mihi vita suppetet. Quamuis enim vestrorum in reipub. meritorum, vestrarumque rerum bene, fortiterque gestarum aliam fortasse mercedem non desideretis, quàm conscientiam rectae voluntatis, & testimonium bonorum, qui hodie viuunt: tamen laus posteritatis, & gloria sempiterna, quae sine litterarum monumentis constare non potest, non est pro nihilo putanda. Hanc enim fortissimi, & omnibus virtutibus praestantes viri non contemserunt. neque id immeritò. Gloria enim, quae laus est recte factorum, magnarumque in reipub. meritorum, fructus est verae virtutis honestissimus, unaque res est, quae vitae breuitatem posteritatis memoria consoletur, ut scripsit optimus auctor quodam loco. Nam praeter illam immortalitatem, quam nos religionis Christianae sacris initiati, & diuinis oraculis confisi post hanc vitam, quae corpore, & spiritu continetur, cuiusque curriculum breuibus à natura terminis est circumscriptum, exspectamus, est & illa altera, quae in memoria virorum est posita, quàmque multorum saeculorum posteritas alet: quae sine litterarum praesidio suum ius tueri non potest. Sed hac de re aliàs. Nunc ad hoc quod agimus. Hoc igitur multorum dierum, multarumque noctium opus, Errice princeps magnanime, cum cuperem omnibus doctrina excultis hominibus mecum esse commune, sub tuo potissimum illustrissimo, &

mo, & auspiciatissimo nomine in eorum manus peruenire volui, primum ut tu, qui amore & studio in litteras ac literatos viros, Carolo regi Christianissimo, fratri tuo nihil concedis, primus utilitatem aliquam ex hoc meo labore, si qua omnino capi potest utilitas, perciperes: deinde ut omnes viri liberali doctrina ornati, qui nostras in hunc scriptorem commentationes in manus sument, siquid sibi eas profuisse sentient, huius rei tibi potius, qui mihi tam acreis ad scribendum stimulos admoueris, quàm mihi, gratiam habeant. Noli autem existimare, Errice, huius libri lectionem nihil, aut parum tibi profuturam. Quamuis enim tu iam vel ortu ipso, & stirpe generis, ac seminis, vel spe, atque indole virtutis, his omnibus imperatoribus antecellas: quia tamen tua aetas, (non enim dicam tua animi magnitudo) ab eis rerum gestarum amplitudine, gloriâque superatur: persuasum tibi esse debet, magno tibi adiumento fore ad gloriam bellicam, cuius tu studio inflammatus es, ut par est adolescentem tali loco natum, comparandam, si non solum domestica, quibus abundas, maiorum tuorum, eorundemque Galliae regum, verum etiam externa praestantissimorum, & clarissimorum Graeciae, & Italiae, & Asiae ducum exempla, tibi ipse ad imitandum, seu potius ad superandum, proponas. Quemadmodum enim Themistocles cum assidue in publico noctu ambularet, somnumque capere non posset, amicis causam quaerentibus respondebat, se Miltiadis tropaeis è somno excitari: ita tu cum ab Aemilio Probo, siue Cornelio Nepote commemorari audies non solum communis horum omnium imperatorum, quorum hic res gestas scripsit, sed etiam uniuscuiusque proprias virtutes, ut Themistoclis sollertiam, & prudentiam, & celeres ingenij mo-

tus: Aristidis iustitiam, atque abstinentiam: Cimonis liberalitatem & munificentiam: Thrasybuli fidem, constantiam, & animi magnitudinem: Agesilai religionem & modestiam: Eumenis Cardiani vigilantiam & patientiam: Phocionis bonitatem, & in sententia perseverantiam: Timoleontis clementiam, & moderationem animi cum incredibile felicitate coniunctam, aliorumque precipuas quasdam, & singulares virtutes: hæc, inquam, multaque generis eiusdem cum apud hunc scriptorem leges: igniculi isti plurimarum, diuinarumque virtutum tibi à natura dati, quamuis quotidie per se emicantes, tamen his veluti fomentis magis ac magis in dies excitati, maximum sument incrementum, clarissimumque lumen in omneis terrarum oras longè latè que diffundent. Neque verò eorum virtutes solùm, & fortia, laudabiliaque facinora, & res bene gestas: verùm etiam vitia, & offensiones, & peccata, & res malè gestas cognoscere iuuabit. Quemadmodum enim virtutis pulchritudo, & honesti species sua sponte adolefcentis bene à natura informatos ad se allicit: ita vitij deformitas, & turpitudinis spurcicies alienat ac deterret. Nam quem honesto loco natum, & liberaliter educatum, atque institutum adolefcentem non Lysandri perfidia, & crudelitas: Pausaniæ superbia, & contumacia, & sceleratus in patriam animus: Tissaphernis periurium, & impietas: Alcibiadis morum inæqualitas, & ingenij mobilitas, & inconstantia, & luxuria, & intemperantia: Dionysii tyranni Siculi prioris seuitia, & inhumanitas, & importunitas: posterioris libido, & incontinentia, & iniustitia: C. Terentij Varronis arrogantia, ac temeritas, cetera denique propria quadam singulorum vitia, & flagitia non offendunt, atque à similibus fa-

ctis reuocant ac retrahunt? Quamuis autem tu maximo negotio à fratre tuo Carolo rege nostro (cuius regnum deus optimus maximus incolume seruet) præpositus, & in bello difficili, periculosoque gerendo occupatus, & iis, qui religionem nobis à maioribus traditam, atque usu receptam improbant, aliàmque publicè profiteri, & colere sibi licere, exercitu comparato, & urbibus Gallie occupatis postulant, obistere ac repugnare iussus, vix satis vacui temporis habere videare, quod talium narrationum auditioni, nedum librorum lectioni impertias: non putavi tamen, me munus intempestiuum, aut à castris alienum, ad te missurum, si Aemilium Probum, siue Cornelium Nepotem, commentationibus nostris explanatum, atque illustratum ad te misissem. Nam si quod aliud scriptorum genus tibi donassem, ut philosophum aliquem, aut poëtam: (quamquam præstantes quidam imperatores philosophos quondam, & poëtas non solùm in prouincias, verùm etiam in castra secum duxisse narrantur) verùm tamen si taleis scriptores ad te misissem, fortasse temporis & loci rationem non habuisse videri possem. Nunc autem cum historicum, & eum historicum, qui varia bella multis antè sæculis gesta, præliaque commissa refert, tibi bellum administranti, & in castris versanti, donem: videri non debeo munus à θεοδότηρον, aut non satis opportunum, ad te perferendum curauisse. Iam verò si qua tibi in commentariis nostris obscuriora videbuntur: (quamquam nequid esset, operam dedimus. nihil enim Græcè scriptum à nobis relatum est, quod non continuo Latinè reddiderimus) verum tamen si quid erit eiusmodi, ut id non facile intelligere queas, quòd te penitus iam in litterarum studia ingressum, cum magnos in eis progressus fecisses, tempora

Reip. ad rerum maiorum curas, & magis necessarias cogitationes à libris quasi in medio cursu auocarunt: habes Io. Paullum Seluam, antistitem ecclesiae D. Flori, virum eruditissimum, & in omnibus liberalibus doctrinis diu, multumque versatum, olim doctorem tuum: qui tibi res obscuras declarabit, difficileis explanabit, impeditas expediet, atque explicabit. Nam, ut fratri tuo Carolo, regi nostro, ab inuente aetate doctor contigit cum singulari doctrina praeditus, tum linguae Graecae cognitione omnibus, qui hodie viuunt, antecellens, aut certè nemini secundus, Iac. Amiotus, nunc magnus eius eleemosynarius, & D. Cornelij cenobiarcha: ita tu Seluam puer nactus es, virum cum in primis doctum, tum prudentem, & sollertem animorum, ingeniorumque regionum fingendorum artificem. Habes praeterea Fr. Carnauletum, equitem auratum, custodem quondam ac rectorem tuum, virum non solum artibus omnibus militaribus, & virtutibus bellicis ornatum, verum etiam optimis disciplinis eruditum. Quare siue per te leges, ita ingenio vales, ut nihil te in his commentariis fugere, aut fallere queat: siue domesticorum tuorum, quos modo commemoravi, opera uti voles, omnia tibi plana erunt, & expedita. Vnum reliquum est, quod abs te petam, prius quam finem faciam, ut memor promissi tui, litteratis, & bonarum artium studiosis suffragari pergas, tibi que persuadeas, te beneficium, quod in eos conferes, bene collocaturum. Ij enim sunt, qui virtutes tuas ab obliuione vindicare, & eas suis eruditis scriptis, sine quibus illae parum ab inertis, & otiosa vita distarent, immortalitati commendare possunt. Quam multos enim praeter eos, quos vel poetae, vel historici sempiternae memoriae consecrarunt, multa fortiter fecisse, & optimè de rep. meritos

esse existimas, qui tamen nobis incogniti iacent? Innumera-
bileis scilicet. Quid ita? quia nullum suarum rerum bene-
gestarum nacti sunt praconem, aut praedatorem. Nam, ut
verè Flaccus cecinit, PARVM SEPULTAE
DISTAT INERTIAE CELATA
VIRTUS. Quare, ut tuae virtutes commemoratione
posteritatis sempiterna viuant ac vigeant, complectere, si
me audis Errice, Musarum sacerdotes, hoc est litteratos &
doctos viros, quibus cum res laudabileis, & praedicatione
dignas praebueris, ac tradideris, hi vicissim tibi earum rerum
testimonium, & praconium suis immortalibus scriptis con-
signatum reddent. Neque hoc tibi veniat in mentem, Mar-
ti cum Musis nihil esse commune. Nam vel hoc eò valet, ut
intelligamus, Musis in ipso belli strepitu, & clamore nullum
relinqui locum, non ut bellicae virtutes Musarum ope nihil
egeant: vel hoc esse falsum facile demonstrare possum, cum
summi imperatores alij poetarum carminibus monumentorum
suorum aditus exornarint, alij Martis manubias Musis
consecrarint. Vale, & rem benè gere. Lutetiae, a. d.
XII. Kal. Decembr. anno à salute hominum generi data,

CIO. IO. LXVIII.

Scribe in superiore epistola, pag. 6: versu 24. in memoria viuorum &c. pro
in memoria virorum. &c.

ãã 3

IDEM AD LECTOREM.

Historia scriptorem explicaturus, lector erudite, siue sit is *Amilius Probus*, ut pleriq; putant, siue *Cornelius Nepos*, ut nonnulli malūt, siue quis alius, nihil me alienū ab eo, quod suscepi, facturū esse arbitror, si prius quā ad negotium susceptū aggrediar, nonnulla primū de historia dicam, deinde de huius libri auctore, quibus temporibus eum vixisse existimem, & vtrius assentiar, iis ne, qui *Amilium Probum*, an iis, qui *Cornelium Nepotem* esse arbitrantur. Atque historiae quidem laudes si enumerare velim, longior habenda sit oratio, quā ut eas vel multa, & amplae paginae capere queant: nedum paucae & angustae pagellae continere possint. Sic igitur de historia dicam, non ut eius laudes persequi voluisse (rem & ab hoc loco ac tempore, & à meo instituto alienā) sed ut ne planē vi & natura historiae ignorata ad historiarum virorum totius Graeciae clarissimorum, & summorum imperatorum explicandam videar accessisse.

Dicta igitur historia est à Graeco verbo ἱστορίαν, quod valet inquirere, visere, inspicere, cognoscere, memoria tradere: vel à nomine ἵστωρ, quod significat scientem, & vsu peritum, & rerum cognitione praeditum: vel, ut vult *Plato* in *Cratilo*, ἱστορία τῶν πραγμάτων, id est, eò quòd sistat fluxionem. sistere fluxionem autem, est errorem comprimere, & ignorationem sedare. Nam qui sunt inscientēs & ignari, eorum vagatur animus, fluit, & labitur. quib. malis scientia liberat. Est autem historia rei gestae, ab aetate nostrae memoria propter vetustatem remotae, cognitio, seu inspectio. Cōuenit porro inter omnes, hanc esse primam historiae legem, ne quid falsi dicere historicus audeat: secundam, ne quid veri non audeat: tertiam, ut in rebus gestis scribendis, ac narrandis, ab omni perturbatione liber sit & vacuus, hoc est, ne quid vel odio, vel amore adductus scribat, aut nequa suspicio gratiae sit in scribendo, nequa simultatis: quae postrema lex prioribus illis duabus continetur. nam qui nihil falsi dicere audet, nihilque veri non audet: is ab omni affectu liber & solutus sit necesse est. Neque tamen satis est historico non esse mendacem, si talis esse debet historicus, ut debet, quales omnes fere Graeci fuerunt, hoc est, eruditus, disertus, copiosus: cuius generis sunt, *Herodotus*, *Thucydides*, *Ephorus*, *Timaeus*, *Theopompus*, *Ctesias*, *Xenophō*, *Polybius*, *Plutarchus*, *Dion*, *Appianus*, *Herodianus*, ceteri: non quales Latini veteres, *Cato*, *Victor*, *Viso*, qui rudes erant, & impoliti. Olim enim historia apud Romanos nihil aliud erat, quā annalium confectio, ut scripsit *M. Tullius* quodam loco. Itaque memoriae publicae retinendae causa ab initio rerum Ro. vsque ad *P. Mucium pontificem max.* res omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex max. referebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi: qui annales maximi nominabantur, inquit ille. Ex quo *T. Luuius*, & *Cornelius Tacitus*, & ante hos *Attius*, suos historiarum libros, annales appellarūt. Non est igitur, ut ceperam dicere, historico satis, non esse mendacem. Debet enim praeterea historici oratio esse illustris, & luculenta, non multo secus, quā orato-

ris. Regio saepe, aut pugna ab eo describenda: interponendae coniunctiones, & hortationes: explicandae causae rerum nouarum: ostendenda remedia incommodorum: ciuiliū commutationum ratio exponenda: vituperanda ea, quae vituperanda ducatur: laudanda quae ei recte facta videantur: quae omnia accuratè facere solent. *Xenophon*, *Polybius*, *Plutarchus*, *Diodorus Siculus*, *Herodianus*, ceteri Graeci: & ex Latinis *T. Luuius*, *C. Caesar*, *Cornelius Tacitus*. Itaque in eo fere historicus, & philosophus sunt inter se similes, quòd vterque vult prodesse docendo, hoc est, & ad virtutes cohortando, & à vitiis deterrendo. Hoc tantum inter hos interest, quòd philosophi disputatio in rebus vniuersis, & generib. pertractandis versatur: historici sermo potius parteis, & personas, & temporum momenta atque inclinationes, & res singulareis persequitur. Quo pluribus vtilior esse potest historia, quā philosophia, aut poetica. Poësis enim, ut scribit *Aristoteles* in libello de arte poetica, eo differt ab historia, quòd historia, ea, quae facta sunt, ita ut facta sunt, exponit: poësis verò qualia probabile est esse facta, fingit. Itaque hoc propius ad philosophiam accedit poësis, quā historia, quòd poësis res vniuersas, historia res singulareis tractat, ac demonstrat. Res autem vniuersas tractare ac demonstrare, est quali personae qualia dicta, factaque conueniant, verisimiliter docere: res verò singulareis explicare, est, verbi gratia, quid *Themistocles*, aut *Aristides*, aut *Alcibiades*, aut *Scipio Africanus*, aut *Pompeius Magnus*, aut aliquis alius egerint, quid de eis acciderit, narrare. Atqui non omnes homines ad rerum vniuersarum doctrinam, id est, ad philosophiam, apti sunt natura: sed ij tantum, qui ingenio sunt acuto, & sollerti, & ad cogitandum, contemplandumque idoneo atque accommodato. ad res singulareis autem percipiendas quilibet idoneus esse potest natura, qui modò sit homo tolerabilis, neque communis sensus expers. Nam rerum singularium, & personarum, & temporum, in quib. explicandis historia vertitur, cognitio, sub sensum cadit, atque ad sensum pertinet, neque subtilem illam mentis agitationem, quam in ideis, & principiis rerum, & primis causis, fixisque atque immotis cognoscendis desiderari philosophi dicunt, requirit: sed satis est ei, qui historias legere, & ex eis vtilitatem aliquam capere velit, mediocrius hominis iudicio, & sensu communi, & ea virtute, quae in delectu rerum bonarum ac malarum versatur, non carere. Quoniam autem historiam ad veritatem, tamquam ad finem, referri diximus, veritatisque in historia scribenda, prima & praecipua cura esse debet: secunda, & proxima voluptatis, contrariè planè atque in fabulis, in quibus voluptati quidem decipiendo rebus fictis, & falsis, modò probabilibus, auditore, maxime seruitur: veritatis verò nulla fere ratio habetur: Quoniam igitur historiae finis est veritas, oportet historicum non voluptatem lectoris omni ratione captare, neque vndique verborum sterculos, & orationis lenocinia, quibus lectorem demulceat, aucupari, & colligere, neque personarum casus, & rerum euenta, quibus lectorem aut terreat, aut admiratione afficiat, aut dulcedine titillet ac delectet, confingere, quae poëtis sunt vsitata: sed vtilitatem lectoris, rebus gestis, ita ut gestae sunt, exponendis, nihilque ad eas affingendo, spectare. Hoc enim à tragœdia maxime differt historia, quòd in illa quidem verbis speciosis, & figmentis rerum probabilibus oportet auditori in-

presens tempus consulere, immò verò partim timorem iniiciendo, partim spem
& voluptatem afferendo suum facere: in hac verò veris dictis, ac factis expli-
candis lectorem in perpetuum docere, & prudentiorem, cautiorem, meliorem
denique reddere. Neque tamen historia voluptate caret, quamvis eam data ope-
ra non querat: sed hæc non quæsitæ, neque arcessitæ, illam sequitur vltro, immò
verò cum illa coniuncta, & connexa est. Nam primùm utilitas ipsa, quæ ex hi-
storia percipiuntur, voluptatem parit: deinde, quod dictum mirum est, etiam ipsa re-
rum atrocium, & acerbarum, & tristium, & miserabilium narratio incredibili
quadam voluptate lectorem perfundit. Nihil est enim aptius ad delectatio-
nem lectoris (vt scribit M. Tullius in epistola ad L. Luceium) quàm temporum
varietates, fortunaq; vicissitudines: quæ etsi nobis optabiles in experiendo non
fuerunt, in legendo tamen sunt iucundæ. Habet enim præteriti doloris secreta re-
cordatio delectationem: ceteris verò nulla perfunctis propria molestia, casus a-
lienos sine vlllo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est iucundæ. Quem
enim nostrum ille moriens apud Mantinæam Epaminondas non cum quadam mi-
seratione delectat? qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, posteaquàm ei
percontanti dictum est, clypeum esse saluum, vt etiam in vulneris dolore, æquo
animo cum laude moreretur. Cuius studium in legendo non erectum Themisto-
clis fuga, obituque retinetur? Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos reti-
net, quasi enumeratione Fastorum. At viri sæpe excellentis ancipites, variæque
casus habent admirationem, expectationem, lætitiã, molestiam, spem, timorẽ:
si verò exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissimæ lectionis vo-
luptate. Hactenus M. Tullius. Videtur tamen hæc res distinctionem aliquam
desiderare. Nam cum videmus, adulteros, periuros, sceleratos, sicarios, impios,
patriæ proditores, tyrannos dare pœnas suis flagitiis & sceleribus dignas, non est
mirum, nos, qui rebus bonis delectamur, offendimurque contrariis, ex vitioforũ
& improborum supplicio voluptatem percipere: quemadmodum cum apud
Diodorum Siculum, aliõsque historicos legimus, Philomelum, & Onomarchum,
audaceis, & impios, & sacrilegos homines, cum Ictem, cum Dionysium Sicu-
lum minorem, cum Alexandrum phæum, cum Clodium, cum Casarem, cum
Neronem, & ceteros simileis tyrannos, dignos suis sceleratis factis, indomitisq;
atque iniustis cupiditatibus exitus habere, non immeritò latamur. Cum verò
Miltiadis, Themistoclis, Phocionis, Demosthenis, Pompeij Magni, Catonis, Cicero-
nis, & similibus virorum miserabileis casus, exitusque legimus, mirum est nos
ita dolore affici, vt tamen pariter delectemur. Cuius rei, cum attentius conside-
rare cœpi, duas rationes reperio: alteram, quòd cum hæc legimus, quanta sit for-
tunæ varietas, & mobilitas, quanta rerum humanarum imbecillitas, quanta na-
ture mortalis fragilitas, cognoscimus: & ita alieno periculo meliores efficiuntur:
quod discendi genus pulcherrimum est. Discere autem non modò res vtilis, &
serias, & necessarias, verum etiam inutiles & superuacaneas, & inaneis, in
rebus iucundis numeratur. Alteram, quòd ita natura comparatum est, vt, qui ex-
sunt aliquo loco aliena pericula, alienosq; casus aduersos, atque acerbos prospici-
unt, gaudent, non quòd cuiquam bono viro aliena incommoda voluptatem
afferant,

afferant, sed quòd se quisque magis amet, quàm alterum: atque ita cum alterum
ab aduersa fortuna grauius, miserèque iactari ac vexari videt, ipse saluus, inte-
ger, atque intactus: sua incolumitate magis, quàm aliena calamitate delectatur:
quod Lucretius præclare in proœmio libri secundi.

Suaue mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem,
Non quia vexari quemquam est iucunda voluptas:
Sed, quibus ipse malis careas quia cernere suaue est.

Cum enim plurimarum vtilitatum plena sit historia, tum has in primis habet,
hisque potissimum nominibus magna historicis habenda est gratia, primùm quòd
suis laboribus & vigiliis vitæ communi prodesse studentes, verumque ad vitam
vtilium doctrinam ab omni periculo vacuam, tradentes, hoc scripturæ genere
pulcherrimam ac tutissimam cognitionem lectoribus præbent. nam ea, quàm è
rerum singularium vsu consequimur, doctrina, magna mercede nobis constat:
rerumque earum, quæ ad bene, beatèque viuendum sunt vtilis, cognoscendarum
facultatem magno cum labore & periculo nostra nobis suppeditat, ac submini-
strat. Itaque sapientissimus & prudentiss. ille heroum vlysses multis detrimen-
tis acceptis, multisque laboribus exhaustis,

Multorum mores hominum cognouit & vrbis,

Ἰομῶν καὶ Πρωτων ἰδὲν ἄστρα, καὶ τοὺς ἔθνη.

inquit Homerus.

Ea verò, quæ ex lectione historiæ comparatur alienarum rerum siue secunda-
rum, siue aduersarum cognitio, omnium incommodorum expertem doctrinam in
se inclusam continet. Deinde quòd historici, omnes homines cognatione quadam
inter se coniunctos, sed temporib; & locis distantes & disinctos, sub vno qua-
si aspectu constituere, & in vna quadam tabula picta spectandos proponere co-
nantur, tanquam diuinæ providentiæ siue æmuli, siue administri atque adiuto-
res. Nam quemadmodum deus siderum atque astrorum ornatum pulcherrimè
distinctum ac discriptum, omniumque hominum mores, & naturas multum in-
ter se dissimileis, hoc cælum continenter, assiduèque versando, & circumagen-
do, ad communem quandam atque æqualem proportionem adducit, suamque
cuique quanta cuique debetur rerum fatalium (quarum ipse arbiter ac dominus
est) partem distribuit, ac dispensat: ita qui communeis orbis terrarum, tanquam
vnius ciuitatis, actiones descripserunt, libros suos vnius cuiusdam tabulæ, aut
officinæ, omnia, quæ olim facta sunt, continentis instar, lectoribus esse voluerunt.
Præterea scitum est ex aliena ignoratione & inscientiã, ad vitæ suæ conforma-
tionem aut emendationem exemplum sibi ac documentum sumere, & ad mul-
tipliceis, varios, atque ancipiteis huius vitæ casus, non eorum, quæ agenda sunt,
quæstionem, sed eorum, quæ rectè facta sunt, prosperèque euenerunt, imitationẽ
ante oculos positam habere. Tam verò quis est, qui non grandeis natu in consilio
dando, aut capiendo iuuenibus anteponit? At qui cognitio rerum ex historiæ le-
ctione comparata, tanto senum prudentiæ antecellit, quanto rerum cognitarum
ac perceptarum multitudine hæc ab illa superatur. Quare ad omnes vitæ fortu-
nas, casus, atates, colores vtilissimam esse cognitionis ex historiæ pctitæ accessio-

nem, merito quis esse iudicari. Nam iuuenib. senilem prudentiam affert: senib. prudentiam etate ac tempore partim auget: priuatos imperio, & potestate dignos efficit: magistratus & reip. gubernatores, vt bene de rep. merendo gloriam sibi immortalē cōparent, excitat: homines militaris laudib. & honorib. honeste morti propositis ad pericula pro patria aedeunda facit paratiores, atque alacriores: ignauios sempiternae ignominiae metu à flagitio & dedecore reuocat ac deterret. Quid multa? Propter spem laudis & gloriae ex bene factis ad se peruenturae alij vrbeis condiderunt: alij leges ciuitatibus vtilis ac salutares scripserunt: alij artes ac disciplinas hominum generi aut necessarias, aut opportunas, aut iucundas vel excogitarunt, vel amplificauerunt, vel expolierunt, atque illustrauerunt: alij vias publicas munierunt, pontesque impenso pretio vel nouos fecerunt, vel vetustate collapsos refecerunt: alij pro libertate & patria sese diis manibus deuouerunt, mortemque libenter, atque adeo alacriter oppetiuerunt. Iam vero hoc praeterea vtilitatis habet historia, quod reip. moderatorem, hoc est politicum, instruit, & ornatur exemplis vsque ab vltima hominum memoria, & à longè superiore etate repetitis: quae quanto sint ei adiumentum ad omnes reip. administrandae formas, atque partes, non necesse habeo pluribus verbis demonstrare, cum res ipsa per se sit clarissima, atque apertissima. Sed quod quidam existimant, aut nullam esse prudentiam, sine scientia politicam, aut eos, quos appellant Graeci politicos, esse reip. inuileis, ac perniciosos, minuenda est haec opinio, & quibus hoc persuasum est, hoc errore sunt liberandi. Cum igitur philosophi peripatetici philosophiam moralem in tres partes distribuunt, in rationem eam, quae vnius hominis bonum querit, quaeque proprio nomine moralis appellatur, quae denique in virtutum & vitiorum explicatione occupata est: in procurationem rei familiaris, quae aeconomica à Graecis dicitur: in prudentiam civilem, quae idem politicam nominant: neque dubitari, neque, in controuersia vocari debet, quin & philosophi morales sit de ciuitate regenda, ac rep. administranda disputare: & contra viri politici, singulorum hominum mores & naturas considerare, & conformare, & emendare: idque ex sententia Platonis, apud quem nihil ferè interest inter virum politicum, & philosophum moralem, & regali quadam potestate dignum, quem ille appellat basilicum. Tanto tamen praestabilior, & honoratior est prudentia civilis tum ratione rei familiaris tuendae, tum scientia vitae singulorum hominum bene ac beate instituendae, quanto ciuitatis, & multorum populorum, quam vnius hominis, aut paucorum hominum bonum exquirere maius, & optabilius, & perfectius est. Absurdum sit autem vnius cuiusque hominis vitam ad virtutem, & vitam beatam dirigendae, & rei familiaris tuendae artem esse aliquam conscribere: ciuitatis vero, & reip. regendae artem esse aliquam negare, cum praesertim rerum & actionum multo minorum ac leuiorum, vt terre subigendae, nauis gubernandae, ciitharae pulsandae, calcei efficiendi, & similia artem esse videamus, nihilque omnino ab homine sine arte, aut scientia, aliquo vsu comparata praecclare agi, aut effici possit. Quod si nauis saepe aut fluctibus obruitur, aut scopulis illisa frangitur vel quod imperitos gubernatores tacta sit, vel quod gubernatoribus careat: quanto credibilis est ciuitatem vel propter

eorum, qui eam regendam susceperint, inscientiam & culpam, vel quod a rectoribus careat, interitum? Ex quo intelligere licet, quam sit omnibus ciuitatibus optandum, vt bonos & sapientes, & temperantes, & abstinentes, & bene erga se animatos gubernatores consequantur. Nam qui tales sunt, saluti sunt ciuitatibus. contra quam sit eis horribile nancisci moderatores imperitos, insipientes, intemperantes, libidinosos, maleuolos, auaros, ac rapaces. Nam qui tales sunt, eueriores, & plane calamitates sunt ciuitatum. Quod autem is, quem paulo ante commemoravi, & lato scribit in eo dialogo, qui politicus inscribitur, fuisse quoddam tempus, cum homines à diis regerentur, vt nunc oues, & reliquae congregabiles animantes ab hominibus, hoc est ab opilionibus, & bubulcis, & similibus curantur & pascuntur: id eo consilio à Platone confectum esse arbitror, vt ostenderet, eos, qui reipubl. administrant, qui que ciuitatum gubernacula tenent, tanto eis, quos regunt, praestantiores esse debere, quanto opilio ouibus, & bubulcus bobus antecellit: quod item à Xenophonte quodam loco positum est. Quare qui scientiam civilem vel esse negant vllam, vel eos, qui ea instructi, atque ornati sunt, vituperant, & maledictis insectantur, partim grauissimè peccant, partim vehementer errant. Quae admodum enim nauis sine arte gubernandi salua ad portum peruenire nequeat: ita ciuitas sine prudentia civili perniciem atque interitum effugere nullo modo possit. Quid? potestne ciuitas sine legibus, sine iudiciis, sine facultate dicendi, sine disciplina, atque institutione puerorum, sine arte militari aut florere, aut diu incolumis permanere? nihilo magis, quam corpora nostra possunt sine manibus, & neruis, & sanguine, & spiritu consistere. Atqui legum scribendarum facultas, & ars dicendi, & institutio eorum, qui sunt in ciuitate, & iudiciorum constituendorum ratio, & disciplina militaris, prudentiae civili subiectae sunt, tanquam generi partes. Est enim politici & legum scribendarum rationem tenere, & iudicia constituere, & quae artes in ciuitate discendae sint, praescribere, & virum bellum suscipiendum sit, an paci consulendum, videre, & imperatorem idoneum bello gerendo praeponeere. Quin etiam quae ad religionem, & pietatem, & cultum diuorum pertinent, politici est, adhibitis tamen in consilium theologis ac pontificibus, ordinare, statuere, edicere, ac sancire: & ne vel sacra externa, & nouae caeremoniae in ciuitatem recipiantur, atque inducantur, vel patria instituta & ritus antiqui temere variantur, atque immutentur, prouidere. Qui autem politicos, hoc est ciuitatum regendarum scientia praeditos, vituperant si eos reip. male administrare arguunt, ij hominibus ipsis non scientiae civili maledicunt, & quod politici verbo profitentur, ac specie ostentant, id eos re non praestare conueniunt: si autem vel vno nomine politicos omnes ob id ipsum, quod politici sint, non propter aliam causam, improbos, sceleratos, atque impios esse dicunt, vel iis, qui quod nomine profitentur, id re praestant, hoc est, prudentibus, & cordatis, & sapientibus, & integris, & religiosi reip. gubernatoribus, obtemperandum esse negant: ij non tam homines ledunt, quam pro ordine & tranquillo ciuitatis statu, & otio communi, ac publico, omnium rerum perturbationem, & dissensionem, discordiamque civilem, & vitam immanem ac ferinam in reip. velle inducere videntur, & reip. salutem

ciuitatis interitum anteponunt, & leges, iurâque omnia perfringunt, ac peruertunt: totum denique ciuitatis statum, & omnia ciuiliſ ſocietatis vincula diſſoluunt, labefactant, & conuellunt. Quid eſt enim ciuitas ſine politico, id eſt, ſine rectore? quod grex ſine paſtore, quod nauis ſine gubernatore. Qualis porro eſt illa ciuitas, cui rector imperitus, aut in ciuē ſuos maleuolus, aut libidinoſus, aut auarus, aut iniuſtus præfectus eſt? qualis grex, cui paſtor imperitus, aut infidus, aut amator, aut carnifex, aut rapax præpoſitus eſt: qualis nauis, quæ ab inſciēte, aut ebrio, aut perfido gubernatore gubernatur. Præterea ſi nulla ars regendæ ciuitatis eſſet, ſapientia humana, quam philoſophiâ Græco nomine appellamus, eſſet inchoata, atque imperfecta. Nam cū artes omnes aut ad ſolam contemplationem pertineant, eaque ſola contentæ ſint, neque quicquam præterea requirant, vt pote quæ veritatem ſolam, quam petant, ſibi propoſitam habeant, quæ propriè ſcientiæ dicuntur: aut in actione quadam manente in eo, qui agit, neque vim ſuam in aliquam materiam externam expromente conſiſtant: aut opus aliquod efficere contendant, & in effectione, quæ in materiam externam tranſit, verſentur: neque artes ea, quæ ad efficiendum valent, neque ſcientiæ, quæ totæ in contemplatione, & cognitione veritatis occupatæ ſunt, ad ciuitatem regendâ vtilē eſſe poſſunt: hæc, quia ad ciuitates regendas ſola contemplatio ſatis non eſt, ſed actio præterea requiritur: illæ, quia qui rep. adminiſtrant, non efficiunt, ſed agunt: exempli gratia, non eſt philoſophi naturalis, aut geometræ, aut theologi, qui ſolam veritatem earum rerum, in quibus verſantur, intuentur ac ſpectant, quiſque in ſola contemplatione verſantur, rep. adminiſtrare: multo autem minus textoris, aut ſutoris, aut medici, qui arteis tractant. in effectione poſitas, quiſque rationem, quam in ſuis artibus adhibent, in opus aliquod extra ſe poſitum conferunt. Quod ſi quis dicat, nonnullos aliquando geometras, aut theologos, nonnullos etiam textores, aut figulos, aut ſimileis opifices, ciuitati regendæ præſuiſſe, quemadmodum accepimus, Agathoclem, antequam rex eſſet, figulū fuiſſe, P. Terentium Varronem ex lanio conſulem & imperatorem factum eſſe: ij non iam quæ geometræ, aut theologi, neque quæ textores erant, aut figuli, ſed quæ politici, rep. adminiſtrarunt. Præterea ſi ſcientiæ omnes & quæ in cognitione, & quæ in actione, & quæ in effectione verſantur, hominis cauſa reperta, & comparatæ ſunt: ciuitas autem omneſ alias ſocietates dignitate, & magnitudine, & amplitudine ſuperat, omneſque continet: quid dici poterit, quare philoſophia humana non ſit imperfecta, atque inchoata, ſi nulla eius pars, nullaque omnino ars, aut ſcientia ad ciuitatem regendam, & conſeruandam vſui erit? Quid eſt enim imperfectam eſſe, ſi hoc non eſt, arteis ac ſcientias leuioreſ, anguſtiores, inferioreſ, deterioreſ, & contemtioſioreſ reperiffet: grauiorem, amplioſem, ſuperiorem, præſtantiorem, & honoratiorem, atque adeo omnium grauiſſimam, ſupremam, præſtantiſſimam, & honoratiſſimam neglexiſſe, ac prætermiſiſſe? Politicam autem ſcientiam omnium ſcientiarum atque artium humanarum poſſe præſtantiſſimam, atque honoratiſſimam vel ex hoc intelligere licet, quod ceteræ omneſ ſingularis hominis cauſa inuenta ſunt, eaque vel corporis, vel animi, vel alicuius horum duorum partis gratia comparatæ ſunt, & ad hominem, tanquam

ad ſinem, referuntur. Scientia ciuiliſ verò ciuitatis gratia reperta, & comparata eſt. At homo ciuitatis & ciuiliſ ſocietatis pars minima, & ſimpliciſſima eſt, & quodammodo ciuitatis cauſa natus eſt. Quod ſi ciuitas hominiſ ſinis eſt, vt eſt: (homo enim ad ciuilem ſocietatem factus eſt:) ſequitur, eam artem, quæ ad ciuitatem regendam & tuendam, & conſeruandam reperta, & comparata ſit, iis omnibus artibus ac ſcientiis humanis, quæ hominiſ cauſa inuenta ſunt, longe præſtare. Quemadmodum enim Ariſtoteles lib. I. de moribus ad Nicomachum, docet, ſinem eius artis, cui alie artes ſubiectæ ſunt, artium illarum ſinibus eſſe præſtabiliorem, optabiliorem, & magis expetendum: ita & ea ars, cuius ſinis eſt optabilior, & magis expetendus, iis artibus præſtantiior, & melior eſt, quarum ſines minus ſunt optabileſ, minusque expetendi. Quæ cū ita ſint, ergo ſi philoſophia nullam regendæ ciuitatis rationem excogitauit: in minoribus & leuioribus artibus rependiſ elaborauit, maioreſ & grauioreſ, & honoratioſe neglexit. quo quid abſurdius dici, aut omnino fingi poteſt? Quare hoc tenendum eſt, eſſe artem aliquam, ſiue prudentiam, ſiue ſcientiam ciuitatum regendarum, & verumpubl. adminiſtrandarum, πολιτικὴν à Græciſ, ciuilem à Latiniſ appellatam: quæ ab Ariſtotele ἀρχιπολιτικὴν & πολιτικὴν, hoc eſt omnium aliarum artium humanarum princeps, & dominantiffima, & primaria, & quaſi imperatrix dicitur: cui cum hiſtoria proximè atque philoſophia maximo ſit adiumento, plurimaque exempla ex vltima antiquitate reperta ſuppeditet, quibus politicis inſtructuſ optimè rep. adminiſtrare, & ciuē ſuos quàm beatiſſimoſ efficere poſſit: accerrimo ſtudio expetenda, ſummisque laudibus ornanda hiſtoria eſt. Itaque non immeritò hiſtoria hiſ verbis cū ab aliis, tum à M. Tullio deſcribitur, ſiue potius commendatur, lex veritatis, vita memoria, magiſtra vita, teſtiſ temporum, nuntia vetuſtatiſ, cuſtoſ virtutiſ eorum, qui benè de hominibus meriti ſunt, vltimatrix iniuſtiæ, & crudelitatiſ, & impietatiſ tyrannorum, hominumque ſceleratorum, ac reip. pernicioſorum, & calamitoſorum. Poſtremò vidit Homeriſ in iis, quæ de Sirenum cantibus ſinxit, hiſtoriam hominibus eſſe vtilem ac iucundam. Non enim vocum ſuauiſtate, aut cantandi nouitate videntur eos, qui præteruehebantur, euocare conſueviſſe, ſed multarum rerum profeſſione ac promiſſione, ita vt homineſ diſcendi cupiditate capti, ad earum ſaxa adherere non recuſarent. Sic enim Vlyſſem inuitant:

O decus Argolicum, quin puppim huc ſtectiſ Vlyſſeſ,
Auribus vt noſtroſ poſſiſ cognoſcere cantuſ?
Nam nemo hæc vquam eſt traiectuſ cærule curſu,
Quin priuſ adſtiterit vocum dulcedine captuſ:
Poſt variuſ auido ſatiatuſ pectore muſiſ,
Doctior ad patrias lapſuſ peruenerit oraſ.
Noſ graue certamen belli, clademque canemuſ,
Græcia quam Troiæ diuino numine vexit,
Omniaque in latis rerum veſtigia terris.

En, pollicentur Vlyſſi multarum rerum cognitionem, & belli Troiani narrationem, rerumque in eo geſtarum explicationem: quæ ſunt hiſtoria propria mu-

nera. Cum tanta igitur utilitas cum incredibili voluptate coniuncta, ex lectione historiae capiatur: non immerito reprehendit Erodianus partim eos, qui hoc se suscepisse professi, ut res antiquas posteris prodant, historiamque conscribant: dum sempiternam eloquentiae, doctrinaeque famam quaerunt, ne si tacuerint, cum ignobili vulgo obscuri numerentur: non multum studij in rebus veris narrandis posuerunt: sed omnem fere suam curam in verborum leporem, orationisque concinnitatem, et structuram, compositionemque contulerunt, confisi, se, si quid fabulosum loquantur, ex narrationis dulcedine, fructum, ut arbitrantur, vberimum, ingenij laudem, consecuturos, neque tamen quemquam fore, qui accurate singula considerans, et perpendens, eorum mendacium refellat: partim eos, qui vel priuatis inimicitijs, odioque tyrannorum impulsii, vel ad reges insipientes assentatione delinquentes, falsis, et laudibus ornandos, vel ad ciuitatem aliquam, aut priuatum hominem laudandum prouecti, res contentas et paruas, et humileis scribendi facultate ad hominum famam veritate maiorem extulerunt. Illi enim primum leges historiae, veritate corrupta, migrauerunt ac violauerunt: deinde neque quam ipsi captarunt, ingenij famam, assecuti sunt, et quam fugere debuerunt, vanitatis infamiam, sibi contraxerunt, et confluauerunt.

Sed de historia satis. Nunc de scriptore nostro pauca dicamus. quem si ostendo, dixisse Pompeij Magni, et Caesaris, et Ciceronis, et Attici, et ceterorum eiusdem aetatis hominum temporibus, hoc est, quo tempore res publica Romana populari potentia, siue democratia: et optimatum principatu, siue aristocratia, gubernabatur: vinco, opinor, eum non floruisse Theodosio imperante, quod quidam volunt. Hoc igitur cum multis argumentis demonstrare possim, duobus contentus ero: quorum hoc erit primum, quod statim ab initio, et proaemio libri, Atticum nominatim appellat, ipsiq; adeo Attico librum inscribit, ac dedicat, ibi. Non dubito fore plerisque, Attice, qui hoc genus scripturae, et c. Neque est quod quisquam mihi dicat, alium hunc esse Atticum, quam eum, ad quem scripsit M. Tullius. Qui haec loquuntur, nodum in scirpo quaerunt. Quod autem quidam testantur, se in quodam libro manuscr. ita scriptum reperisse, Non dubito fore plerosque, qui Atticae hoc genus scripturae, leue et c. atque hanc scripturam probabilior esse recepta sibi videri dicunt, ne illi iudicio sunt parum subtili, aut limato, quibus haec lectio probari omnino potuerit, cum ea quidem sit ineptissima, atque absurdissima: ratio autem, qua eam tutantur, leuissima, et maxime ridicula, auctorem iccirco hanc scripturam appellasse Atticam a principe Graeciae ciuitate, quod imperatorum Graecorum vitas complectatur. Quasi vero sermo a natione personarum, de quibus habeatur, sit appellandus Graecus, aut Latinus, aut Gallicus, aut Hispanus, et item de ceteris. Ego vero scripturam illam furcis expellendam esse, et hanc receptam mordicus retinendam esse dico. Eodem pertinet, quod in Catone scribit, se plura de vita et moribus Catonis in eo libro persecutum esse, quae separatim de eo, rogatu Titi Pomponij Attici, fecit. Alterum argumentum est, quod nemo aetate Theodosij sic locutus est, ut hic scriptor loquitur. Est enim stilum huius orationis subtile, pressum, limatum, et plane Atticum, genusque dicendi aetatum, purum, elegans, nitidum, non elaboratum, non longe arcessitum, non

putidum, non insolens, neque teretibus auribus odiosum: sed plane Romanam simplicitatem, et munditiam referens, ac redolens, quali fere sermone aut Caesar in commentariis suis utitur, aut M. Tullius in epist. ad Atticum, et in nonnullis ad familiares. At eorum, qui Theodosiorum aetate floruerunt, nemo sic Latine locutus est: sed omnes dicendi genus vel longe arcessitum, vel impolitum, vel tumidum atque inflatum, vel (ut appellant) floridum, et fucatum, vel adipatum, et pingue, vel inquinatum, et sordidum, vel peregrinum, et hypophoraeum usurparunt. Ad haec argumenta accedat ipsius auctoris testimonium. Ipsum, inquam, huius libri scriptorem, testem citabo, et testimonium contra eos, qui eum Theodosij aequalem fuisse contendunt, dicentem producam. Sic igitur in Miltiade pag. 8. versu ultimo. Cuius victoriae non alienum videtur, quale praemium Miltiadi sit tributum, docere, quo facilius intelligi possit, eandem omnium ciuitatum esse naturam: ut populi nostri honores quondam fuerunt rari, et tennes, ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi, atque obsoleti: sic olim apud Athenienses fuisse reperimus. Haec verba arguunt, hunc librum scriptum esse, quo tempore penes populum aliqua etiam potestas erat. Nam quo tempore Theodosius imperabat, nihil poterat populus. Sic idem ibidem pag. 10. versu 17. Omnes autem et habentur, et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate, quae libertate usa est. Quis mediocriter in Latinis historiis legendis versatus, non sentit continuè, cum haec audit, aut legit, ea non esse scripta ab homine in regno, vel in potentia singulari nato atque educato? Nam si ita scripsisset, Theodosium eadem operam tyrannum appellasset: qui singularem potentiam, et regnum in ciuitate olim libera obtinebat: quamuis populum non liberum, sed iam seruituti assuetum, acceperat: quod quantae imprudentiae, ac demetiae fuisse? Nunc autem Pompeio, et Caesare inter se contendentibus, et utroque probabilem ac speciosam belli causam afferente, quasi vel libertatem, vel ius tribunitiae potestatis, vel auctoritatem senatus, et leges antiquas, et morem maiorum defendente, populi libertate denique nodum prorsus oppressa: liberè quidem haec dicuntur, sed neque imprudenter, et sine periculo. In Thrasibulo pag. 120. versu 17. sic. Neque tamen pro opinione Thrasibuli auctae sunt eius opes. nam iam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnant. significat auctor huius libri, homines etiam temporibus illis, quibus vixit Thrasibulus, quemadmodum suis, paratiores ad defendendam libertatem fuisse verbis, quam factis. Ex quo intelligere licet, eum libertati fuisse, et a potentia singulari animum alienum habuisse: quod longè secus esset, si Theodosij aetate florisset. Videat lector et quae ad hunc locum annotauimus. In Dione pag. 150. versu 29 sic. Hic, sicut ante saepe dictum est, quam inuisa sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui, quam amari malunt, cuius facile intellectu fuit. Etiam hic locus argumento est, non solum tyrannidem, quae semper iniusta, et odio digna est, verum etiam singularem potentiam, quae potest esse iusta, et populo grata, qualis est iustorum regum: huic scriptori inuisum fuisse. Quod si hic liber Theodosio imperium obtinente scriptus esset, ita licenter, et aperte huius libri opifex aduersus singularem potentiam, quae nihil aliud est, quam μοναρχία,

ant βασιλεία, hoc est, regnum, stili sui mucronē destrinxisset? In Epaminonda pag. 228. vers. 19. sic. Quo tempore duce Pelopida exsules Thebas occuparunt, & praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est caedes civium, domi se retinuit, quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem civilem victoriam, funestam putabat. Videtur his verbis noster scriptor & belli civilis auctores, Pompeium & Caesarem, in quo tantum sanguinis civilis profusum sit, notare, & tacite Pomponij Attici consilium approbare, qui bellis civilibus, quae in eius aetate inciderunt, interesse noluerit, sed domi se continuerit, & qui euerit. quod quidem prudentissimi viri consilium, factumque; exitus comprobavit. Nam alius omnibus, qui vel has, vel illas partes secuti erant, aut proscriptis, & iugulatis, aut in acie interentis, vnus Atticus saluus ex tot, tantisque reip. fluctibus emerfit. Itaque de eo ita Cornelius Nepos in eius vita. Quod si gubernator praecipua laude fertur, qui nauem ex hieme, marique scopuloso seruat; cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, tamque grauib. procellis civilibus ad incolumitatem peruenit? In Agesilao pag. 273. vers. 20. sic. In hoc non minus eius pietas suspicienda est, quam virtus bellica: qui cum victori praecesset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit iussis absentium magistratum, vt si priuatus in comitio esset Sparta. cuius exemplum vtinam imperatores nostri sequi voluissent. Hic locus clamat, auctorem huius libri, carpere & notare Pompeij, & Caesaris, sed maxime Caesaris, potentiam non ferendam, qui imperium, & exercitum retinere vltra tempus lege concessum voluerit. Etiam ad hunc locum vide quae annotauimus. In Eumene pag. 311. vers. 31. sic. Itaque eum habuit ad manum scribae loco, quod multo apud Graecos honorificentius est, quam apud Romanos. (al. quam apud nos) nam re vera apud nos, sicut sunt, mercenarij scribae existimantur, &c. Etiam hic locus indicat, hunc librum esse scriptum Romanis potentia populi, & auctoritate optimatum vtentibus, non imperatoribus dominantibus. quod planius fiet, si quis legat, quae etiam ad hunc locum annotauimus. Ibidem pag. 313. vers. 13. sic. Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur. Etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam imperij potirentur. Hic quoque locus declarat, hunc librum esse scriptum quo tempore populus Romanus imperij summam obtinebat, non quo imperatores omnia in suam potestatem redegerant. Nam imperatoribus dominantibus, Germani, & barbarae nationes, firmi mentium & robur erant exercituum, non Romani, aut omnino Latini. Ibidem pag. 316. vers. 25. sic. Namque illa phalanx Alexandri Magni, quae Asiam peragrarat, deuiceratque Persas, inueterata cum gloria, tum etiam licentia, non parere se ducibus, sed imperare postulabat: vt nunc veterani faciunt. Itaque periculum est, ne faciant quod illi fecerunt sua intemperantia, nimirum licentia, vt omnia perdant, neque minus eos, cum quibus steterint, quam aduersus quos fecerint. Hic locus, si attentè consideretur, vnaque legantur quae ad eum annotauimus, omnium apertissime indicat, atque arguit, huius libri scriptorem, consulum annuorum, non imperatorum perpetuorum temporibus & floruisse, & scripsisse.

scripsisse. In Catone pag. 529. V. 23. sic. Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus, consul iterum, cuius in priore consulatu quaestor fuerat, voluit eum de prouincia depellere, & ipse ei succedere: neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in ciuitate principatum obtineret: quod tum non potentia, sed iure resp. administrabatur. Quis non videt, his paucis verbis potentiam Pompeij, & maxime Caesaris vellicari, ac notari? His fere argumentis ac testimoniis in hanc opinionem adducor, vt eos magnopere falli existimem, qui huius libri scriptorem aetate Theodosij vixisse pronuntiarunt, quamuis magni nominis sint, in quibus est Robortellus. Fuerit enim quantumuis doctus, multis in rebus fuerit oculatus, & perspicax, sollers, & acutus: ignoscant mihi tamen Robortelli manes: in hac parum vidit, valdeque fuit pinguis, ac tardus. Quod autem etiam versus ad hoc probandum afferunt, iisque valde mouebatur is, quem modò commemoravi, Robortellus: si quis eos attentè leget, intelliget, non auctorem, & vt ita dicam, parentem libri significari, sed scriptorem librarium, id est, eum, qui manu descripsit. quamquam disertè dicit esse descriptum à tribus, patre, matre, & filio. sed praestat versus ascribere, vt lector eruditus, & ingeniosus, continuò per se intelligat, vnde nata sit vulgata opinio, Amilium Probum esse huius libri auctorem.

Vade liber noster, fato meliore memento.

Cum leget haec dominus, te sciat esse meum.

Ne timeas fuluo strictos diademate crineis,

Ridentis blandum vel pietate oculos.

Communis cunctis, hominem sed regna tenere

Se meminit. vincit hinc magis ille homines.

Ornentur steriles: facilis tectura libelli.

Theodosio, & doctis carmina nuda placent.

Sirogat auctorem, paullatim detege nostrum

Tunc domino nomen: me sciat esse Probum.

Corpore in hoc manus est genitricis, auique, meaque,

Felices, Domini quae meruere manus.

Quis non videt, hos versus non solum inelegantibus, ineptos, & male natos, verum etiam ab aliquo nebulone indocto, & barbaro, aut, ne quid grauius dicam, à scriptore librario vix semidocto, esse factos? quorum si velim singula verba iustis ponderibus examinare, & syllabas, pedesque dimetiri, & sententiam perpendere, & vitia omnia digito, aut etiam nutu indicare: probem quantumuis aut peruicaci, aut hebesi, dignos esse, qui leuissimo alicui, & vilissimo ludi magistro, versusum scribendorum prurigine perusto, & versibus inscitiam, atque inscientiam suam omnibus declaranti, nihil prater ea assequenti, seu potius coquo fuligine cooperto, & immunditie, sordibusque popinae squalido, tribuantur. Haec tenus igitur de tempore, & aetate nostri scriptoris sit à nobis disputatum. Nunc de nomine, seu nominibus videamus. Ac primum ab Amilio initium sumamus. Amilius igitur, seu, vt alij scribunt, Amilius, nomen est gentile, idque perantiquum, & valde nobile, notum denique omnibus, qui libros Latinos vel summis digitis attigerunt.

ā ā ā

Fuerunt enim AEmilij Barbulae, AEmilij Papi, AEmilij Pauli, AEmilij Lepidi. Probus autem cognomen est, id est, familiae nomen, antiquis ignotum, & posterioribus temporibus, quibus sub vnius arbitrio & potestate res Romana, atq; ad eum orbis terrarum vertebatur, natum. Exstat Ausonij epistola ordine XVII. ex editione Christophori Plantini, ad Probum quendam praefectum praetorio, cuius epistolae initium est, Oblata per antiquarios mora scio promissi gratia exspectatione consumiam, Probe vir optime, &c. sequitur deinceps ad eundem, dimetrum iam bicum hoc principio, Perge o libelle Sirmium, Et dic hero meo, & tuo, &c. Ex quibus intelligere licet, hunc Probum magnum quendam, & clarum, & summis honoribus ornatum virum fuisse: & quod fortasse magis ad rem pertinet, disertum & eloquentem. Sic enim Ausonius in illo dimetro. Hunc dico, qui lingua potens Minorem Atridam praeterit Orando pauca, & musica, Qui grandines Ulyssaei, & Mellifluentem Nestora, Concinnatorem & Tullium, &c. Porro autem praeter M. Aurelium Valerium Probum imperatorem, qui imperauit annos quinque, & menses quattuor, anno a Christo nato 279. Probos aliquot reperio lib. 3. Fastrorum. In his Sex. Anicium, Sex. fil. Petronium Probum, V. C. consulem anno a partu virginis 374. imperantib. Fl. Valente, & Fl. Valentiniano, altero in Oriente, altero in Occidente: & anno 382. eum, quem supra commemoravi, Sex. Anicium Sex. fil. Probum, praefectum praetorio: ad quem exstat illa Ausonij epistola: & anno 409. Sex. Anicium, Sex. fil. Sex. nepotem, Petronium Probum consulem, imperatoribus Theodosto iunioris Arcadii filio, & Fl. Honorio Pio. Reperi & alium quendam Maecium Probum, praesidem provinciae Hispaniae: quem commemorat Vlpianus lib. XLVIII. digestorum, titulo de interdictis & relegatis, his verbis: Sed imperator noster cum Diuo patre suo huic rei prouiderunt. Maecio enim Probo praesidi provinciae Hispaniae rescripserunt, etiam ea provincia interdici, unde quis oriundus sit, ab eo, qui regit eam provinciam, ubi quis domiciliu habeat, &c. Praetermitto Probianos, & Probinos ab his Probis leuiter deflectos, ac deriuatos. Horum igitur Proborum omnium nullum huius libri auctorem esse persuasum habeo. Si quis alius Probus mihi ignotus, auctor fuisse dicatur: vereor ne numquam in natura rerum fuerit, sed in uni cogitatione duntaxat depictus sit, atque informatus. Iam vero Cornelius Nepos M. Tullii Ciceronis, & T. Pomponii Attici, Cn. Pompeii Magni, & C. Iulii Caesaris propemodum fuit equalis, aut certe paulo nato minor: peruenitque ad Caesaris Augusti Diui Iulii filii tempora, ut testatur Plinius lib. 9. cap. 39. his verbis, Nepos Cornelius, qui Diui Augusti principatu obiit, Me, inquit, iuene violacea purpura vigeat, cuius libra denarius centum venibat: nec multo post rubra Tarentina, &c. Ne quis autem statim nobis occurrat, atque ita dicat, Cur igitur nusquam eum commemorat M. Tullius? Commemoratur vero in epistolis ad Atticum quodam loco, & quod longe maioris potestatis est, libros duos epistoliarum, & fortasse plureis ad eum scripsit, ut ex Macrobio lib. 2. Saturn. il. cognoscere licet: cuius haec verba sunt: Testis idem Cicero, qui in lib. epistoliarum ad Cornelium Nepotem secundo sic ait: Itaque nostri cum omnia, quae dixissemus, dicta essent, quae faceret & breuiter, & acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicticia voluerunt. Profert & Priscianns lib. 8.

imperatorum vitis excudendam curavi. Fuisse autem Nepotem etiam M. Tullio admodum familiarem, declarant epistolarum libri ab hoc ad illum scriptarum, ut supra diximus. Postremo sententiam meam adiuvat doctorum quorundam testimonium, qui scriptum reliquerunt, se in vno codice manuscr. ad calcem libri haec verba ascripta reperisse. Completum est opus Aemilii Probi, Cornelii Nepotis. Quis non videt haec esse scripta a librario haesitante, & dubitante, & incerto de huius libri auctore, cum eum hinc Cornelii Nepotis, hinc Aemilii Probi nomina & cognomina perturbarent? Quod autem ad titulum, seu inscriptionem libri attinet secutus sum exempla editionis Venetae & Florentinae, & Parisiensis, & cet. simil. Malim tamen hanc, quam testantur docti quidam viri se in vno codice manuscr. scripto reperisse, AEMILII PROBI, SEV CORNELII NEPOTIS DE IMPERATORIBVS EXTERARVM GENTIUM LIBER. Haec habui lector, quae tecum agerem, antequam ad negotium, quod suscepi, gerendum, atque administrandum aggrederer. Vnum etiam est reliquum, quod paene praeterieram: (quamquam hoc in epistola ad Erricum Regis fratrem attigit) mihi initio hoc tantum fuisse propositum, ut legendo, & obseruando, & notando, a molestiis, quas mihi mala horum temporum, & calamitates reip. afferebant, aberrationem quandam quaererem. Postea vero cum veluti lineamenta huius operis, & tanquam formam rudem & adumbratam totius aedificii futuri vidissent Erricus Memmius Malassius, & Io. Huraltus Boetallerus, supplicum libellorum in regia Magistri: & Germanus Valens Pimpuntius, & Robertus Huraltus Messius in suprema curia Parisiensi consilii Regii: & Cl. Pureanus iuriconsultus, idemque, omni doctrina liberali egregie instructus atque ornatus: & Io. Auratus poeta Regius, V. C. & Clemens Teueninus, homo cum omnibus bonis artibus excultus, tum vero Romanae antiquitatis investigator diligentissimus: & Io. Passeratius iuriconsultus, idemque litteris Graecis & Latinis in primis eruditus, & poeta valde bonus, nonnullique alij docti, & clari viri: hortati sunt me, ut, quod ego mihi duntaxat paraessem, id aliis impertirem, idque omnibus suis partibus absoluerem, amplificarem, atque expolirerem. Quod feci, quantum quidem entis potui. Quibus autem potissimum libris ad Cornelium Nepotem illustrandum, eaque, quae summam ab eo relata, & quasi percursa sunt, explicanda, usus sim, tu quidem legendo per te cognosces: sed magno mihi in primis vsui fuit, multumque lucis & ornamenti ad has nostras commentationes atque explicationes attulit Polyenus, Graecus scriptor, qui regum & ducum, seu imperatorum veterum strategemata, hoc est, callida quaedam & acuta inuenta militaria collegit, & in octo libris distribuit ac digessit: non editus ille quidem, neque typis impressus, sed ex clariss. viri Io. Huralti Boetallerij, supplicum libellorum in regia magistri, affinis mei, bibliotheca depromptus, atque ad me commodato missus. Habent enim hi tres viri Lutetiae bibliothecas omnium, quas in Gallia vidi, instructissimas & refertissimas, Erricus Memmius, quem saepe in his commentariis honoris causa nomino, & is, quem modò commemoravi, Io. Huraltus Boetallerus, & Io. Tillius episcopus Meldensis. Ac de Errici quidem Memmii libris saepe alias verba fecimus, eosque verisimis laudamus.

bus extralimnibus denique nostro arbitrato, pro singulari illius erga nos liberalitate, & summa in omnibus litteratis humanitate, vti sumus. de Io. Tillij autem librorum etiam præclara suppellectile fortasse dabitur aliquando dicendi quoque locus. de Io. Huralti verò bibliotheca hoc liquidò confirmare possum, eam optimorum librorum Græcorum multitudine & copia, ne bibliotheca quidem regiae, quæ est apud Fontem Bellæum, cedere. Continet enim, præter Græcos, incredibilem Hebraicorum, eorumque optimè & emendatissimè scriptorum, & rarissimorum copiam. atque hac parte ceteras fortasse omnes bibliothecas superavit. Quos omnes libros ille Venetiis, dum apud Venetos regis Christianiss. Karoli IX. nomine, legatione fungebatur, magno labore & sumtu undique conquisitos, & coemptos, coaceruavit. Cum autem Italiam his ornamentis quodam modo spoliasset, ea ipsa in Galliam longa & difficili vectura transportanda curavit, iisque patriam exornavit, decoravit, ac locupletavit. Ne quis autem forte dicat, Io. Huraltum, solum his bonis vti frui, ceteros omnes ab eorum usu excludere: non est ita. Patet enim illa iis omnibus, qui tali spectaculo delectantur, & qui sciunt quantum talis suppellex sit æstimanda, quibus denique hoc pulcherrimum instrumentum, & iucundissimum animi pabulum vsui esse potest. quod idem de bibliotheca Errici Memmij, & alibi verè testatus sum, & hoc loco liquidò confirmare ac testari possum. Sed iam satis multa & hac de re, & de ceteris diximus: Nunc Cornelium Nepotem, siue Æmilium Probum loquentem audiamus. Vale.

A D E V N D E M.

OBSE CRO te lector, vt prius quàm quicquam legere incipias, nonnulla operarum errata emendes: nonnulla etiam partim ab eisdem, partim à nobis, dum multis curis & cogitationibus districti notas quasdam in chartis, & codicillis separatim à toto corpore commentariorum scriptas agglutinare obliuiscimur, prætermissa, restituas, reponas, repræsentas, quemadmodum emendanda, restituenda, reponenda, repræsentanda esse, ad calcem libri, ante indices rerum & verborum admonuimus, atque indicauimus, ducto initio à pagina 565. Quod si tidi à δωάν videbitur, quæ prætermissa sunt, suis locis reponere ac restituere: at errata & voces quasdam ab operariis omiffas, modis omnibus corrigas, repræsentas, ac restituas facito, ne te legentem aut morentur, aut offendant. Iterum vale.

Illud ex epist. Ciceronis ad Nepotem. Hoc restiterat etiam, vt à te fictis aggrederer donis. aggrederer passimè dixit, inquit Priscianus. Et illud eiusdem ad eundem. Qui habet, vltro appetitur: qui est pauper, aspernatur. Fuit autem Padi accola, vt idem Plin. testatur lib. 3. cap. 18. Ex quo Ausonius eum in Gallia facit esse natum, epistola ad Drepanium filium, quæ est ordine XXIII. his verbis: quæ eo libentius ascribam, quòd versus non satis sunt emendati, etiam in editione Christophori Plantini, alioqui typographi diligentis. neque tamen spondeo me tibi multo emendatiores traditurum. Cui dono lepidum nouum libellum? Veronensis ait poeta quondam. Inuentòque dedit statim Nepoti. At nos illepidum, rudem libellum, Burras, qui squillas, ineptiasque Credemus gremio cui fouendum? Inueni: (trepide silete versus) (vel, vt mauult legi Cl. puteanus, trepide sileto nate vt per natum, librum suum significet, eumque sic alloquatur) vt parens filium. quod si recipiamus, malim legi, trepide silere nati.) Nec doctum minus, & magis benignum, Quàm quem Gallia præbuit Catullo. Hoc nullus mihi carior meorum, Quam plures faciunt nouem sorores, Quam cunctos alios, Marone demto. Pacatum haud dubiè poeta dicit. Ipse est. intrepidè volate versus. Hic vos diligere & volet tueri, Et nudos gremio fouere tuto, &c. (Hoc autem ordine hos proximos versus esse legendos, & pro fouete, fouere, reponendum, vidit Cl. Puteanus. idem tamen nudum in gremio legit, vt habet editio Lugdunensis, & Antuerp. vt congruat cum voce nate.) Neque verò quemquam mouere debet, quòd Catullus hunc eundem Nepotem, Italum fuisse significat, primis versus, Cui dono lepidum, nouum libellum, Arida modo pumice expolitum? Corneli, tibi. namque tu solebas Meas esse aliquid putare nugas Iam tum, cum ausus es vnus Italorum Omne ænum tribus explicare chartis. Nam ora Gallica ex antiqua descriptione ab Ancona initium ducit, & vsque ad Alpeis porrigitur: & tamen nunc Italia dicitur, Italiæque olim dicebatur. Itaque & qui trans Padum vsque ad Rubiconem, & qui cis Padum vsque ad Alpeis incolabant, Galli dicebantur. illa enim erat Gallia togata, hæc Transpadana (eas appello vt homo Gallus, & in vrbe Lutetia hæc scribens, aliter appellaturus si Romæ scriberem.) Et rursum iidem vtrique Itali dicebantur, siquidem verum est, Italiam à natura Alpibus fuisse munitam, vt est, Alpeisque & nunc esse, & olim fuisse communis Italiæ & Galliæ terminos. Restat nunc, vt sententiam meam aperiam, videaturne Æmilij Probus, an Cornelius Nepos harum vitarum scriptor. Difficile quidem & periculosum iudicium est, verum tamen, cum & mihi persuasum sit, has vitas, antequam imperatores perpetui dominatum Romæ obtinerent, esse scriptas, & Probus non sit illorum præscorum temporum cognomen, sed recentiorum, & longe posteriorum: mihi videtur Cornelius Nepos, potius, quàm Æmilij Probus, verus huius libri parens & auctor esse agnoscendus: ita tamen, vt suum cuique iudicium liberum relinquam, neque hoc mihi sumam, vt, qui aliter sentiant, tanquam desipientes, aut errantes, à me condemnentur. Scripsit autè Cornelius Nepos Chronica, vt testatur Ausonius epistola illa, quam supra commemoravi, cuiusque initium indicaui, Oblata per antiquarios mora, &c. Sic Ausonius in ea epist. non longè à principio. Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quæ

alios apologos, (nam & ipsa instar sunt fabularum) ad nobilitatem tuam, nisi gaudens, &c. Quæ & à Tertulliano in apologetico aduersus gentes, fortasse significantur, his verbis: Saturnum itaque, quantum litteræ docent, neque Theodorus Græcus, aut Thallus, neq; Cassius Seuerus, aut Cornelius Nepos, neque vllus commentator huiusmodi antiquitatum aliud, quàm hominem promulgarunt. eadèmq; fortasse significat & Catullus in primo illo carmine, quod supra protulimus, versibus illis, Iam tum cum ausus es vnus Italorum, Omne æuum tribus explicare chartis. Cornelium Nepotem tanquam historicum, producit testè & Plutarchus cum alibi, tum in Marcello sub extremum, his verbis, Ἀντίκου δὲ Μαρκελλοῦ, ὡς ῥησὶ οἱ πολλοὶ Γολύβιοι λέγουσιν, οὐδὲ ἀπαξ ἐπίκεισιν. ἀλλ' ἀήθηςτος αἰὲρ δοκεῖ εἶναι Ἰουλιανὸν καὶ Σικελίαν: ἡ μὲν δὲ Διότιμα, Καίσαρος, καὶ Νέπωτος, καὶ τὸ ἐπιλωκῶν τῶν βασιλέων ἰόβρα πτεροῦ, ἡ πᾶσι πᾶσι, καὶ Ἑσπᾶς ὑπὸ Μαρκελλοῦ ἔστι σωῖ Ἀντίκου Ἰουλιανὸν. Hannibalem autem Marcellus (vt Polybius narrat) ne semel quidem vicit, sed inuictus hic vir fuisse videtur vsque ad Scipionem: Nos autem Livio, & Cæsuri, & Nepoti, & ex Græcis scriptoribus, regi Iubæ credimus, aliquoties Hannibalem à Marcello victum, & in fugam versum esse. Et Aulus Gellius, (Aulus Gellius, inquam, non Agellius, vt quidam nuper exorti homines nonnitas, quàm veritatis cupidiores, nouo & Romanis inaudito nomine appellare cæperunt) lib. XVII. cap. XXI. his verbis. annis post bellū Troianū, vt Cassius in primo annaliū de Homero, atq; Hesiodo scriptum reliquit, plus quàm XL. vt Cornelius Nepos in primo Chronicorū de Homero dixit, annis circiter C. & LX. & c. idē ibidē infra. Et M. Manlius Romæ, qui Gallos in obsidione Capitolij obrepētis per ardua depulerat, conuictus est consilium de regno occupando inisse: damnatūq; capitis, è saxo Tarpeio, vt M. Varro ait, præceptus datus est: vt Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est. Et Lutatius Firmianus lib. I. cap. XIII. his verbis. Omnes ergo non tantum poëtæ, sed historiarum quoque, ac rerum antiquarum scriptores hominem fuisse consentiunt (Saturnum) qui res eius in Italia gestas memoris prodiderunt, Græci, Diodorus, & Thallus: Latini Nepos, & Cæsarius. Et Iulius Solinus cap. 2. his verbis. Cincio Romam duodecima Olympiade placet conditam: Pictori octaua: Nepoti, & Lutatio opiniones Eratosthenis & Apollodori comprobantibus, Olympiadis septimæ anno secundo: Pomponio Attico, & M. Tullio Olympiadis sextæ anno tertio. Profert & Carisius lib. I. Instit. gramm. hæc verba Cornelij Nepotis ex lib. XVI. illustrium virorum, A fratre patruele, inquit, non necessitudinem, sed personam ostendat. Citat eundem testem in voce subinde ex lib. 2. Profert & Priscianus lib. 8. hæc ex Nepote, non commemorato, aut indicato libro. Ædis Martis est in Circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio. Præterea harum vitarum scriptor ait in Dione, se librum de historicis scripsisse, qui hodie non exstat. Hæc enim eius verba sunt, non longè admodum à principio, pag. 147. versu I. eodèmq; tempore vtilistum historicū Syracasas reduxit, hominem amicum non magis tyranno, quàm tyrannidi. sed de hoc in eo meo libro, qui de historicis conscriptus est, plura sunt exposita. Scripsit Nepos & T. Pomponii Attici vitam: quam, quòd ex ea, quanta Nepoti cum Attico familiaritas intercesserit, cuius intelligere licet, iccirco cum clariorum

H. HVR. BOET. SVPL. LIB. IN REG. MAG. DE
 Emilio Probo, seu Cornelio Nepote, Dionysii Lambini commentariis explicato, & eiusdem opera multis locis emendato.

Iam satis ambigua certatum est lite, superque,
 Corneli liber hic esset, an AEmilij.
 Vindice Lambino liquet id modò. Nam nouus hic est
 Lambini totus, nec vetus ille manet.

IN AEMILIUM PROBVM A D. LAM-
 bino enarratum & illustratum. G. Valens Guellius P.P.

Dum sedeo, & meliora deos frustra omina posco,
 Et sterto vigilans, somno, somnive sorore
 Sic positus, sit uti propè mortua vita videnti,
 Lambine, interea rauco inter classica cornu,
 Tyrrhenæq; tubæ clangorem, affixus & hærens
 Vertebris, citharæq; iugis, nil plectra remittis,
 Verùm musarum assidue fers sacra choragus,
 Nunquam animo, aut casti deiectus vertice Pindi,
 De specula unde velut pelagi tutò aspicias æstum,
 Exercens vinctis pedibus, musasque solutis.
 Nempe Neoclidæ placitos tibi paret in vsus,
 Excantat numeris, tempestatèmq; serenat
 Sancta chelys, recolensque Probi monumenta labore,
 Iuppiter, Herculeo, hinc monstris atque inde repurgas,
 Vincendumque aliquid semper tibi restat in orbe.
 Tu pacis bellique modum, & canis integer artes,
 Ausonio, & Græco currum subuectus olore,
 Et sortem nostram exemplis & imagine adumbras,
 Denique testudo rediuiua emergit in auras,

*Quæ medio excussit Graiis fera tela tumultu,
 Ut tinnitus apum cellis examina reddit.
 Naufraga quin tumidis cithara exstat fluctibus, atque
 Enatat, & cantu mulcet delphinas, & æquor.
 Dij faciant Martis consumpto te audiat astro,
 Audiatur aurigam, & reuocatus currus habenas,
 Et tua iam statuatur Pallas de Marte trophaum,
 Ipsa triumphales lauros contexit oliuæ
 Dona tibi, myrtum Marti, domina aq; remittat;
 Inuidia tortos obuertat Gorgonis angues,
 Sic belli auertat diras tibi dexter Apollo,
 Militet & studiis nostris argenteus arcus.
 A tenebris tantis asserti nomen utrumque
 Authoris tibi det merito facundia, virtus,
 Vrbs septemque elata iugis cognomine laudet
 Hoc decus, Elysióque Probi consentiat umbra.*

IN EYNDDEM IO. AVRATVS LEMOVLX
poëta Regius.

In breue contraxit clarorum facta virorum
 AEmilius, longas carpfit & historias.
 Vtilis & felix (quis enim neget?) hic labor olim,
 Cùm sua quæque duces gens meminisset auos:
 At nunc, cùm ob longum fama est obscurior æuum,
 Et graue tam multos ire per historicos:
 Lambini parcens tanto pia cura labori,
 Explicat, atque suis testibus auget opus.

IANVS PASSERATIUS IVRISCONSULTVS
ad Dionys. Lambinum.

At quis erit, Lambine, modus, requiesque laborum?
 Te, siue alma dies aperit, seu claudit Olympum
 Hesperus, antiquis videt impallescere libris.

Ista

Ista suo tandem vt Genio sit mollior ætas,
 Incumbentem animum cariosæ substrahe chartæ.
 Nam famæ fatis atque super: quæ nomen ab Indo
 Gurgite iam vexit Mauras Atlantis ad vndas.
 Quòd rediit Calabro decus immortale poëta:
 Aurea quòd splendet sublimis musa Lucreti,
 Deterso squalore, tuum est. quòd purior exit
 Romani pater eloquij, & reuocatus ab imis
 Quòd tenebris Orci priscum est sortitus honorem
 AEmilius, cui dat probitas cognomen habere,
 (Sive Nepos ille est Cornelius,) inuida turba
 Esse tuum inuita vsque fatebitur. Ergo age, mecum
 Herculeæ visas peramœna umbracula villæ.
 Iam dudum exspectat comites Pimpuntius. illic
 Excutient frontis nubem, rugasque seueræ
 Naiades assuetæ chòreis, facilésque Napææ.
 Nunc iuuet in tenero fagorum cortice amores
 Insculpisse meos: nunc transiluiffe virentis
 Graminibus ripas: nunc tempora cingere ramis:
 Nunc liquidum lætas iactare per aëra voces,
 Collibus aduersis quas reddat imago iocosa.
 Hic procul urbano placet insanire tumultu,
 Purpureo campos æther dum lumine vestit,
 Liber in apricis & pingit collibus vuas.
 Præstat cum Nymphis producere fila fororum,
 Quàm semper vigili fatum properare Camœna.

IAC. MANGO, IVRIS CIVILIS STUDIOVS, CL. MAN-
 gonis causarum actoris, & patroni in suprema curia Parisiensi
 eloquentiss. fil. ad AEmil. Prob. seu Cornel.
 Nep. à D. Lamb. &c.

Olim clarorum scribens Probe gesta virorum,
 Vti probò sermone te probaueras.
 Ex qua sermonis puri probitate probata
 Tu gloriosum inueneras nomen Probi.
 Sed cùm infesta tuæ probitati sæcla fuissent,
 In maximum deueneras periculum,

à à à à

Ne, qui nomine eras Probus, idem iam Improbus esses,
 Contaminatus improbatis vocibus.
 Verùm Lambinus, probitatis cura peremnis,
 Affixa cuius pectori fedit probò,
 Eripit haud segnis, Probe, te è discrimine tanto,
 Tibique nomen pristinum seruat Probi.
 Nam tua restituens probitati scripta priori,
 Facit, vocari semper vt queas Probus.
 Sic tibi diuino conferuat munere nomen,
 Vtriusque linguæ obrussa Lambinus proba.
 Quòd si non Probus AEmilius, plerique quod aiunt,
 Cornelius sed nomen est tibi Nepos:
 Hoc quoque restituit nomen tibi, & vsque tuetur
 Lambinus idem, Gallix decus suæ.

CAR. MARILLIACVS. GVL. MARILLIACI, CONSIL.
*Reg. & fisci Regij custodis generalis fil. de Dionys. Lamb. in
 Emil. Prob. seu cornel. Nep. comment.*

Quis nos ludificat Lambini nomine? quisve
 Emendare Probi sibi pura volumina sumit?
 Ne mirare. Probum illustrat Lambinus, Apellis
 Vt si quis tabulam, longo quæ forte fuisset
 Tempore corrupta, aut cæno spurcata, sitúque,
 Demtis ablueret maculis: eiusque priores
 Candidus, & follers pictor renouaret honores.

GUIDO PIGNARDVS PETRI PIGNARDI DAMPETREI,
rationum regiarum magistri filius, ad Dionys. Lambinum de eisdem.

Si quis rem pretio æstimabit æquo,
 Si iustaque bilance ponderabit:
 Fortasse haud facile expedire possit,
 Vtrumne AEmilio Probo parenti,
 (Seu Cornelius huius est habendus
 Auctor, atque parens Nepos libelli)
 An verò tibi docte debeat
 Lambine, Aonidum sororum alumne,
 Græcarumque diserte litterarum
 Doctor regie, & artium bonarum,

Maior gratia: qui Probum, aut Nepotem
 Contractum, & nimium breuem, sitúque
 Squalentem, & maculis coinquinatum:
 Tam late explicuisti, & abluisti,
 Prisco restituens eum nitore.

Planè difficile, arduum, impeditum est:
 Hunc dissoluere iudicando nodum.
 Sed quod sentio, quòdque mi videtur,
 Audacter tamen, haud mala inuidorum
 Curans fascina, liberèque dicam.

Auctori AEmilio Probo, aut Nepoti, hoc
 Debemus, quòd opus graue, & politum,
 Et comtum, nitidumque, & eruditum,
 Et valde omnibus vtile eruditis,
 Utendum dedit omnibus fruendum:
 At, Lambine, hodie quòd explicatus,
 Quòd multo amplior, auctiorque multo,
 Quòdque illustrior, & magis decorus,
 Ornatusque tuis notis acutis,
 Doctis, vtilibus, laboriosis,
 Exit nunc iterum in manus virorum,
 Vt seipso melior, Probus, Neposve:
 Huius muneris aurei & peremnis,
 Omnis posteritas subinde in æuo
 Nascens innumerabili futuro,
 Debebit tibi gratiam peremnem.

Eustathius Pignardus Guidonis frater ad Lectorem.

Qui legis has vitas, mirari desine. nanque est
 Aut idem, aut probior, qui fuit antè Probus.
 Quòd contexta Probo Lambini scripta vides, hæc
 (Ignoscat Nemesis) sunt meliora Probo.

IOANNES LORDERELLVS AD D. LAMBINVM.
 Inclyta facta ducum cum iam inuida carperet ætas,
 Nec suus AEmilij staret in ore decor:
 Facta ducum instauras Lambine, suumque decorem
 AEmilio, calamo vindice, restituis.

NOMINA IMPERATORVM,

quorum vita ab Aemilio Probo, seu Corn. Nepote
scripta est, numeris paginarum è regione adscri-
ptis, ex quibus, quota pagina cuiusque
vita continuò reperiatur, le-
ctor cognoscere queat.

† Miltiades.	pag. 5.	Timotheus	pag. 190.
Themistocles.	pag. 21.	Datames.	pag. 199.
Aristides.	pag. 45.	Epaminondas.	pag. 221.
Pausanias.	pag. 49.	Pelopidas.	pag. 253.
Cimo.	pag. 61.	Agefilus.	pag. 271.
Lyfander.	pag. 71.	Eumenes.	pag. 311.
Alcibiades.	pag. 82.	Phocio.	pag. 370.
Thrasylbulus.	pag. 19.	† Timoleon.	pag. 392.
Cono.	pag. 132.	Hamilcar.	pag. 448.
Dio.	pag. 145.	Hannibal.	pag. 465.
Iphicrates.	pag. 170.	M. Porcius Cato	pag. 525.
Chabrias.	pag. 180.	† T. Pomp. Atticus.	pag. 546.

APPENDICVLA COMMEN- tariorum D. Lambini in AEmilium Probum, sive Cornelium Nepotem.



D. LAMBINVS PAVLLO FOXIO,
ornatiss. & clariss. viro, Regis consiliario, eius-
demque apud Venetos legato, S. D.



Isi nuper ad te Aemilium Probum sive Cornelium Nepo-
tem, commentariis nostris explicatum, atque illustratum.
Quem non dubito, quin, quo animo nostra accipere so-
les, eo animo acceperis, si forte iam accepisti. Nam & lon-
gum est iter, & via impeditæ, & armatis obsessæ, pro-
pter huius belli calamitosissimi, quo nimium diu Gallia
nostra afflictatur, magnitudinem, atque atrocitatem: cu-
ius exitum Deus opt. max. det nobis breuem, atque opta-
tum. Verùm siue librum acceperis, siue nondum etiam, mitto quoque eius appen-
diculam breuem, seu additamentum quoddam exiguum: quod ego scribere insti-
tui de amicorum quorundam meorum sententia, vt nonnullis hominibus satisfac-
cerem, quibus quædam à me optimo animo, in illum scriptorem annotata, non sa-
tis probari audiebam. Quanquam poteram hac opera supersedere. Nam cum opti-
mo cuiq; notissimus sim, cum totius meæ vitæ quasi decursus spectatus sit, perspe-
ctus, ac cognitus, (vixi enim, vt scis, iam vsque ab adolescentia cum viris magnis,
& claris, & maximè cum heroë illo numquam satis laudato, Francisco Tur-
nonio, Ecclesiæ Rom. Cardinale, acerrimo religionis antiquæ, nobisq; à D. Petro,
& eius successoribus per manus traditæ, propugnatore atque assertore) satis pro
me vel tacente, vita mea & antea acta, & quotidiana respondebat. Verumtamen
quia varia sunt hominum iudicia, multoque plura (vt ait M. Tullius) amore, vel
odio, vel simili aliquo motu, quàm ratione, iudicantur, facillè mihi persuaderi pas-
sus sum, vt hanc appendiculam Commentationibus meis adiungerem, mei sensus,
meæque sententiæ, si quibus nondum etiam notus sum, testem futuram si litte-
ras, quas te ad me Venetiis misisse dixit mihi Poblatus tuus, vir optimus, tuique
amantissimus, accepissem, ex eis longioris epistolæ argumentum mihi fortasse na-
tum esset, & ad eas pluribus verbis rescripsissem. Nunc hoc tantum ex hac episto-
la cognoscet, quod ad nos maximè pertinet, qui bonas artes colimus, Acade-
miam Parisiensem, communis calamitatis participem, multis quidem m. v. ulis, at-
que adeò vlceribus esse purgatam, ac releuatam, sed propter solitudinem, &

infrequentiam inusitatam, miserum in modum squalere, & lugere. Quod tamen tibi neque mirum, neque insperatum accidet. Non enim fas esset membrum reip. cum primis necessarium, & summo studio retinendum, mali communis sensu carere. Spes est tamen, si resb. aliquando recreata exsurgat, (quod Deus immortalis breui faxit) litteras quoque, & bonas artes vna cum ea suam pristinam dignitatem, suumque antiquum splendorem recuperaturam. Cuius rei eo spem exploratiorem habemus, quod in hac rerum, & disciplinae veteris perturbatione, viros habemus circū regem amplissimos, in litteras, & bonas artes, optime animatos: in his Iacobum Amiotum, singulari (vt scis) doctrina virum, magnū Regis Eleemosynarium, & Ioan. Moruillerium, Regis senatorem, virum integerrimū, & sapientiss. aliosque viros apud regem gratia valentes, sed omnes longo intervallo superantem Carolū Lotharingium, Cardinalem illustriissimum, nostri collegij patronum, & custodem, quem principe loco commemorare debui: qui profecto non patientur, vbi primum Gallia ab his malis conuenerit, hanc Academiam, olim totius orbis terrarum florentissimam & celeberrimam, diutius pæne desertam squalere. Hæc habui, quæ ad te in præsentia scriberem. Cum primum litteras tuas legero, plura scribam. Tu intererea, pro tua humanitate, & fide, tuam erga me pristinam voluntatem tueberis, ac seruabis, meque, vt soles, amabis. Vale, Lutetia, a. d. XIII. Kalend. Aprileis.

Iosephus Cassanæus, Præses Burdigalensis, vir doctiss. & ornatiss. qui mecum perhonorificos & amantissimos de te sermones habere solet, tibi salutem ascribi iussit.



M sæpe alias senserim periculosum esse scribere, & quæ scripseris, in vulgus edere, quoniam qui sua scripta diuulgant, iudicium subire coguntur suæ existimationis non eius solum, quæ ad ingenium, & doctrinam, verum etiam eius, quæ ad mores, & religionem pertinet, eoque magis, quod varia sunt hominum iudicia, sensus quæ dissimiles, ac diuersi, quodque eorum, qui librum in manus sumturi, & lecturi sunt, alij in scriptorem bene animati sunt, alij non satis æqui, & interdum aliqua malivolentia suffusi, alij moderati, & in neutram perturbationis animi partem propensi: (quorum solorum iudicium, sincerum, integrum, atque incorruptum est,) tum maxime his proximis diebus hoc expertus sum. Nam cum haud ita pridem studio bene merendi de hominibus litterarum ac doctrinæ studio deditis, commentarios in Æmiliū Probum, seu Cornelium Nepotē edidisset, ab amicis accepi, (quod tamē futurū nō erat difficile præuidere) meas vigiliolas non æquē omnibus placuisse. Ac de aliis quidem locis, in quibus itrim fortasse non omnium palato satisfeci, in præsentia nihil dicam: sed vnus est in Epaminonda, quæ ab hominibus quibusdā, eruditiss. quidē illis, sed nimium diligēter in aliena scripta anquirentibus, longē aliā in partē, atq, scripserim, acceptū esse molestē fero. Verba autē Æmiliij Probi prius mihi huc esse ascribēda videntur, quam, quid ad ea annotārim, referendum, sic igitur Probus de Epaminonda.

Quo tempore, duce Belopida, exules Thebas occuparunt, & praesidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminonda, quam diu facta est cædes ciuium, domi se retinuit, quod malos neque defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem ciuilem victoriam, funestam putabat. Ad hæc Æmiliij verba, quibus narraui ille nobis, Epaminonda, quam diu cædes ciuium facta sit, domi se continuisse: hanc quæstionem tractauit, rectēne fecerit Epaminonda, quod in seditione & discordia ciuili quiescit. In qua disputatione, eas Plutarchi, & quorundam aliorum philosophorum veterum sententia, Plutarchi ipsius argumentis, & rationibus vsus, concludo, dubitantertamen, bonum ciuam & moderatorem reip. melius facturum, si in seditione quiescat, quam si sese cum alterutra parte coniungat. Ostendo præterea, id quod Plato, qui seditionam morbum ciuitatum appellat, & Aristoteles, & idem ille, quem supra commemoravi, Plutarchus, aliique scriptores antiqui litteris mandauerunt, eorum omnium honorum, quæ ciuitati maxime exoptanda sunt, concordiam maxime esse exoptendam. Postremo profiteor ibidem, me vnium ex iis fuisse, qui quiescerint, propterea quod ad arma gerenda non solum ætate, verum etiam natura ineptus sum: neque tamen eos, qui arma sibi à rege, aut à præfectis vrbis mandata, ac tradita, gerunt, ac gesserint, vitupero, immo verò in epistola ad regis fratrem Erricum, fortissimum, ac maximi animi principem, me magnopere laudare ac laudasse, earumque factum amulari cupisse dico. Quod autem perditos quosdam ciuies fuisse significo, qui legibus inter arma silentibus, multa auarè, & inhumaniter, & iniuste, & improbè fecerint, ciuies perditos eos esse intelligo, quæ bonas paruos secuti non sunt, qui religionem antiquam, atque auitam oppugnant, quæ denique nefarium bellum patriæ inferunt, non eos, qui Lutetia, aut alibi arma pro rege, & religione antiqua, atque vsu recepta regis iussu, aut publica auctoritate ceperunt, vt illi minus sincere interpretantur. Nam primum non ij tantum ciues sunt, qui Lutetia habitant, sed etiam qui in ceteris Galliae vrbibus: qui denique regis imperio subiecti sunt: ij sunt (inquam) Gallia, tanquam vnus ciuitatis, ciues. At quis nescit, aduersarios nostros, vbicumque potuerunt, in eos, qui nobiscum sentiunt, indignis modis scuisse? Præterea, vt moderatus lector liquidò perspiciat, me id non sentire, quod putant, aut volunt illi, quis, nisi perditus, laudat perditos? Atqui in illa ad Erricum regis fratrem epistola eos laudo, & me laudasse dico, qui arma pro patria, pro rege, pro religione antiqua gerant, ac gesserint, vt paullo antè dixi: & nisi me ætas, & imbecillitas corporis, & similia incommoda impediarent, idem, quod illi faciant ac fecerint, facturum fuisse, & facere cupissem.

Non sunt igitur ij, qui Lutetia, aut in aliis Galliae vrbibus arma pro rege, & religione gerunt, aut gesserunt, veluti centuriones, & tribuni militum, & signiferi Parisienses, ceterique similes, perditos. Atque, vt huius argumenti vis cuius minus acuto facilius appareat, conficiatur hic syllogismus. Nemo laudat perditos, neque perditos, nisi se ipse fateatur esse perditum. Et philosophi auit ea proprie & verè laudari, quæ honesta, & recta sunt, contraria vituperari. At mea sententia laudandi sunt, & à me laudati sunt qui arma pro patria, & rege, &

qualisque rerum ad vitæ cultum vtilium interitus, infinitum sit singillatim enarrare. Arque horum malorum non est facile liberationem, aut modum reperire, vbi quis semel eorum initium fecerit. Colloquendi enim, & discordiæ sedandæ, concordiæque constituendæ ratio non facile expediri, aut inueniri potest. Nam finitimi non dolent finitimis seditione inter se conficiantibus: imbecilliores, vt ne illorum imperio subiciantur: pares, potestate, vt superiores euadant: potentiores, vt facilius imperio potiri possint. Hactenus ille. *Quis autem nescit ita natura comparatum esse, vt plurima inter vicinos iurgia nascantur: ad quæ dirimenda sexcenta exstant iuriscansultorum responsa.* Subiungo autem deinceps hanc ferè sententiam, operabile nobis, & reip. fuisse, aliquos exoriri, & exortos audiri, qui suadendo, & hortando tantum mali à rep. auerteret, hominibusque, furore præcipitibus, ratione & oratione persuaderet, vt ab incepto desisteret, & ad sanitatē redirent: contra deplorandum esse, nimis attente audiri, qui ortum incēdium augerent. *Quis est verò vsque adeo belli cupidus, & inhumanus, qui neget, longè regi fuisse optabilius, si qua ratione fieri potuisset, ciuibus insanis ac perditis, qui à nobis desinerunt, qui religionem antiquam, atque auitam deseruerunt, qui denique armis & castris suâ propagare conantur, persuasum fuisse, vt in viâ rediret, & respiceret, & eam, quam debent, fidem ac pietatem Deo, & regi de integro præstarent, & ita pristinam regis erga se voluntatem recuperarent, & nobiscum consentirent, quam regem, quod illi in sententia sua permanserunt, necesse habuisse. eos bello persequi? Quis medicus tam seuus, atque immitis est, qui si diuim, aut aliquo leni medicamēto siue ελκιστῷ, siue ἄμμιανῷ, siue πικρῷ, siue καλαπτόνῳ, ægrum sanare possit, non hoc facere malit, quam aliquod vrere, ac secare? Nemo, opinor. Tum enim ad vrendum & secandum bonus & fidelis medicus adducitur, cum malum est desperatum, & cetera remedia nihil prodesse possunt: quoniam, vt iubet Hippocrates, extremis malis, extrema remedia querenda, & adhibenda sunt. Quemadmodum igitur bonus, & sollers medicus, si quid est in corpore humano, quod reliquo corpore noccat, neque vlla arte sanari queat, id vrut, aut secat, atque amputat, vt membrum aliquod potius, quam totum corpus, intereat: sin sanari possit, remedium vsitatum adhibet: sic bonus reip. gubernator, malos ciueis ad sanitatem, & bonam mentem reuocare studet: si sint insanabiles, inuitus quidem, & serò, sed necessariò tamen, & aliquando, bello suscepto, eos ex reliquo ciuitatis corpore, quod integrum manet, auellere, ac delere conatur. Itaque bellum ciuile, vt in corpore humano curando vrere, & secare, ita in rep. administranda, extremum, & necessarium remedium est: ad quod, ceteris omnibus remediis, & rationibus frustra tentatis, est decurrendum. Atque hoc tale fuisse clementissimè regis nostri consilium, talēque mentem, res ipsa declarat. Quod si Menenius ille Agrippa tantopere ab omnibus historicis laudatur, tantamque à suis ciuibus gratiam inuit, quia, cum plebs à patribus secessisset, cumque suspensa & perculsa metu ciuitas esset, similitudine illa notissima, à membris corporis humanis ducta, quæ de ventre querebantur, quod is in medio corpore quietus, voluptatibus frueretur, ipsa omnem laborem tolerarent, ac perferrent, cumque ob eam causam fr-*

me enecare cogitabant, flexit hominum mentes, eisque persuasit, vt cum senatus conspirarent, & consentirent: paruumne laudem consecutus esset, aut non optime de rege, & de rep. meritis esset, si quis facundia, & prudentia, & amore in regem, & reip. excellens, initio bellorum ciuiliu ciueis errantibus, & opinione labentibus de sententia demouere, eisque persuadere potuisset, vt nobiscum consentientes, religionem antiquam, nobisque à maioribus per manus traditam colerēt, pristinamque erga regem nostrum fidem, ac pietatem redintegrarent? Contra si qui serendis discordiis, quo minus ciues amentis ad sanitatem reuenterentur, impedimento fuerunt, nonne maximo & optatissimo reip. bono obstiterunt? Hæc igitur mea est his de rebus sententia, bonis omnibus ciuibus, nisi fallor, probata. Nunc, vt ad questionem, ac disputationem illam reuertar, vtrum bono ciui, aut politico in seditione, ac discordia ciuili sit quiescendum, an verò cum alterutra parte, & ea maxime quæ melior est, voluntate & re consentiendum, & conspirandum: Epaminonda factum me tunc commouit, vt ad illam sententiam magis propenderem, eamque potius probarem, quæ illi facta magis congrueret, & conueniret, quia existimabam decere eum, qui scriptorē aliquem veterē explicaret, sententiam illam tueri, quæ scriptori placuisse videretur. Nunc autem partim à viris optimis, & mei amantissimis certior factus sententiam illam ipsam nonnullis eorum, qui patriam communem nostram omnium parentem studiosissimè defenderunt, ac defendunt, (in quo ego illis nihil concedo.) idque maxime, vt par est, præseferunt, displicere: partim mea sponte, & re attentius mecum confiderata, quod boni ciuis esse statuam, totum se ad sui principis, eiusdemque pij nutum, voluntatemque conuerrere, quodque discordiam illam Thebanam videam ei discordiæ, quæ in Galliam nostram iam pridem peruasit, longè dissimilem esse, & à multo leuiorib. causis oriri: faciendum esse existimaui, vt sententiam tandem τῷ ἀπέσιοντων, quemadmodum loquebantur Academicis, id est quæ mihi magis placeat, quasi alteram illam non tam ex meo, quam ex Amilij Probi, & ex Plutarchi sensu probauerim, ac defenderim, expromere. Neque verò me vniquam pudebit, aut pigebit rationibus verioribus cedentem, sententiam verisimiliorem, aut etiã veriozem comprobare. Nam si Stesichorus ille, cum Helenam quodam carmine vituperasset, atque infamasset, malo suo edoctus, & coactus palinodiam canere non dubitauit, & cum scripsisset, Helenam fuisse à Paride raptam, & Græcia in Phrygiam, auectam stilo verso. carmen illud contrarium scribere instituit, ἐν ἑστῷ τῷ πυρὸς ὁ λόγος εὖναι, ἢ οἱ ἑσας ἐν τῷ δὲ δισέλωμοις, ἢ οἱ ἴκιο Πέρραμα Τροίης: quorum verborum hæc sententia est: Non verus est hic sermo: numquam puppi-bus Vecta es veliuolis opulentæ ad Pergama Troiæ: quid est quod verear sententiæ minus probabili, quam olim dubitanter secutus sum: probabiliorē, & cōplurimū iudicio veriorē, serò quidē, sed aliquando tamen anteferre? A rbitror igitur, in seditione & bello ciuili, & maxime tali, quale hoc nostrum est, & ex talibus causis conflato, quiescere bono ciui nefas esse: sed alterutras parteis: eum sequi oportere: immò non alterutras eum parteis sequi oportere, sed eas tantum, quæ bonitate, & æquitate, & veritate causæ sint meliores ac superiores. Neque me solonis modò mouet auctoritas, qui suæ legi satisfactum esse ducebat.

si quis ad alterutram partem sese applicaret, atque aggregaret: sed et rationes, et auctoritates longe grauiores. Hoc autem primum constituendum, ac pro certo et concessio habendam est, nostrum hoc bellum civile ab omnibus bellis civilibus, quae vniquam apud Romanos exstiterunt, vt de his potissimum loquamur, eo maxime differre, quod in illis de leuibus rebus, si cum his conferantur, certabatur. Verbi causa, sylla cum Sulpicio de iure legum, quas sylla à sulpicio per vim latas esse dicebat: Cinna cum Octauio de honorum ciuium suffragiis, contendebat: rursus cum Mario et Carbone sylla ne dominarentur humiles, et plebei, et vt clarissimorum virorum necem crudelissimam vlcisceretur: Caesar cum Pompeio de dignitate certabat: et ille intercessionem sublatam esse querebatur: hic auctoritatem senatus defendebat. In hoc vero bello agitur primum nostrum omnium salus: deinde regis nostri maiestas, et reip. status: postremo (quod omnium est grauissimum) religio antiqua, nobisque à maioribus per manus tradita: pro quibus non solum periculo capitis decertare, verum etiam mortem vltro oppetere rectum et praclarum est. Neque tamen iccirco bellum civile mihi, aut cuiquam eorum, qui hodie, et superioribus annis pro rege, et religione arma ceperunt, iucundum est. Quis enim, nisi ferus, aut sicarius, aut barbarus, bello civili delectatur? Nemo opinor. Itaque M. Tullio assentior, qui quodam loco scribit, dulce esse nomen pacis: rem vero ipsam tum iucundam, tum salutarem. deinde mox ex auctoritate Homeri haec verba subiicit. Nam nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura cara habere videtur, quem discordia, quem caedes ciuium delectat: et qui talis est, eum ex hominum numero, ex finibus humanae naturae exterminandum puto. Itaque siue Sylla, siue Marius, siue vterque, siue Octauius, siue Cinna, siue iterum Sylla, siue alter Marius bellum civile optauit, eum detestabilem ciuem reip. natum iudico. Sequitur deinceps. Sed hoc primum videndum est, (inquit) cum omnibusne pax esse possit, an sit aliquod bellum inexpiabile, in quo pactio pacis lex sit seruituris. Pacem cum Scipione Sylla siue faciebat, siue simulabat. Non erat desperandum, si inter eos conuenisset, fore aliquem tolerabilem statum ciuitatis. Cinna si concordiam cum Octauio confirmare voluisset, omnino in rep. sanitas remanere potuisset. Proximo bello si aliquid de summa grauitate Pompeius, multum de cupiditate Caesar remisisset: et pacem stabilem, et aliquam remp. nobis habere licuisset. Hoc vero quid est? cum Antonii pax potest esse? Hactenus M. Tullius. Neq. me igitur, neq. quemquam bonum, et sanum ciuem bellum civile delectat. Sed, vt ait M. Tull. videndum est, siue aliquod bellum inexpiabile, atque ita necessarium, vt non nisi parua ferro victoria paci locus esse videatur. Quamobrem autem M. Tullius cum M. Antonio, et iis, qui eum sequebantur, pacem esse non posse putat? Nominatim enumeratis aliquot M. Antonij comitibus, indignis scilicet, et flagitiosis, et sceleratis hominibus, has causas affert: quod senatus grauissimas in eos sententias dixerit: quod acta M. Antonij resciderit: quod eius leges refixerit: quod eas per vim, et contra auspicia latas decreuerit: quod totius Italiae delectus excitarit: quod eius collegam, et

nostrum

focium scelerum omnium. Dolabellam, hostem iudicari. Conferamus nunc hoc nostrum bellum civile cum illo Antoniano, siquid forte sit simile. Mea autem haec sententia et ratio est. Primum nihil est ciuitatibus, et rebus publicis, et imperiis omnibus, discordia et bello civili horribilius, nihil calamitosius, nihil funestius: et omnia bono reip. moderatori experienda sunt, ne bellum civile oriatur, vt supra dixi. quod si, cum sapiens et cordatus, et vsuperitus reip. moderator omnem operam dederit, omnemque diligentiam adhibuerit, ne tantum mali eueniat, nihil profecerit: omnibus opibus, omnibusque modis huic malo occurrendum, atque obsistendum est. Deinde considerare oportet, quae sint belli civilis causae. Aliae enim aliis possunt esse aut grauiores, aut leuiore. si sunt leues, et non admodum magni ponderis: et facilius est controuersiam omnem, seu discordiam componere, et honestius, sin grauissima: cum difficilius sit pacem conciliare, tum minus honestum est: atque interdum ne pax quidem est alia ratione, quam ferro, et victoria contentionem diiudicare, ac dirimere. Postremo quia fieri potest, vt leues quidem initio belli causae fuerint, sed vel diuturnitate, vel atrocitate, et seuitia belli ita creuerint, vt, quae antea leues erant, nunc factae sint grauissimae: hoc quoque attendendum, atque animaduertendum est, eius belli, de quo forte quaritur, causa, quamuis initio leues et parua fuerint, an aliquo pacto maiores, et grauiore euaserint. His antea expositis nunc ad huius belli causas veniamus, easque cum belli illius Antoniani, quod Cicero vult esse inexpiabile, fontem atque originem huius belli esse constat. neque obstat quod ad eam fortassis accedunt quidam animorum motus turbidi, maxime ab illis partibus. nam satis est ad id, quod quaerimus, hanc esse praecipuam belli causam, et maxime in promptu positam, et ab vtraque parte concessam. Atqui nulla res est, quae cum apud omnes nationes, tum maxime apud Gallos, quos antiqui scriptores maxime religionibus deditos esse tradiderunt, maioris sit momenti, plusque valeat ad animos commouendos, quam religio. Huc accedit, quod rex Gallorum hunc titulum, atque hoc cognomen iam pridem ob sua in religionem Christianam, et Ecclesiam Rom. merita consecutus est, vt rex Christianissimus diceretur. Quod si rex Gallorum huius cognominis decus defendenda, et constituenda religione meritis, atque adeptus est: iniquum videatur, hunc, ex qua re laudem et praemium reperit, eam rem negligere ac deserere. Deserere autem videretur, si incolumi regno, et integris viribus pacem cum iis conciliaret, eosque pacatos dimitteret, qui se religionem intra imperij sui finibus publice profiteri et colere postulant, ab ea, quae sibi à maioribus suis tradita est, et quam ipse sancte seruat et colit, diuersam ac discrepantem. Quod si aut non esset hac tam grauis huius belli causa, sed alia quaedam leuis: aut, cum leuis esset, non esset partim atrocissimis iniurijs, partim multiplici belli renouatione aucta, atque amplificata: aut grauissima quidem esset, hoc est, ea ipsa, quae nunc est, sed aduersarij nostri religionem suam intra parietes domesticos colere satis haberet: neque vrbeis Galliae expugnarit, atque expugnasset, neque, multa alia similia facinora edidissent: fortasse ferri potuissent: quamquam: sed tamen minus odiosi essent, et fortasse pax aliqua conditione fieri potuisset. Nunc autem cum:

belli causa gravissima sit, & iniuriarum magnitudine, atque atrocitate, belloque semel atque iterum renouato, maximum incrementum sumserit: cum illi fama diuorum angustissima, & præclarissima, & ornatiss, & incredibili sumtu adificata partim spoliauerint, partim diruerint: cum vrbeis maximas & celeberrimas alias vi captas munierint, alias diripuerint, ac vastarint: cum homines innumerabileis partim ex suis antiquis possessionibus, ac sedibus exturbarint, partim trucidarint: quæ compositionis spes esse possit, non satis dispicio. Adde quod tot regijs edictis, tot senatusconsultis, tot curiarum Gallicanarum decretis, atque auctoritatibus grauissimis notati & damnati sunt, toties hostes declarati sunt, vt nec illi nobiscum, nec nos cum illis in gratiam facile redire possimus. Sed nunc tandem Ciceronis sententiam de bello Antoniano, cur id esse inexpiabile, nullaque condicione componi posse arbitretur, audiamus. Pacem M. Tullius cum Antoniis fieri non vult. Quid ita? quia turpis est, inquit: quia periculosa: quia fieri nõ potest. Turpis est, quia nihil est, inquit, inconstantia, mobilitate, leuitate cum singulis hominibus, cum vniuerso senatu turpius. Nihil autem inconstantius, inquit idem, quam, quos modò hosteis non verbo, sed re multis decretis iudicatis, cum iis subito pace velle coniungi. Periculosa est, quia non erit explorata, neque certa, neque fida: quia Antoniorum potentia maxima in vrbe futura est: quia concursus ad eos perditorum ciuium futurus est: quia pacis nomine bellum inuolutum reformidandum est. Non potest autem pax esse M. Antonio neque cum senatu, neque cum populo: cum senatu, quia Antonius eum odit, à quo tot senatusconsultis sit iugulatus: cum populo, quia populus pleno ac referto foro bis Ciceronem in concionem vocauit, maximamque libertatis recuperandæ cupiditatem declarauit. Hæc ferè Cicero. Nunc pacem illam cum hac pace, si pax esse queat, conferamus. Primum de turpitudine, eadem opinor, verba, quibus M. Tullius est vsus, ad hanc questionem accommodare licet. auget eam ipsam turpitudinem, causarum omnium grauissima, religio: quam deserere turpissimum videatur. Deinde quod ad periculum attinet, difficile est nos in vtramque aurem intra eadem mænia cum ijs somnum capere, quorum ferrum iugulis nostris intentum non semel viderimus, & sæpe metuerimus: quique vicissim sæpenuerò gladiorum nostrorum mucrones extimuerint. Postremò ad demonstrandum ne coagmentari quidem cum aduersarijs nostris posse pacem, eadem rationes, eadem argumenta, eadem denique verba, quæ M. Tullius vsurpauit, quadrare possent. Nos ciues benè erga regem nostrum Carolum nonum animati, meritò illos odimus: illi vicissim iccirco nos oderunt, quoniam iustis armis eos persecuti sumus, & persequimur. Sequitur deinceps apud M. Tullium. At incertus belli exitus est. Quæ à M. Tullio ad hæc tum responsa sunt, eadem à nobis quoque hoc tempore responsa esse intelligantur. sic igitur ille. Est omnino fortium vitorum, quales vos esse debetis, virtute præstare tantum, vt possint fortunæ culpam non extimescere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solùm, verùm etiam sapientia postulatur: quamquã vix hæc videntur posse seungi, seungamus tamen. Fortitudo dimicare iu-

beritustum odium incendit: ad configendum impellit: vocat ad periculum. Quid sapientia? cautioribus vitur consiliis: in posterum prouidet. Est omni ratione rectior. Quid igitur censeat? parèdum est enim: atque id optimum iudicandum, quod sit sapientissimè constitutum. Si hoc præcipit, ne quid vita existimem antiquius, ne decennam capitis periculo, fugiam omne discrimen: queram ex ea, etiamne si erit, cum id fecero, seruiendum. si annuerit, nã ego sapientiam istam, quamuis sit erudita, non audiam. sin responderit, Tu verò ita vitam, corpusque seruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc posteriora libertate ducas: itaque his vti velis, si libera rep. possis, nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc proicias, tanquam pignora iniuria: tum sapientia vocem videar audire, eique, vti Deo, paream. Hactenus M. Tullius: cuius verba illa omnia ad hanc rem, & ad hoc tempus transfero, atque accommodo: nisi quod nonnulla paulum immuto: & primum pro illis, etiamne si erit, cum id fecero, seruiendum? hæc substituo: etiamne si erit, cum id fecero, plurium, quam vnius regis, imperio, parendum? etiamne si erit alia religio colenda? verba illa M. Tullij, Tu verò ita vitam, corpusque seruato, & sic paulum immutata vsurpo. Sin responderit, Tu verò ita vitam, corpusque seruato: ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc posteriora regis maiestate, regni incolumitate, antiqua & recepta religione ducas: itaque his vti velis, si regno incolumi, & religione salua possis: nec pro his reip. salutem, & regni incolumitatem, & religionem antiquã, sed pro reip. salute, & regni incolumitate, & religione antiqua hæc proicias, tanquam pignora iniuria: tum sapientiæ vocè audire videar, eique, vti Deo, parèa.

Cum igitur tale sit hoc bellum, quod hodie geritur: Primum non videtur esse boni ciuis in tanto reip. motu, & rege Carolo nostro armato, & ad hoc bellum omnibus viribus incumbente, omnesque suas opes aduersus eos, qui religionem suam, quam reformatam appellant, armis & castris tuentur, nostram, quam à maioribus nostris per manus traditam accepimus, oppugnant, colligente: neque solùm ciuileis copias comparante, verùm etiam externa auxilia corrogante, & conuocante, quiescere, & otiosè euentum belli expectare, sed vltro cum bonis ciuibus, cum rege & eius fratre Errico, ceterisque nobilibus, & claris viris conuenda societas est: iis, qui arma per atatem ferre possunt, decertando: iis, qui sunt locupletes & copiosi, libenter & liberaliter ad belli sumtus tolerandos pecuniam suppeditando: iis, qui neutrum possunt, studiis saltem, & voluntatibus tantum omnium bonorũ consensum adiuuando, & bonis omnibus prosequendo. Deinde boni ciuis est eum reip. statum, in quo versatur, & in quo natus, educatus, institutus sit, siue sit imperium singulare, siue popularis potentia, siue optimatum potestas, ex animo amare. Non amat autem ex animo qui eum omnibus suis neruis, ac facultatibus non tuetur, ac defendit. Postremò hæc nostri seruatoris vox est, qui in meis castris non est, mihi aduersatur, & me oppugnat. Quare cum rex noster religionem antiquam atque auitam, & vobisque à D. Petro, & ceteris Apostolis per manus traditam, sanctè colat, & studiosè retineat, vt debet,

eosque, qui aliam publicè profiteri & colere se inuito volunt, oppugnet, & bello
 persequatur: illique patriæ bellum inferant, & vrbeis diripiant, atque euertant:
 non potest sine scelere bonus ciuis interea quiescere, hoc est securus, atque otiosus
 esse: sed regi suo sese adiutorem præbeat, patriæque, & religioni, quacumque ra-
 tione potest, opem ferat, necesse est. Porro autem quòd hoc bellum inexpiabile, &
 eius compositione difficilem, atq; adeò à diuino esse dixi: ne quis fortè me, homi-
 nem priuatum, tanta de re pronuntiare, & quasi præiudicare miretur, aut etiam
 indignè ferat: primùm non ita insanio, vt, quæ à me dicuntur, aut scribuntur, ea
 iudicati, aut præiudicati, aut decreti vim atque auctoritatè habere postulem: sed
 animi mei sensum aperio apud eos homines, quibus non placet his de rebus philo-
 sophicè disputari. Deinde quòd hîc à me scriptum est, ita accipi velim, vt penes regè
 belli gerendi, & ducèdi, & componendi iudiciũ, atq; arbitriũ esse putè, quoniã
 mihi persuasum est, regem, eiusq; senatum, & consiliũ, (cum mens regis in manu
 Dei sit, vt à diuino vate scriptum est) nihil, nisi sapienter, & piè, & è rep. factu-
 rum. Præterea hoc statuo, quicquid à rege, re deliberata, constitutum, decretum,
 edictum, gestum, administratum fuerit, nobis omnibus, qui eius ciues sumus, cum
 princeps Christianissimus nihil non religioni probatæ consentaneum sit acturus,
 esse comprobandum, ac laudandum. Postremò assiduis precibus exopto, vt
 rex noster Carolus domitis ac subactis hostibus & intestinis, & ex-
 ternis securè regnare, remp. ex aduersa tempestate ereptam
 in tranquillo statu collocare, religionem antiquam, &
 probatam & vsu receptam, constabilire, po-
 pulum suum pacatè moderari,
 ac regere possit.



I
 AEMILII PROBI, SEV COR-
 nelij Nepotis, excellentium Impe-
 ratorum vita.



NON dubito fore plerosque, Attice, qui
 hoc genus scripturæ, leue, & non satis di-
 gnum summorum virorum personis iudi-
 cent, cum relatum legent, quis musicam
 docuerit Epaminondam, aut in eius vir-
 tutibus commemorari, saltasse eum com-
 modè, scienterque tibi cantasse. Sed hi erunt ferè, qui ex-
 pertes litterarum Græcarum, nihil rectum, nisi quòd ipsorum
 moribus conueniat, putabunt. Hi, si didicerint non eadem
 omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia maiorum in-
 stitutis iudicari, non admirabuntur, nos in Graiorum virtu-
 tibus exponendis morès eorum secutos. Neque enim Cimo-
 ni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germa-
 nam habere in matrimonio, quippe cum ciues eius eodem v-
 terentur instituto. at id quidem nostris moribus nefas habe-
 tur. Laudi in Græcia ducitur adolescentulis quamplurimos
 habere amatores. Nulla Lacedæmoni tam est nobilis vidua,
 quæ non ad scenam eat mercede conducta. Magnis in lau-
 dibus tota fuit Græcia victorem Olympiæ citari. In sce-
 nam verò prodire, & populo esse spectaculo nemini in eis-
 dem gentibus fuit turpitudini: quæ omnia apud nos partim

locis laudat, & maximè in oratione pro Roscio Comædo, hoc est pro ipso habita. erat enim vir quidem optimus, & singulari fide præditus, honorum tamen reip. non erat particeps. scenam autem non fuisse honestam declarat quod idem M. Tullius de eodem dicit oratione pro Quinctio. Etenim cum artifex eiusmodi sit, ut solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur: tum vir eiusmodi est, ut solus dignus videatur, qui eo non accedat.

14. ponuntur) & servati, habentur, ducuntur.

15. Contra ea) sic fere semper loquitur Probus, pro eo, quod alij boni scriptores usurpant, contra: ut in Alcibiade, contra ea siquid aduersi accidisset, &c. & in Agesili contra ea Tissaphernes nihil aliud quam bellum comparauit. Sic & Cæsar lib. III. de bello civili. Contra ea. Cæsar neque satis perterritis militibus confidebat, spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat.

16. decora) honesta, & ἐπισημα.

17. quem enim Romanorum) huic rei exemplo sit locus ille apud M. Tullium lib. V. epistol. ad Atticum epistola I. Sed prandimus in Arcano. nosti hunc fundum. quod ut venimus, humanissimè Quinctus, Pomponia, inquit, tu inuita mulieres: ego viros arcuero, &c.

18. non prim. loc. ten.) non stat in prima parte domus, hoc est ἐν ἀρχῇ, & in loco celebri se spectandam præbet? Xenophon Oeconomico. τῆ μὲν γὰρ καὶ αὐτὴ καὶ λυσιότατος μὲν ἐστὶν, ἢ θυραῶν, τῶν δὲ αὐτῶν ἀγαθῶν ἐν δὸν μὲν ἐστὶν, ἢ τῶν ἐξω ἐπισημαίων. i. mulieri enim honestius est intus, seu domi se continere, quam in atrio, seu pro foribus stare: viro contra turpius est intus manere, quam ea, quæ sunt extrâ, procurare. in celebritate, id est in frequentia hominum, in locis celebribus, id est quæ ab hominibus celebrantur. loca celebria desertis opponuntur: celebritas solitudini. Cicero ad Atticum lib. III. Odi enim celebritatem: fugio homines, lucem aspicere vix possum: esset mihi ista solitudo, præsertim tam familiari in loco, non amara.

19. Nam neque in conuiuio.) Cicero lib. I. accusationum. Tum ille, ut aliquid responderet, negauit moris esse Græcorum, ut in conuiuio virorum accumberent mulieres.

20. gynæconitis) γυναικωνίτις, locus domus, in quo mulieres seorsum à viris habitant: ut ἀνδρωνίτις locus, in quo viri separatim à mulieribus. Xenoph. Oeconom. ἐδὲξά δὲ καὶ τὴν γυναικωνίτην ἀπὸ τῆς θυραῶν βαλεῖται ὡς ἐπισημαίων. & ostendi autem ei & gynæconitidem ianuam balneo ab andronitide distinctam, ac disclusam. Plutarch. ἀποφθεγγόμενον. Παισιδῆδες προσεβύβων εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐπισημαίων τὴν αὐτῶν πύλας ὄχυρον εἶπε, τὴν τοῦ θεοῦ, ὡς ἐπίσημα, καὶ τὴν γυναικωνίτην. i. Panthoida legatus in Asiam profectus, cum ostenderent ei Asiatici murum firmum ac probè munitum, Pulchra, profectus est hæc vrbs, ὁ hospites, gynæconitis. significans viris fortibus non esse opus muris tam firmis. Diogenes Laërtius in Diogene Cynico. ἐπισημαίων ἐκ Λακεδαιμόνων εἰς Ἀθήνας: ὡς οὖν τὸν ποταμὸν πρὸς τὴν πύλην, ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, εἶπεν, εἰς τὴν γυναικωνίτην. i. reuertebatur Diog. Cynicus Lacedæmone Athenas. Ei igitur, qui quæsierat ex eo, quò & vnde, Ex andronitide in gynæconitidem, inquit, significabat Spartam esse urbem virorum, Athenas, mulierum. De gynæconitide lege & Vitruuium lib. VI. cap. X.

MILTIADES.

MILTIADES Cimonis filius Atheniensis, cum antiquitate generis, & gloria maiorum, & sua modestia, vnus omnium maxime floreret, eaque esset ætate, ut non iam solum de eo bene sperare, sed etiam confidere ciues possent sui talem futurum, qualem cognitum iudicauerunt, accidit, ut Athenienses Chersonesum colonos vellent mittere, cuius generis cum magnus numerus esset, & multi eius demigrationis peterent societate, ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimum duce vterentur: nam tum Thracæ eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent. id si fecissent, incepta prospera futura. Hoc oraculi responso Miltiades cum delecta manu classe Chersonesum profectus, cum accessisset Lemnum, & incolas eius insula sub potestatem redigere vellent Atheniensium, idque Lemni sua sponte faceret, postulasset, illi irridentes responderunt, tum id se facturos, cum ille domo nauibus proficiscens vento aquilone venisset Lemnum. hic enim ventus à septentrionibus oriens aduersum temet Athenis proficiscentibus Miltiades morandi tempus non habens cursum direxit, quò tendebat, peruenitque Chersonesum. Ibi breui tempore barbarorum copiis disiectis, tota regione, quam petierat, potitus, loca castellis idonea communit: multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocauit: crebrisque excursionibus locupletauit. Neque minus in ea re prudentia, quam felicitate, adiutus est. nam cum virtute militum deuicisset hostium exercitus, summa æquitate res constituit, atque ipse ibidem

manere decreuit. erat enim inter eos dignitate¹ regia, quam-
 nis carebat nomine. neque id magis imperio, quam iustitia,
 consecutus neque¹ eo secius Atheniēsis, à quibus erat pro-
 fectus officia præstabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus
 eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miserat,
 quam illorum, cum quibus erat profectus. Chersoneso tali
 modo constituta Lemnum reuertitur, & ex¹ pacto postu-
 lat, ut sibi urbem tradant. illi enim dixerant cum¹ vento
 borea domo profectus eò peruenisset, sese dedituros: se autem
 domum Chersonesi habere.¹ Cares, qui tum Lemnum in-
 colebant, etsi præter opinionem res ceciderat, tamen non di-
 cto, sed secunda fortuna aduersariorum capti, resistere ausi
 non sunt, atq; ex insula demigrarunt. Pari felicitate ceteras
 insulas, quæ¹ Cyclades nominantur, sub Atheniensium² re-
 degit potestatem. Eisdem temporibus Persarum rex²¹ Da-
 rius, ex Asia in Europam exercitu traiecto,²² Scythis bel-
 lum inferre decreuit. pontem fecit²³ in Istro flumine, quæ
 copias traduceret. eius pontis (²⁴ dum ipse abesset) custodes re-
 liquit principes, quos secum ex Ionia & Aeolide duxerat.
²⁵ quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia.
 sic²⁵ enim putauit facillime se²⁶ Græca lingua loquentes, qui
 Asiam incolerent, sub²⁷ sua retenturum potestate, si²⁸ amicis
 suis oppida tuenda tradidisset: quibus se oppresso nulla spes
 salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui
 illa custodia²⁹ crederetur. Hic, cum crebris³⁰ afferrent nuntij
 male³¹ rem gerere Darium, premi que ab Scythis,³² Miltia-
 des hortatus est pontis custodes, ne à fortuna datâ occasionem
 liberandæ Græciæ³³ dimitterent. nam si cum his copiis, quas
 secum transportauerat, interisset Darius, non solum Euro-
 pam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent Græci

genere, liberos à Persarum futuros dominatione & pericu-
 lo. id facile effici posse. ³⁴ ponte enim rescisso regem vel ho-
 stium ferro, vel inopia paucis diebus interiturum. Ad hoc
 consilium cum plerique accederent, Istius³⁵ Milesius, ne res
 conficeretur, obstitit, dicens non idem ipsis, qui summas im-
 perij tenerent, expedire, & multitudini, quod Darii regio
 ipsorum niteretur dominatio, quo extincto ipsos potestate ex-
 pulsos ciuibus suis penas duros. itaque ad eò se abhorrere
 à ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quam confir-
 mari regnum Persarum. Huius cum sententiam plurimi es-
 sent secuti, Miltiades non³⁶ dubitans tam multis consciis ad
 regis aureis consilia sua peruentura, Chersonesum reliquit,
 ac rursus Athenas demigravit. cuius ratio etsi non valuit,
 tamen³⁷ magnopere est laudanda, cum amicio omnium li-
 bertati, quam suæ fuerit dominationi. Darius autem, cum
 ex³⁸ Europa in Asiam redisset, hortantibus amicis, ut Græ-
 ciam redigeret in suam potestatem, classem³⁹ quingentarum
 nauium comparauit, eique Datin⁴⁰ præfecit, & Artapher-
 nem, hisque⁴¹ ducenta peditum milia, & decem equitum
 dedit, causam⁴² interserens se hostem esse Atheniensibus,
 quod eorum auxilio Iones Sardis expugnassent, suaq; præ-
 sidia interfecissent. Illi præfecti regij classe ad⁴³ Eubœam ap-
 pulsa celeriter Eretriam ceperunt, omneis que eius gentis ci-
 uis abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atti-
 cam accesserunt, ac suas copias in campum⁴⁴ Marathona
 deduxerunt. Is abest ab oppido circiter milia passuum decem.
 Hoc tumultu Athenienses tam propinquo, tamque magno
 permoti auxilium⁴⁵ nusquam, nisi à Lacedæmoniis, petiue-
 runt,⁴⁶ Philippidēque⁴⁷ cursorem eius generis, qui heme-
 rodromi vocantur, Lacedæmonem miserunt, ut nuntiaret;

quàm celeri opus esset auxilio. Domi autem creantur⁸ decem
 praetores, qui exercitui praessent: in eis Miltiades, inter⁹
 quos magna fuit contentio, utrum mœnibus se defenderent,
 an obviam irent hostibus, acieq;⁵ contenderent. unus Mil-
 tiades maximè mirebatur, ut primo quoque tempore castra
 fierent. id si factum esset, & ciuibus animum accessurum,
 eum viderent de eorum virtute non desperari, & hosteis
 eadem res fore tardiores, si animadvertent¹ auderi aduer-
 sus se tam exiguis copiis dimicare. hoc in tempore nulla ciui-
 tas Atheniensibus auxilio fuit praeter⁵ Plataenseis. ea mille
³ misit militum. itaque horum aduentu decem milia armato-
 rum completa sunt: quae⁴ manus mirabili flagrabat pugnan-
 di cupiditate. quo factum est, ut plus, quàm⁵ collegæ, Mil-
 tiades valuerit. eius enim auctoritate impulsi Athenienses
 copias ex urbe eduxerunt,⁵ locòque idoneo castra fecerunt.
 deinde postero die, sub montis radicibus acie⁷ è regione in-
 structa, noua arte, vi⁸ summa praelium commiserunt. nam-
 que arbores multis locis erant rara, hoc consilio, ut & mon-
 tium tegerentur altitudine, & arborum⁹ tractu equitatus
 hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis,
 etsi non locum æquum videbat suis, tamen fretus numero
 copiarum suarum conflare cupiebat, eoque magis, quòd⁶
 prius, quàm Lacedaemonij subsidio venirent, dimicare utile
 arbitratur. Itaque in acie peditum centum, equitum de-
 cem milia produxit, praeliumque commisit. In quo tanto
 plus virtute valuerunt Athenienses, ut⁶ decuplicem nume-
 rum hostiū profligarent: adeoq; perterruerunt, ut Persæ non
⁶ castra, sed nauis peterent. Qua pugna nihil adhuc est no-
 bilius. nulla enim umquam tam exigua manus tantas opes
 prostravit. Cuius victoria non alienum videtur, quale præ-

mium

mium Miltiadi sit tributum, docere, quo facilius intelligi
 possit, eandem omnium ciuitatum esse naturam. Ut populi
 nostri honores quondam fuerunt rari & tenues, ob eamque
 causam gloriosi, nunc autem⁶ effusi atque obsoleti: sic olim a-
 pud Athenienses fuisse reperimus. namque huic Miltiadi,
 qui Athenas, totamque Græciam liberavit, talis honos tri-
 butus est in porticu, quæ pæcile vocatur, cum pugna depin-
 geretur Marathonica, ut in decem praetorum numero prima
 eius imago poneretur, isque hortaretur milites, praeliumque
 committeret. Idem ille populus, postea quàm maius imperium
 est nactus, & largitione magistratum corruptus est,⁴ tre-
 centas statuas Demetrio Phalereo decreuit. Post hoc⁶ præ-
 lium classem septuaginta nauium Athenienses eidem Mil-
 tiadi dederunt, ut insulas, quæ barbaros adiuuerant, bello
 persequeretur. quo imperio pleraque ad⁶ officium redire coë-
 git, nonnullas vi expugnauit. Ex his Parum⁷ insulam opi-
 bus elatam cum oratione reconciliare non posset, copias è na-
 uibus eduxit, urbem operibus⁸ clausit, omni que⁹ commea-
 tu priuauit. deinde vineis⁷ ac testudinibus constitutis pro-
 prius⁷ muros accessit. Cum iam in eo esset, ut oppido potire-
 tur, procul in⁷ continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur,
 nescio⁷ quo casu, nocturno tempore incensus est: cuius flamma
 ut ab oppidanis & oppugnatoribus est visa,⁷ utrisque
 venit in opinionem signum à⁷ classiariis regis datum. quo
 factum est, ut Parij a deditioe⁷ deterrerentur, & Miltia-
 des timens ne classis regia aduentaret, incensis operibus, quæ
 statuerat, cum totidem nauibus, atque erat profectus, Athe-
 nas magna cum offensione ciuium suorum rediret.⁷ Accusa-
 tus ergo prodicionis, quòd, cum Parum expugnare posset, à
 rege corruptus infectis rebus à pugna discessisset. Eo⁷ tempo-

B

re ager erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat. Itaque quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater eius Stefagoras. Causa cognita ⁸⁰ capitis absolutus, pecunia multatus est, eaque lis quinquaginta talentis aestimata est, quantus in classem sumtus factus erat. Hanc pecuniam, quod soluere non poterat, in vincula publica coniectus est, ibique ⁸¹ diem obiit supremum. Hic ⁸² Crimine Pario est accusatus, tamen alia fuit causa damnationis. nanque Athenienses ⁸³ propter Pisistrati tyrannidem, quæ paucis annis antè fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant. Miltiades multum in imperiis, magistratibusque versatus non videbatur posse esse priuatus, præsertim cum ⁸⁴ consuetudine ad imperij cupiditatem trahi videretur. nam Chersonesi omneis illos, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannusque fuerat appellatus, sed ⁸⁵ iustus non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate. eamque potestatem bonitate retinuerat. ⁸⁶ Omnes autem ⁸⁷ habentur ⁸⁸ dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate, quæ libertate vsa est. Sed in Miltiade erat cum summa humanitas, tum mira comitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omneis ciuitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hac populus respiciens, maluit eum ⁸⁹ innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.

MILTIADES.

Antiquitate generis) Nam patruus eius Miltiades longissimè ab Æaco & Ægina principium & originem generis repetebat: proximè à Philæo Atheniensi Aiæcis filio, in cuius familiam fuerat insitus atque adoptatus, ut scribit Herod. in Eratone. Cimo verò pater ad Codrum Atheniensium regem ortum suum referebat. Nobilitas porò interdum ex antiquitate generis penditur, præsertim si progenitores sint illustres, & clari vel ob virtutem, vel nomine di-

nitiarum, vel potentia: interdum ex præstati aliqua virtute, aut magnis in reip. meritis, & rectè factis spectatur.

2. non iam solum de eo bene sp.) sic M. Tullius lib. VI. epistolar. ad Artic. epistola vltima, Spero, quæ tua prudentia & temperantia est, & Hercule, ut me iubeat Acastus, confido, te iam, ut volumus, valere.
3. accidit ut Athenienses Chersonesum &c.) aut aliud agebat Probus, cum hoc scripsit, aut aliquem Græcum historicum, qui non exstet, ab Herodoto valde discrepantem, secutus est. nam quæ Probus huic Miltiadi, cuius nunc vitam scribit, attribuit, ea Herodotus Miltiadi Cypselli filio, huius Miltiadis patruo adscribit lib. VI. Nam (ut narrat Herod.) Miltiades & Cimo fratres fuerunt ex eadem matre nati, non ab eodem patre procreati. Miltiadis enim illius antiquioris pater fuit Cypsellus, Cimonis autem Stefagoras quidam antiquior (duo enim eiusdem nominis fuerunt, ut iam cognoscemus) Atque huic Cimoni duo filij fuerunt, Stefagoras antiquioris Stefagora nepos, & Miltiades. Miltiades igitur ille (ut vult Herodotus) Cypselli filius, partim ab hospitibus quibusdam Doloncis Thracibus inductus, qui ei oraculum quoddam exposuerunt, quo iuebantur eum urbis conditorè querere, atque adducere, qui eos ex templo egressos primus ad hospitalem cenam vocasset, hospitioque accepisset: partim Pisistrati tyrannide offensus, consulto iterum ab ipso oraculo: cum Pythia consentanea iis, quæ hospites retulerant, sibi respondisset, impositis in naueis iis omnibus Atheniensibus, qui navigationis participes esse voluissent, cum Doloncis profectus est, & Cherroneso tota potitus est Apsinthiis expulsis, qui eam vi occuparant. Ita totius regionis tyrannus factus, cum sine liberis discessisset, Stefagoram fratris Cimonis filium maiorem natu tyrannidis successorem reliquit. quo etiam sine liberis mortuo, Miltiades, eius frater, de quo nunc Probus, tyrannidem adeptus est. qui à Phænicibus expulsus, atque ad necem petitus, Athenas, vnde profectus erat, reuersus, patre suo à Pisistratidis iam antea interfecto, dux populi suffragiis aduersus Datin Darij prefectum creatus est. Hæc fere ex Herodoto lib. VI. ex quibus licet intelligere, Probum alucinatum esse, vel alios scriptores nobis ignotos, atque inauditos secutum esse.
4. Chersonesum) peninsulam, quæ à mari Ægeo altera ex parte alluitur.
5. deliberatum missi sunt) putabam olim vocem deliberatum superuacaneam esse: sed cum eam in omnibus libris reperissem, & considerassem eos, qui consulunt oracula, de rebus futuris quasi cum diis deliberare, nihil sum ausus mutare. Confirmat hanc lectionem locus ille in Themist. Deliberantibus Pythia respondit, &c.
6. Thraces) Dolonci, immo potius Apsinthij.
7. tenebant) sic Virgilius lib. I. æn. Qui teneant (nam inculta videt) homines ne, fera ne, Querere constituit. ibid. supra: genitor tum Belus opimam vastabat Cyprium, & victor ditione tenebat.
8. cum delecta) malim, cum dilecta manu, ut veteres loquebantur.
9. illi irridentes respond.) multum discrepat ab Herodoto Probus. ille enim narrat, Pelagos, accepta (ut sibi videbantur) ab Atheniensibus iniuria, dierum

- festorum, quos Athenienses agitare solerent, non ignaros, biremibus aliquot ornatis atque instructis, Atheniensibus nihil tale timentibus, aut opinantibus, eorumque vxoribus sacra quaedam Dianæ in Braurone facientibus, repente in eas impetum fecisse, earumque magnam partem abreptam in Lemnum asportasse: ex quibus grauidis factis cum pueri nati essent, matres eos sermonem Atticum docuisse, moribusque patriis imbuisse: vetuisse denique, nequid cum Pelasgorum filiis commercij haberent, neue communicarent, aut congregarentur: quod si quocasu in illos incidissent, & aliqua his ab illis iniuria facta esset, precepisse, ut omnes feminarum Atticarum filij vno consensu in Pelasgorum filios, qui vnum aut alterum ex Attica natum laxissent, inuaderent, quare animaduersa Pelasgi cum statuisent hoc ferendum non esse, cumque cogitassent, nisi malo nascenti maturè remedium adhibuissent, fore ut robustius, & maius factum sanari non posset, consilium huiusmodi ceperunt, ut omnes Atticarum mulierum filios vna cum matribus necarent, quo scelere admissio, cum mulieres eorum essent infecunda, agrique steriles, cum denique omnium rerum penuria conflictarentur, Apollinem consuluerunt, quo modo presentibus malis liberari possent. quibus Pythia respondit, eos pœnas Atheniensibus taleis luere oportere, quales illi constituisent. quo responso accepto Pelasgi Athenas profecti sunt, & se, quas illi vellent, pœnas subire paratos esse dixerunt. Athenienses autem lectis in Prytanéo quàm pulcherrimè stratis, & mensa omnium epularum copia, & genere referta apposita, iusserunt Pelasgos Cherronesum sibi tradere sic instructam. Pelasgi verò responderunt, cum vento Aquilone eodem die nauis ex Atheniensium portu in Cherronesum peruenisset, iam se id, quod illi iussissent, facturos: hoc significantes id, quod à se peteretur, fieri non posse. Attica enim à Cherroneso Austro opposita est. Miltiades autem Cimonis filius aliquot annis post, ventis Etesijs flantibus, (qui sunt iidem atque Aquilones, nisi quod certo anni tempore spirant, nempe post solstitium) posteaquam Cherronesus, quæ Helleponto adiacet, sub Atheniensium potestatem redacta fuit, nauis ex Helleponto in Lemnum delatus, edixit Pelasgis ut ex insula demigrarent, redigens eis in memoriam, oraculum, quod illi non putabant exitum habiturum: &c. Hæc fere ex Herodoto, cuius verba Græca, si quis desiderat, ex ipso auctore petat.
10. aduersum tenet) locus suspectus, in quo tamen libri omnes congruunt: ego legendū putarim, aduersum flatū emittit: vel, aduersus est, vel, aduersatur, &c.
11. cursum direxit) cursum etiam de navigatione dici, licet ex bonis scriptoribus cognoscere, & nos admonuimus in commentariis Horatianis ad illum locū, licebit iniecto ter puluere curras. Oda 28. lib. 1.
12. tota reg. q. p.) Interdum hoc verbum potiri cum auferendi casu coniungitur: ut in Cimone, magna præda potitus: & item alibi: interdum cum generandi casu, ut in Lysandro, classis hostium potitus est: & in Agefilao, hic simulatque imperij potitus est: &c. sic & M. Tullius vtrumque casum huic verbo iungit: semper autem dicit, rerum potiri. Etiam in accusandi casu dixit lib. I. Tuscul. q. vrbem nostram gentem aliquam potituram: quo modo & Lucretius loquitur, lib. 3.

13. Nam cum virtute mil.) sic sæpe Cæsar loquitur, ut infra ostendemus in Thrasibulo.
14. dignitate regia) successit enim in Stefagora fratris locum, ut tradit Herod. lib. VI. sed hoc regnum non fuit ei diuturnum. à Scythis enim Nomadibus primum, deinde à Phœnicibus pulsus, quinque nauibus instructis, quarum vna capta est, Athenas confugit. Plutarchus quoque lib. & Στου Βερεδίας, & α. ostendit, hunc Miltiadem, qui aduersus Datin bellum gessit, regem, seu potius tyrannum fuisse, sic Plutarch. Εὐδὲ πρὸς τὸν ἑταίρον αὐτὸν ἀπὸ τῆς Μιλτιάδου ἐκ τῆς πόλεως, &c.
15. neque eo secius, sic sæpe Probus. non item sæpe Cicero, sic & Cornelius Nepos in vita Attici, non longè à princip. Neque eo, secius adolescentem Marium hostem indicatum iuuit opibus suis. Videbatur hic aliquid deesse, atque ita legendū. Neque eo secius Atheniensibus, à quibus profectus erat, quàm iis, quibuscumque erat profectus off. pr. Nam vulgata lectio, Neque eo secius Athen. quibuscumque erat prof. &c. ferri non potest, sed conieci, sic legendum esse, ut edidi, & natum esse mendum ex hoc, quod sequitur.
16. ex pacto) & συνθήκῃ, ex conuentione, ex pacto conuento.
17. cum vento Borea) quem Aquilonem supra nomine Latino, eum hic Boream Græco appellat, sic Gellius lib. 2. cap. 21. Sed qui ab æstiuæ & solstitiali Orientis meta venit, Latine Aquilo, Græcè βορρῆας ἀπὸ τῆς βοῆς dicitur.
18. Cares, qui tum &c.) immo Pelasgi, ut tradit Herod. lib. VI. non longè ab extremo.
19. Cycloades) Cycloades insulæ sunt in mari Ægeo, sic dictæ, quòd in orbem sitæ sint, ut tradunt geographi, Strabo, Plinius, Mela, ceteri. Strabo lib. X. ἐν τῇ αἰγυαίῳ μὰ τὴν αὐτὴν πρὸς τὴν ἄλυσιν, καὶ αἱ αὐτῶν ναυαγείας.
20. sub Atheniensium red. potest.) sic loquitur infra in ead. vita, & itè alibi.
21. Darius) Histaspis filius, qui qua arte ad regiam potestatem peruenierit, narrat Herod. Thalia.
22. Scythis bellum inferre decr.) post Babylonem expugnatam, ut tradit Herodotus Melpomene princip. ibidemque causam exponit, nepe quia Scythæ Medis bellum intulerant, & prælio commissio, victores discesserant, & Medos iniuria lacesterant.
23. Pontem fecit in Istro fl.) Herod. ibidem. διέβαινε ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ὅστις ἴσθμὸς παρὰ τὴν αἰγυαίαν. καὶ ἐν τῷ ποταμῷ μέγιστον ἔργον δὲ ἀπικωνται ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἐν αὐτῷ αὐτὸν αὐτὸν ἰσθμὸν ἔδωκεν ἑλκεῖν τὸν ποταμὸν. i. transit Darius in Europam, cum Ionibus mandasset ut in Pontum vsque ad Istrum nauigarent: posteaquam autem ad Istrum peruenissent, ibi se expectarent, pontem in eo flumine facientes.
24. dum ipse abesset) interea dum ipse abesset.
25. sic enim si reliquisset Ioniam & Æolidis principes, pontis custodes: & si amicis sing. iidemque Græciæ principibus oppida tuenda tradidisset, ut mox subiicit.
26. Græca ling. loq.) populos Græcè loquentes, in Asia habitantes.
27. sub sua ret. p.) quasi libentius essent obsecuturi Græcis, quàm barbaris, id est Persis.

χρῆλον τῆς Ἀττικῆς διηπιῦσαι, ἢ ἀλχοτάτω τῆς Ερετριῆς. i. Erat enim & Marathon locus Atticæ ad inequitandum aptiss. & Eretria proximus. Stephanus. Μαχαλῶν δὲ μὸς τῆς λεοντίδος φυλῆς, & c. M. Tullius lib. I. de Off. Hinc rhetorum campus de Marathonē. & c.

45. auxilium nusquam nisi & c. paullo aliter Plato lib. 3. de Legib. ibi enim scribit, eos, cum in omneis Græciæ parteis legatos misissent, qui auxilium peterēt, subuenisse tamen, præter Lacedæmonios, neminem: qui nescio qua religione impediti, post pugnam Marathoniam venerunt. Herod. lib. VI. consentanea probo narrans scribit, eos ad Lacedæmonios Phidippidem Hæmerodromum misisse, qui nuntiaret, celeri opus esse auxilio: illos decreuisse quidem venire, sed non tam citò, quàm Athenienses vellent, propterea quòd esset dies mensis nonus: quo die plena luna non esset: lege autem impediri, ne ante plenilunium exercitum educenterent. Itaque Athenienses cum solis Plataeensis Persarum copias percussisse, ac dissipasse. eadem fere ex Herod. refert Strabo libro 9.

46. Phidippidemque) sic legendum, & ita nominat Herodotus, non Philippum, ut habent libri vulgati.

47. cursorem eius generis, qui Hæmerodr.) sic Herod. eod. lib. & loco. κήρυκα Φιλιππίδω, ἀπὸ αὐτοῦ ἰδρὸν ἀφ' ἧμεροδρομῶν τε καὶ τῶν ἰδίετων ἴτα. appellatur & δρομοκῆρυκα, ut testatur Harpocration in voce δρομοκῆρυκα. sic ille δρομοκῆρυκα. Αἰχίνης, οἱ λεγόμενοι ἡμεροδρομοί. ex quibus verbis nuper cum Æschinis orationem explicarem, emendavi in ea oratione locum illum, in media fere oratione; quæ est de falsa legatione: οἱ δὲ Φαλαίου ἔφωκ' ὡν παραῖνον δρομοκῆρυκα, & c. & iussi reponi δρομοκῆρυκα.

48. creati sunt decem pr.) sic Herod. eod. lib. στρατηγὸν δέκα, οἷον δὲ δέκατις ἢ οὐ Μιλτιάδης, & attende, quos Græci στρατηγὸν, id est duces exercitus appellant, à Latinis prætores dicit: quod ostendit M. Tullius lib. 3. de Legib. & item alibi, & Cæsar lib. de bello civili. Lucilius apud Nonium in voce spurcum. Prætor noster adhuc quàm spurcum stercus: quòd omneis Extra castra, ut stercus, foras eiecit ad vnum, sic contra Plutarchus, quos Latini prætores, στρατηγὸν vocat.

49. inter quos magna fuit cont.) quam sustulit Miltiades perducto in sententiam suam Callimacho polemarcho, id est quasi belli totius imperium obtinente, Herod. eod. lib.

50. acieque contenderent) συμβάλλειν dicit Herodotus, acie cõtendere, & συμβόλω conflictum. Itaque ego hanc scripturam probo, ceteras, ut corruptas, reiicio: & paullo antè, ubi vulgati habent, urbibus defenderent, ego, se defenderent, repositui.

51. auderi) sic legendum, non audiri, neque audere. auderi autem est infinitivus ab impersonali audetur.

52. præter Plataenses) Herod. eod. lib. Ἀθλαῖοισι δὲ πεταγμένοισι οὐ πειθήναι Ἡρακλέος, ἰππῶδον βονθῶντες πλαταιῆς πεδμημένοι. i. Atheniensibus autem ad fanum Herculis dispositis opitulatum venerunt Plataenses cum vniuersis copiis: quidam libri habent, præter Plataensium, ut subintelligatur, ciuitatem. & ita aptè quadrabit, quòd sequitur, Ea mille misit m.

53. mille

53. mille misit militum) mille militum, mille hominum, mille nummorum, & c. hoc loquendi genus notauimus ad illum locum Horatii satyra 3. lib. 2. Mille ouium in sanus morti dedit. sic iterum Probus in vita Datamis, cum de ipsius exercitu, non amplius mille hominum cecidisset.

54. quæ manus mir.) itaque pauci multis sic obuiam ierunt, quasi in alienis animabus, non in suis, periculum facturi, inquit Isocrates. sic ille πανηγυρῶν ἀπὸ τῶν πλὴν οὐκ ἴδω δυνάμει ἔχοντες ὀλίγοι τῶν ἐς ποικίλας μωραδίας, ὡς τῶν ἐν ἀμφοτέροις ψυχῆς μάκροτες κινδυνώσιν.

55. collegæ) Polyxolus, Cynagirus, Stefilaus, ceteri.

56. locoque idoneo) in Marathonē.

57. acie è reg. instr.) quo modo instructa fuerit acies, narrat Herod. lib. VI. dicitque Callimachum duxisse dextrum cornu: quem sequebantur tribus Athenensium suo quoque ordine: sinistrum Plataenseis.

58. vi summa) Narrat Herodotus ibidem, Græcos à suis castris octo fere stadia in barbaros procurrisse: barbaros autem suo in loco stanteis Græcorum impetum excepisse, cum eorum factum irriderent, quasi imperitè facerent. Græcorum tamè consilium euentus comprobauit. addit eodem loco Herodotus, primos Græcorum Athenienses cum Plataensib. in hosteis procurrisse. Cæsar quidem bonus imperator lib. 3. de bello civili, talem militum alacritatem, & proursionem probat, his verbis. Hæc cum dixisset, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum electi milites circiter CXX. voluntariè eiusdem centuriæ sunt profecti, & c. Sed Pompeius suis prædixerat ut Cæsaris impetum exciperent, nè se loco mouerēt: aciemque eius distrahi paterentur. & c. quòd nobis quidem nulla ratione factum à Pompeio videtur, propterea quòd est quædam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quæ studio pugnae incenditur: hanc non reprimere, sed augere imperatores debent. neque frustra antiquitus institutum est, ut signa vndique concinerent, clamorèque vniuersi tollerent: quibus rebus & hosteis terreri, & suos incitari existimauerunt.

59. arborum tractu) id est arboribus productis, & longo ordine positis, longa arborum serie. sic tractus æui apud Lucretium lib. I. Quæ neque clara suo percurrere flumina cursu, Perpetuo possint æui labentia tractu, & c. & lib. VI. Diuerso motu radentes corpori tractum.

60. priusquam Lacedæmonij) qui plenilunium expectabant.

61. decuplicem) alias decemplicem.

62. non castra, sed nauis pet) sic Herod. lib. VI. φθῶροι δὲ ὄντι τῶν ἀπὸ τοῦ ἔργου κούφοι, ἐς δὲ ὅτι πλὴν θαλάσσει ἀπὸ τῶν ἰδρῶν, πῶρ τε ἀπὸ τοῦ ἔργου ἐπιλαμβάνουσι νεῶν. i. fugientis autem Persas Græci sequebantur cadentes donec, ubi ad mare peruenissent, ignem poscebant, & nauis prehendebant.

62. nunc autem effusi & obsoleti) sic legendum potius, quàm aboleti, ut habent libri vulgati. Atque hoc sanè modo erat hic locus emendatus in vno codice iuuenis pereruditi Cl. Puteani. obsoletos honores interpretor, tritos, & nimis vsitatos. Opposuit autem honores obsoletos raris, effusos tenuibus, ut sit χριστός.

C

putrescebat. Ex Herodoto autem cognouimus, ei fuisse conuulsum, seu luxatum femur dum desilit ex solario, aut maceria

79. frater eius Stefagoras) Herod. Ἐσθαγόρατος οἰ φίλοι. Stefagoras autem legendum, non Diagoras, ut habent libri vulgati.

80. capitis absolutus) Herod. πρὸς Ἰσχυροῦ τοῦ δήμου αὐτῶν καὶ τῶν Ἀπολλωνίου τοῦ θεῶν τῶν ἱεροῦστωνος καὶ τῶν ἀδελφῶν πινθέντων τῶν λαοῦ πινσι. id est cum populus, quod ad absolutiorem capitis attinet, se ei adiunxisset: quod ad iniustitiam verò, eum quinquaginta talentis multasset.

81. ibique diem obiit supr.) Herod. πλδπ. M. Tullius pro Sextio. Miltiadis calamitas non deterruit Themistoclem à rep. defendenda. Pausan. Atticis. Miltiadis virtuti Parum obsidenti cum minus fortuna fauisset, is non ita multo post, quam populi offensione damnatus est, è vita decessit. Valerius Max. refert hoc inter exempla ingratorum lib. V.

82. propter Pisistrati tyrann.) cuius filium Hippiam expulerant. Pisistratum tyrannum commemorat et Cicero epist. ad Att. lib. 7. Incertum est Caesar Phalarimne, an Pisistratum sit imitaturus. et Aristoteles lib. V. cap. V. de rep. de eodem multa Herodotus lib. I.

83. consuetudine) quæ altera natura est. 84. sed iustus) quia, ut subiungit, non vi, sed suorum voluntate adeptus erat dominatum, seu principatum.

85. Omnes autem et hab. et dic. tyr.) hæc videntur esse dicta propter C. Tullium Cæsarem, cuius potentiam immoderatam et iniustam siue Æmilius Probus, siue Cornelius Nepos, ut qui esset bonarum partium, non probabat. Sed quod ad vocabulū attinet, tyrānis apud bonos scriptores nunc idem valet quod regnū, seu βασιλεία, nunc significat dominatū iniustum, et violentum. Isocrates in Euagora perspicuè tyrannidem posuit pro regno, seu βασιλεία. νῦν δὲ πάντες αὐτὸ ὁμοιοῦσιν ἐπιτυραννίδε. Ἐστὶν δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἀδυνάτων μάλιστα ἐπιτυραννίδε. et c. idem prauis post versib. ἠγροῦστος ἰδὺ εἰ καλῶς τῶν εἰσποδῶν φρόνησιν ἀφραδύσσει, καλῶς αὐτῶν καὶ τῶν βασιλείων ἔξει. i. existimans si prudentiam suam bene composuerit, regnum quoque suum bene compositum futurum. Idem oratione ad Philippum disertè separarat ac distinguit regnum à tyrannide. μακεδόνες δὲ χάλεπ σοι ἐξοίσι, αὐτῶν βασιλικῶς, ἀλλὰ μὴ τυραννικῶς ὅπως τῆς. i. Macedones autem gratiam tibi habebunt, si eis regiè, non tyrannicè praesit. Idem πρὸς τὴν εἰρήνην. δεῖ γὰρ μῆσαι μὲν ταῖς τυραννικαῖς ἀρχαῖς, καὶ ταῖς δυνασταῖς, εὐαιολογίζομενοι ταῖς συμφοραῖς ταῖς ἀπὸ αὐτῶν Ἰσχυροῦστων. Ἐλλοῦσαι δὲ ἢ μὴ μῆσαι μὲν τῶν λακεδαιμονίων βασιλείων. ἐκείνοις γὰρ ἀδικεῖν ἤσπον, ἢ τῶν ἰδιώτων. Ἐσποῦν δὲ μακαροῦστροι τῶν ἰσχυροῦστων ὅτις τῶν τυραννίδων κατεχόντων, ὅσον οἱ μὲν τῶν τοῦστων ἀποκλείουσται, ταῖς μεγάλαις δωρεαῖς ἀφραδύσσει, καὶ ταῖς λαμβανούσται. ἀφραδύσσει δὲ οἱ μὲν τῶν λακεδαιμονίων ἐν ταῖς μέγαις ἀποδύσσει, ἀπὸ μὲν τοῦστων ἢ τῶν ἔξωθεν λαμβάνουσται. Oportet enim odisse imperia tyrannica, et dominationes iniustas, malis consideratis, quæ ab iis profectura sunt: emulari autem et imitari Lacedæmoniorum regnū, illis enim minus licet iniuriam facere, quam priuatis: tanto autem sunt iis beatiores, qui per vim tyrannidas retinent, quòd ἢ quidem, qui taleis homines interfecerunt, maximis præmiis ab iis, qui in eadem

rep. versantur, afficiuntur: qui verò pro illis non audent in præliis mortem oppetere, maiore notantur infamia, quam qui locum in acie non tenent. Plutarch. apophth. regum. et imperatorum. Πόρος ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Ἀλέξανδρου μὲν τῶν μάχων, πῶς ἐβίησεν βασιλικῶς, εἶπε, καὶ πρὸς στρατηγῶν, καὶ μὴ πρὸς παύσασθαι, ὅτι ἐν τῶν βασιλικῶν. Porus ab Alexandro rogatus post praelium, quomodo sese aduersus eum gereret: Regiè, inquit: iterum rogatus, numquid præterea? omnia, inquit, insunt in eo, quòd est Regiè. Polyb. lib. 2. καὶ μὲν τῶν τῶν πλείων ἀποκλινωσται, μετρίστον αὐτὸ ἐβίησεν, καὶ μάλιστα ἀξίον πρὸς πῶν. καὶ τῶν πρὸς φαιῶς ὁ ἰδὺ πῶν κατέπλεω, ἢ μάλιστα ἀποκλείσται, ἀδύσσει ὅτι. ὁ δὲ πῶν πρὸς δὲ πλεω, ἢ τυραννὸν ἡμωστων, καὶ πρὸς ἐδύσσει τῶν ἰσχυροῦστων. i. Et verò ciuis interficere, maximum scelus habetur, et maximis pænis dignum. Atqui sine dubio si quis furem aut adulterum interfecerit, à culpa solutus est: qui verò proditorem aut tyrannum vlciscitur, etiam primam sedè consequitur apud omnes. Idem ibidem infra non longè. ἢ μάλιστα αὐτῶν φησὶ γὰρ ἐν τῶν πρῶτων, ἀλλὰ ἢ ἐν τυραννῶν περιουσίαι. τῶν τῶν δὲ μάλιστα κατεργασίαι ἢ πρὸς τῶν ἰσχυροῦστων. ἢ πῶν ἐξ ἰδύστων δυνάσται ὁ δὲ τῶν. i. non solum eum tyrannum fuisse dicit, sed etiam ex tyrannis natum. At nemo quemquam grauius accusare possit, neque acerbius, quam si quis hoc crimen obiiciat. Virg. lib. 7. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Ex his exemplis licet intelligere tyrannū interdum idem significare, quòd regiè, et in laude poni: interdum à rege plurimum differre, et probro duci. Aristoteles lib. 3. et 4. polit. multis verbis docet quid intersit inter regem et tyrannum: et item Plato lib. 9. de rep. ostendit tyranni vitam esse insuauissimam: regis verò suauissimam, et iucundiss. et Xenophon in Hierone toto dialogo probat vitam priuatam liquidioribus et sincerioribus voluptatibus potiri, quam tyrannicam. ubi perspicuè tyrannum accipit pro eo, qui iniuris suis ciuibus, et iniuste dominatur.

76. maluit eum innox. pl.) omnis enim præstantia etiam virtutis, populo libero suspecta, vitanda, et timenda est: contra æqualitas amica, et omni ratione retinenda, et tuenda est. hinc nata illa per testulam decem annorum exsilia.

THE MISTOCLES.

Themistocles¹ Neocli filius Atheniensis. Huius vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata virtutibus: aded ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est ordiendum. Pater eius Neocles,² generosus fuit. is³ uxorem Halicarnassiam ciuem duxit, ex qua natus est Themistocles. qui cum minus esset probatus parètibus, quòd⁴ et liberius iusto vinebat, et rem familiarem negligebat, à patre exheredatus est. quæ⁶ contumelia non fregit eum, sed

erexit. Nam cum iudicasset sine summa industria non posse eam exstingui,⁷ totum se dedit reipublicae, diligentius amicis, fama q;⁸ seruiens. Multum in iudiciis priuatis versabatur, saepe in⁹ contionem populi prodibat, nulla res maior sine eo gerebatur, celeriterque, quae opus erant, reperiebat. Neque minus in rebus gerendis promptus, quam excogitandis, erat, quod¹⁰ & de instantibus (ut ait Thucydides) verissimè indicabat, & de futuris callidissimè coniciebat. Quo¹¹ factum est, ut breui tempore illustraretur. Primus autem gradus fuit capeffenda reipublica bello¹² Corcyraeo: ad quod gerendum prator à populo factus, non solum presenti bello, sed etiam reliquo tempore¹³ ferociorem reddidit ciuitatem. nam cum pecunia publica, quae ex¹⁴ metallis redibat, largitione magistratum quotannis interiret, ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum nauium edificaretur. Quae celeriter effecta, primùm Corcyraeos fregit, deinde maritimos predones confectando¹⁵ mare tutum reddidit. In quo cum¹⁶ diuitiis ornauit, tum etiam peritissimos belli naualis fecit Athenienseis. Id quanta saluti fuerit uniuersae Graeciae, bello cognitum est Persico. Nam cum¹⁷ Xerxes & mari & terra bellum¹⁸ uniuersae inferret Europae, cum tantis eam copiis inuasit, quantas neque antea, neque postea habuit quisquam. huius enim classis, mille¹⁹ & ducentarum nauium longarum fuit, quam duo millia onerariarum sequebantur: terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cuius de aduentu cum fama in Graeciam esset perlata, & maxime²⁰ Athenienses²¹ peti dicerentur propter²² pugnam Marathoniam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent²³ de rebus suis. ²⁴ Deliberantibus Pythia respondit, ut²⁵ mœnibus ligneis se muni-

rent. Id responsum, quod²⁶ valeret cum intelligeret nemo, Themistocles²⁷ persuasit consilium esse Apollinis, ut in nauis se, suaq; conferrent. eum enim significari murum ligneum. Tali consilio probato, addunt ad superiores totidem nauis triremis: suaq; omnia, quae moueri poterant, partim Salaminè, partim²⁸ Trœzenem asportant: arcem sacerdotibus paucisq; maioribus natu,²⁹ ac sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt. Huius consilium plerisque ciuitatibus displicebat, & in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt³⁰ delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege, qui³¹ Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt, eo que³² loco³³ omnes interierunt. At³⁴ classis communis Graeciae trecentarum nauium, in qua ducentae erant Atheniensium, primùm apud³⁵ Artemisium inter Eubœam, continentemque terram cum classiariis regis conflixit. ³⁶ angustias enim Themistocles querebat, ne multitudine circumiretur. Hinc etsi³⁷ pari prelio discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere, quod erat periculum, ne, si pars nauium aduersariorum Eubœam superasset, ancipiti premerentur periculo. Quo factum est, ut ab Artemisio discederent, & aduersum³⁸ Athenas apud Salamina classem suam constituerunt. At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus³⁹ accessit astu, idque⁴⁰ nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce inuenerat, incendio⁴¹ deleuit, cuius⁴² fama perterriti classiarij cum manere non auderent, & plurimi hortarentur, ut domos suas discederent, mœnibusque se defenderent, Themistocles⁴³ unus restitit, & uniuersos esse pares aiebat, dispersos testabatur perituros. idque Eurybiadi regi Lacedæmoniorum, ⁴⁴ qui tum summæ imperij præerat, fore affirmabat. quem cum mi-

nus, quàm vellet, moueret, noctu⁴⁵ de seruis suis, quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis, aduersarios eius in fuga esse: qui si discessissent, maiore cum labore, & longinquiore tempore, bellum confecturum, cum singulos confectari cogeretur: quos si statim aggredere-
 tur, breui uniuersos oppressurum. Hoc eo valebat, ut⁴⁶ in-
 gratis ad depugnandum omnes cogerentur. Hæc re audita barbarus nihil doli subesse credens, postridie alienissimo si-
 bi loco, contra opportunissimo hostibus, adeo angusto mari
 conflixit, ut eius multitudo nauium explicari non potuerit.
 Victus ergo est magis⁴⁷ consilio Themistoclis, quàm armis
 Græciæ. Hic etsi male rem gesserat, tamen tantas habebat
 reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere posset ho-
 stes.⁴⁸ Interim ab eodem gradu depulsus est. Nam Themis-
 tocles verens, ne bellare perseveraret, certiore⁴⁹ eum fecit
 id agi, ut pons, quem ille in Helle ponto fecerat, dissolueret-
 tur, ac creditu in Asiam excluderetur. idq; ei persuasit. Ita-
 que, quæ sex mensibus iter fecerat, eadem minus⁵⁰ diebus tri-
 ginta in Asiam reuersus est, seque à Themistocle non super-
 ratum, sed conseruatum iudicauit. Sic unius viri prudentia
 Græcia liberata est, Europæ que succubuit Asia. Hæc alte-
 ra victoria, quæ cum Marathonio⁵¹ possit comparari tropæo.
 nam pari modo apud Salamina paruo numero nauium
 maxima post⁵² hominū memoriam classis est deuicta. Ma-
 gnus hoc bello Themistocles fuit, nec⁵³ minor in pace. Cum
 enim Phalereo portu neque magno, neque bono Athenien-
 ses uterentur, huius consilio triplex⁵⁴ Piræi portus consti-
 tutus est: usque mœnibus circumdatus, ut ipsam urbem di-
 gnitate⁵⁵ æquipararet, utilitate superaret. Idemque muros
 Atheniensium restituit⁵⁶ præcipuo periculo suo. nanque La-
 cedæmonij

cedæmonij causam idoneam nacti propter barbarorum ex-
 cursiones, qua re negarent oportere extra Peloponnesum ul-
 lam urbem haberi, ne essent loca munita, quæ hostes posside-
 rent, Athenienseis adificanteis prohibere sunt conati. Hoc
 longe aliò spectabat, atque videri volebant. Athenienses e-
 nim duabus victoriis, ⁵⁷ Marathonica & ⁵⁸ Salamina, tan-
 tam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intel-
 ligerent Lacedæmonij de principatu sibi cum his certamen
 fore.⁵⁹ quare eos quàm infirmisimos esse volebāt. Postquam
 autem audierunt muros strui, legatos Athenas miserunt,
 qui id fieri vetarent. His⁶⁰ presentibus desierunt, ac se de
 ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem su-
 scipit Themistocles, & solus primò profectus est. reliqui lega-
 ti ut tum exirent, cum satis altitudo muri⁶¹ exstructa vide-
 retur, ⁶² præcepit: interim omnes⁶³ serui atq; liberi opus face-
 rent, neq; ulli loco parceret, siue sacer esset, siue profanus, si-
 ue priuatus, siue publicus: & undique, quod idoneum ad mu-
 niendum putarent, ⁶⁴ cogerent. Quo factum est, ut Athe-
 nensium muri ex sacellis, ⁶⁵ sepulcris que constarent. Themis-
 tocles autem, ut Lacedæmonem venit, adire⁶⁶ ad magistrat-
 us noluit, & dedit operam, ut quàm longissimè tempus⁶⁷
 duceretur, causam⁶⁸ interponens se collegas exspectare. Cum
 Lacedæmonij quererentur opus nihilominus fieri, eumque
 ea re⁶⁹ conari fallere, interim reliqui⁷⁰ legati sunt consecuti:
 à quibus cum audisset non⁷¹ multum superesse munitio-
 nis, ad Ephoros⁷² Lacedæmoniorum accessit, penes quos summum
 imperium erat: atque apud eos contendit falsa his esse delata.
 quare æquum esse, illos, bonos viros, nobilesq; mittere, qui-
 bus⁷³ fides haberetur, qui rem explorarent. interea se obsidem
 retinerent. Gestus est ei mos, tresque legati, functi summis

honoribus, Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles iussit proficisci: eisque praedixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent, quam ipse esset remissus. Hos postquam Athenas peruenisse est ratus, ad magistratum, senatumque Lacedaemoniorum adiit, & apud eos liberrime professus est, Athenienses suo consilio, quod communi iure gentium facere possent, deos publicos, suosque patrios ac penateis, quo facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse: neque eos, quod inutile esset Graecis fecisse. nam illorum urbem ut propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam iam bis classem regiam fecisse naufragium. Lacedaemonios autem male & iniuste facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod uniuersae Graeciae utile esset. Quare si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent: aliter illos numquam in patriam essent recepturi. Tamen non effugit ciuium suorum inuidiam. namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testarum suffragiis e ciuitate eiectus, Argos habitatum concessit. Hic cum propter multas eius virtutes magna cum dignitate viueret, Lacedaemonij legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum rege Persarum ad Graeciam opprimendam fecisset. hoc crimine absens proditoris est damnatus. Id ut audiuit, quod non satis tutum se Argis videbat, Corcyram demigravit. Ibi cum eius principes ciuitatis animaduertisset timere, ne propter se bellum his Lacedaemonij & Athenienses indicerent, ad Admetum Molossorum regem, cum quo ei hospitium fuerat, confugit. Huc cum venisset, & in praesentia rex abesset: quo maiore religione se receptum tueretur, filiam eius paruulam arripuit, & cum ea se

in sacrarium, quod summa colebatur caeremonia, coniecit. inde non prius egressus est, quam rex cum data dextra in fidem reciperet. quam praestitit. nam cum ab Atheniensibus & Lacedaemoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit, monuitque, ut consuleret sibi. difficile enim esse, in tam propinquo loco tuto eum versari. Itaque Pydnam eum deduci iussit, & quod satis esset, praesidij dedit. Hic in nauem omnibus ignotus ascendit: quae cum tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eò peruenisset, sibi esse pereundum. hac necessitate coactus domino nauis, quis sit, aperit, multa pollicens, si se conseruasset. At ille clarissimi viri captus misericordia diem, noctemque procul ab insula in salo nauem tenuit in ancoris, neque quemquam ex ea exire passus est. Inde Ephesum peruenit, ibique Themistoclem exponit: cui ille pro meritis gratiam postea retulit. Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transisse. sed ego potissimum Thucydidi credo, quod aetate proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt, & eiusdem ciuitatis fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem eum venisse, atque his verbis epistolam misisse. Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium Graeciorum in domum tuam intuli, cum mihi necesse fuit aduersus patrem tuum bellare, patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci, postquam in tuto ipse, & ille in periculo esse cepit. Nam cum in Asiam reuerti vellet, praelio apud Salamina factò, litteris eum certiore feci, id agi, ut pons, quem in Helleponto fecerat, dissolueretur, atque ab hostibus circumiretur. quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc autem ad te confugi exagitatus à cuncta Grae-

cia, tuam¹⁰⁸ petens amicitiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis,¹⁰⁹ quàm fortem inimicum ille expertus est. Ea autē rogo, ut de his rebus, de¹¹⁰ quibus tecum loqui volo, annum mihi temporis des, eoque transacto me ad te venire patiaris. Huius rex animi magnitudinē admirans, cupiensque talem virum sibi conciliari, veniam¹¹¹ dedit. Ille omne illud tempus litteris, sermonique Persarum dedit: quibus adeo eruditus est, ut multo¹¹² commodius dicatur apud regem verba fecisse, quàm hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic cum¹¹³ multa regi esset pollicitus, gratissimūque illud, si suis uti consiliis vellet, illum Græciam bello oppressurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit, domiciliūque¹¹⁴ Magnesiæ sibi constituit. nanque¹¹⁵ hanc urbem ei rex donauerat, his usus verbis, quæ ei¹¹⁶ panem præberet: ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant: Lampfacum, unde vinum sumeret: Myuntem, ex qua opsonium haberet. Huius ad nostram memoriam monumenta manserunt duo, sepulcrum¹¹⁷ prope oppidum, in quo¹¹⁸ est sepultus: statuæ in foro Magnesiæ. De cuius¹¹⁹ morte multis modis apud plerosque scriptum est: sed nos eundem potissimū Thucydidem auctorem probamus: qui illum ait Magnesiæ morbo¹²⁰ mortuum: neque¹²¹ negat fuisse famam, venenum¹²² sua sponte sumsisse, cum se quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem ossa eius clam in Attica ab amicis esse sepulta, quoniam legibus¹²³ non concederetur, quod prodicionis esset damnatus, memoriæ prodidit.

Neocli filius) sic habent boni libri, & ita loquebantur boni scriptores, quomodo sæpe locutus est Cicero, ut admonuimus in notis Ciceronianis. Nicocli autem. i. Nicoelis.

2. generosus fuit) At Plutarchus contra. πατρὸς γὰρ τοῦ Νεοκλέους οὐκ ἦν ἀγαθὸν ἔπιφαιῶν. Α. Στοῦρον. i. patre natus erat Neocle, homine non admodū illustri Athenis.

3. is uxorem Halicarnassiam ciuem) sequitur eos Probus, siue Nepos, qui matrem Themistoclis Carinam fuisse dicunt, in quibus est Fanias, ut refert Plutarchus. Halicarnassus enim vrbs est, Caria urbium princeps & regia. Quin idem Plutarchus tradit Neanthem quendam memoriæ prodidisse, eam Halicarnassiam natam esse. Alij autem Thressam fuisse volūt, ut declarat auctor huius epigrammatis, Ἀβρότον τον θρηῶν· εἰμὶ γυνὴ ἥως, ἀλλὰ περὶ δαί· Τὸν μὲν γὰρ ἔλλαπον φημὶ Θεμιστοκλῆα. i. Sum genere Abrotonum, mulier Thressa: at peperisse Me Græcis magnum dico Themistoclea.

4. quod & liberius iusto) immo nimis licenter, & dissolutè: ut voluntij, quæ Themistoclem ἀνάλαστον εἶστωπον fuisse in adolescentia dicunt: ob eamque causam à patre abdicatum: in quibus est Ælianus lib. 2. var. histor. & Valerius Max. lib.

VI. cap. X. in externis: quos refellit Plutarchus in Themistocle his verbis. ἀ δὲ τούτων ἕκαστος οἰεῖται διηγήματα, πλεονεξίας ἀποκέρυξιν, ἀλλὰ τὸ πᾶν αὐτῷ, ἡταίαν δὲ τῆς μητρὸς ἐκούστων ἔπι τῆ περὶ δὸς ἀπμῖα ἀειλύτου ἡμομάχης, δοκί· κατὰ φύσιν. i. quod autem nonnulli his assuunt, narrationes confingentes, abdicatum quidem eum esse à patre, matrem autem eius voluntaria morte vitam finisse ex infamia filij graui marore afflictam, videntur esse falsa. Idem tamen ἀπὸ τοῦ Ἰσθίου βεβαίως ἔμμερον. eorum sententiam videtur probare, cum dicit, εἰ δὲ τις πύρωτον ἀπέκλειναι Μιλτιάδην ἐν χερρόνησῳ ἀπέπρον, ἢ Κίρωνα σωόντα τῆ ἀρετῆ διώξας εἶλετ, ἢ Θεμιστοκλῆος ἐφ' οἷς ἀπληγῶν ἐκμαζέξιν ὑβελξε δὲ ἀγοράς, ἀφείλετο πᾶν πόλιν, ὡς ὕστερον Ἀλυσιῶδου, χραιψάδου, ἀρ' ἐπὶ αὐτὸ ἀπολώλυσαν ἡμῖν οἱ μαεσιθῶνες, οἱ ὑβρυέδοντες, τὸ καλὸν Ἀρπυμῖνοι, & c. i. Si quis autem tyrannum interfecisset Miltiadem in Cherroneo antea, aut Cimonem cum sorore rem habentem, accusatum damnasset, aut Themistocli, propterea quod voluptatibus flagitiosis seruiens commissabatur, & libidinosè vivebat per forum, ciuitatem ademisset in iudicium adducto, ut postea Alcibiadi, nonne nobis periissent Marathones, Eurymedontes, præclarum Artemisium? & similiter in ἀποφθ. βασιλ. καὶ στρατηγ. Θεμιστοκλῆς μὴ ἐξάμουν ὦν, ἐν πότις ἐκωλυθεῖτο καὶ γυναιξί. i. Themistocles cum adhuc adolescens esset, in poculis & mulierculis volutabatur.

5. à patre exheredatus est) ἀπεκέρυξιν dicunt Græci, id est, abdicatus est, quod valet, repudiatus & reiectus est à patre ut nō filius, vel ut patre indignus filius,

6. quem contumelia non f.) contumelia patris filium abdicantis. Sed videtur non fuisse illa contumelia, si pater flagitiis filij offensus, & iusto dolore affectus filium abdicauit.

7. totum se dedit reip.) totum se tradidit reip. totum se ad remp. contulit. Ælianus πικρὰ ἱστορ. lib. 2. ἐπὶ γὰρ τῆς ἀστάθειας ἐπαύσατο Θεμιστοκλῆς, ἀποκέρυξθεῖς ὑπὸ τοῦ

se fidelem in negotio aliquo suscepto, seu recepto: quod Graeci dicunt, πιστὸν ἰσχυρὸν ἔχειν. habere fidem, est credere, quod Graeci dicunt πιστεύειν. Denique sic dictum est adhibere fidem, ut adhibere diligentiam: habere fidem, ut habere honorem.

74. ad magistr. &c.) sic supra locutus est Probus.

75. professus est) antiquissimi cod. impressi habent profecutus est. unde ego suspicor legendum prolocutus est. Verum tamen nihil muto.

76. neque eos quod) sic legendum, ut recte legendum coniecit Claudius Puteanus. nam vulgata lectio, eo quod, corrupta est.

77. ut propugnaculum oppositum) ὡς ἐπὶ Σολων. καὶ ὀπποῦρον, vel ἐπιπυλακός, sic M. Tullius pro Fonteio. Narbo Martius propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum.

78. iniuste facere) ἀδικῶν.

79. Namque ob eundem timorem) ne dominari vellet. Vide supra in Militiade, in extr.

80. testarum suffr. è ciuitate eiectus) ὁ στρακισμὸν appellant Graeci, ut ait & Probus. Fuit autem ostracismus lege institutus post exactum Hippium tyrannum. Pisistrati filium, ne quis ob nimiam praestantiam ac potentiam libertate oppressa tyrannidem occuparet. Fiebat autem hoc modo. vnusquisque ciuium in testula eius nomen inscribebat, qui maximè populi libertatem & principatum euertere posse videretur: quo facto testulam in locum fori cancellis circumscriptam quisque deferrebat. Magistratus autè, seu archontes primùm quidè vniuersam testularum multitudinem numerabant. Nam si, qui scripsissent, sex millibus pauciores fuissent, inanis erat & irritus ostracismus. Deinde vnoquoque nomine seorsum ab aliis posito, eum, cuius nomen à pluribus scriptum esset, è ciuitate in decennium relegabāt, concesso ei suorum honorū vsu & fructu. Nō enim eū, ut penā, aut multam ei irrogarent, sed vt eius excellentiam minuerent, exsulare iubebant, immò, ut ait Plutarchus, nomine & specie, erat potentia, & excellentia depressio, atque imminutio: reuera inuidia populi solatium. Qui plura de ostracismo cognoscere volet, legat Plutarch. in Themistocle, Aristide, Alcibiade. Diodor. Siculum lib. XI. Aristotelem lib. 3. polit. Suidæ tamen in voce ὁστρακισμὸς, & Andocidæ contra Alcibiadem, verba ascribam. Sic igitur Suidas, ὁστρακισμὸς φύγῃς διαφέρει, ὅτι ἄλλο μὲν φύγῃς ὄψινται ἐξ οὐσίας ἐδημιούντων. ἄλλο δὲ ὁστρακισμῷ ἀποστειλῶν, ἐν ἀφῆρσι τὰ χεῖματα ἢ δῆμος. καὶ τῶς μὲν γέγονος ἐν δίκτυοντι καὶ τῶς οἱ δὲ φεβύργις ἐδέτερον τούτων ἔχουσι. id est ostracismus ab exsilio differt, quod eorum quidem, qui exsilio damnati erant, bona publicabantur: iis autem, qui per testulam è ciuitate summoti erant, pecunias populus non adimebat: & his quidem tempus, quandiu exsulent, & locus certus, in quo habitent, praefinitus est: qui exsulant autem, neutrum horum habent. sic Andocides. νομίζω δὲ καὶ τὴν δέτα τὴν νόμον, τῶν πλεὺ τῶν δικάσιαι ἔχοντων ἐλάττωται ἄλλο πολιτῶν πρὸς τῶς κρείστοις τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν νόμων, ἐπειδὴ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐκ ἔστιν ἰδίαι δίκαι λαβεῖν, δημοσίαι ὑποβείαν ἄλλο τῶν ἀδικουμένων κατασβεδασα. i. arbitror autem, eius, qui hanc legem condidit, hanc mentem fuisse, cum aspectum retulisset ad eos ciueis, qui plus possunt, quàm magistratus & leges, quia de his penas priuatim sumere non licet, supplicium publicum pro iis, qui iniuria afficiuntur, comparasse.

comparasse. Idem valuisse apud Syracusanos petalismum, quod apud Atheniensibus ostracismus, tradit Diod. Siculus eod. lib. sub extr dictus autem petalismus ὄστρακισμός τοῦ πέταλοι. oportebat enim in oleagino folio nomen eius, qui plus iusto potens videretur, inscribi: & foliis numeratis eum, cui plurima folia obtigissent, quinqueannium exsulare.

81. Argos habitatum conc.) sic Thucyd. lib. I. non longè ab extr. Ἐποχὴ δὲ ὠστρακισμῆτος, καὶ ἔχον δὲ ἄγειται ἰδίαι ἐν Ἀργῶ, ἐπιφοιτῶν δὲ, &c. Sciendum est autem Argos, locum fuisse certum ac definitum, in quo commorabantur qui testarum suffragiis è ciuitate eiecti erant.

82. Lacedaemonij legatos) sic Thucyd. lib. I. eod. fere loco. & Diodor. Siculus lib. XI. pag. 270. Plutarch. in Themist.

83. cum rege Persarum) alij libri habent, cū rege Persiæ: alij cum rege Persidis.

84. proditiōis est damn.) neque ei profuerunt superiora sua in patriam benè promerita, pugna Salaminia, & legatio ad Lacedaemonios obita, ut scribit Ælianus lib. 3. variae historie in extr.

85. Corcyram demigr.) Thucyd. ibidem. φεβύργῃ ἐν πελοποννήσου ἔς κέρκυραν. quia de Corcyrensis erat bene meritus, ut subiicit idem Thucyd. ἀντὶ τῶν ἐν δὲ δόξης.

86. Ibi cum eius principes) sic Thucyd. eod. loco. ἀδελφῶν δὲ φασιδῶν τῶν ἑστῶν κερκυραίων ἔχοντων, ὡς ἐν λακιδαιμονίαις καὶ ἀδελφῶν ἀπὸ χερσῶν, &c. i. Cū autè dicerent Corcyrenses se vereri ne si eum apud se haberent, inimicitias Lacedaemoniorum & Atheniensium sibi conflarent, & cet.

87. ad Admetum Mol. r.) sic fere Thucyd. lib. eod. & Diodor. Siculus lib. XI. & Plutarchus in Themist. sed in eo quod mox narrat Probus, Themistocli cum Admeto fuisse hospitium, non consentiunt Thucydides & Plutarchus. Thucydides enim sic, ὄστρακισμὸν τὴν μολοσίων βασιλεία, ὄντα αὐτῶν ἢ φίλοι. i. ad Admetum Molossorum regem, qui ei non erat amicus. Plutarch. sic, κατεφυγὼν πρὸς Ἀδμητῶν, ὃς βασιλεὺς μὲν τῶν μολοσίων, δὲ τῶν δὲ ἐν ἑστῶν ἀδελφῶν, καὶ πρὸς πελαγονίαις ἔχοντος Θεμιστοκλέους, ὃτ' ἠκμαζεν ἐν τῇ πολιτείᾳ, δὲ ὀργῆς ἔχοντων αὐτῶν αἰεὶ, καὶ δῆλος τῶν ἐλάσει, ὑμωρησάμενος. i. cū ad Admetum confugisset, qui rex quidem Molossorum erat, sed quia, cū aliquid olim ab Atheniensibus petiuisset, à Themistocle contumelia fuerat affectus, quo tempore in rep. potens erat, perennis cum eo inimicitias gerebat, & praese ferebat, si eum nactus esset, se penas de eo sumpturum. Diod. Siculus nullum de amicitia, aut odio verbum facit. Est autem Molosia in Epiro.

88. & in praesentia rex abess.) immò aderat, ut vult Diodorus. nam ille accepit eum comiter, & hortatus est ut bono animo esset, & omninò pollicitus est se curaturum ut tutus & saluus esset. Secutus est igitur Probus Thucydidem, qui ita narrat, καὶ ὁ μὲν ἐν ἑτέρῃ ἐπιδημῶν, &c. i. & ille quidem nō aderat. Themistocles autem uxoris eius supplex factus docetur ab ea, ut accepto ipsorum filio ad focum sederet. Plutarchus duas diuersas hac de re historias ponit, partim Thucydidem, partim alios, qui Admeto praesente Themistoclem filium eiusprehendisse, & ad aram seu focum confugisse narrat. Diodorus autem de filio Admeti nullam mentionem facit.

89. filiam eius paruulam) Thucyd. & Plutarch. filium dicunt à Themistocle

esse apprehensum. Quare vel lapsus est Probus, vel alios secutus est historicos, vel erratum est librarium.

- 90. data dextra) nullum de data dextra apud historicos, qui exstant, verbum. Probabiliter autem hoc à Probo, siue ab aliis sumtum, siue de suo additum, positum est. Nam qui sanctè aliquid promittebant, et fidem dabant, dexteras dabant apud veteres. sic apud Xenoph. ἐπιλω. 2. non longè à princip. ἐκ τούτων δεξιάς δότες ἔχοντες, ἔτι τούτοις ἀπέπιμπον πρὸς ὄπισθεν. sic M. Tull. Philipp. XI. dexterae, fidei testes, perfidia sunt et scelere violatae. Idem lib. 7. epistolarum ad Atticum epistola I. contra Casarem, ubi sunt densè illa dexterae? Hesych. δεξιά, αἱ γνώμῃ καὶ σωθῆκας ἐπιφαίει δὲ δεξιῶν ἁρῶν εἰς σύμβολον τῆς βέλῃαι ἰσχυρίας. ἢ τῶ σωθῆκας. i. dexterae, dicuntur, quae sunt in conuentionibus, et pactionibus dexterarum manuum coniunctiones, ad declarandum stabilia fore et esse quae conuenerunt. Diod. Siculus lib. 16. in med. καὶ τὴν δεξιάν ἔδωκε τῷ θεσσαλίῳ. ἐστὶ δὲ ἡ πρὸς αὐτὴν βέλῃαι πᾶσι τῶν ἑσθῶν. τῶν ἑσθῶν. i. et dextram dedit Thessalioni. est autem haec fides firmissima apud Persas. Virgil. lib. I. Aen. cur dextra iungere dextram Non datur? idem lib. 3. Iungimus hospitio dexteras, et recta subimus. Hom. Iliad. ω. Ὡς δὲ ἐξ ὀφθαλμοῦ ἐπὶ κερπέω χεῖρα γέροντος Ἐμασθε δεξιπρῶν, μὴ πως δέισθαι ὄψομαι. i. sic fatus Priami dextram, ne forte timeret, Prendit, et hoc dubiam firmavit pignore mentem. Ad quem locum tamen notat Eustathius non in vola manus, sed in iunctura fuisse apud heroas illos fidei sedem. sic et idem Probus infra in Datame. si ei rex promitteret fore, ut quodcumque vellet, liceret impune facere, fidemque de ea re more Persarum dedisset.
- 91. exposceretur) deposceretur ad supplicium. sic enim Caesar loquitur. sic Diod. Siculus, ἔχοντες αὐτὸν ἄεθρος ὑποβίβαν. id est deposcebant eum ad supplicium.
- 92. supplicem non prodidit) sic Thucydides lib. I. καὶ ὕστερον οὐ πολλὰς τῶν πελαγονομοσιῶν καὶ τῶν ἀθελωμοσιῶν ἐλάττωσιν, καὶ πολλὰ εἰπὺσιν ἐκ ἐξέδωσι. i. et non multo post Lacedaemoniis et Atheniensibus, cum venissent, multa que dixissent, ut Admetus Themistoclem sibi dederet, non tradidit.
- 93. monuitque ut conf.) Cum supplicem prodere nollet, dedecusque, quod subiturus esset, si fidem falleret, vereretur: et cum altera ex parte Lacedaemonios, ne sibi bellum inferrent, nisi Themistoclem eis traderet, metueret, suavitatem Themistocli, ut clam aufugeret, ei que magnam vim auri dedit, fugae viaticum. Haec fere ex Diod. Siculo.
- 94. Itaque Pydnam) sic fere Thucydides. Est autem Pydna urbs Macedoniae.
- 95. ubi tum Athen.) sic fere Thucyd. Naxus porro insula est. vna ex Cycladibus.
- 96. domino nauis) ναυκλήριον.
- 97. multa pollicens) addit Thucydides, immo priore loco ponit, καὶ εἰ μὴ ἔοιστο αὐτὸν, ἔσθην εἶπεν, ἢ τὴν χεῖρα σὺ πρὸς αὐτὸν. i. et nisi ipsum seruabit, minatus est ei se dicturum Atheniensibus eum pecunia adductum esse, ut se veheret. Hac de re apud Diodorum nullum verbum. Polyænus verò refert lib. I. Strategem.
- 98. in salo nauem tenuit) Thucyd. eod. libro. καὶ ἀποσαλεύσας ἡμῶν τὴν ναυκλήριον ἐν ἄπυρρον. in salo, i. in alto mari, vndarum, et fluctuum pleno, minimeque

- à ventis tuto. Cicero accus. lib. 4. iam sese in terrâ è nauis eiecerat, quadrirēmēque in salo fluctuantem reliquerat. Idem pro Cacinna, Ut si qui ex alto, cum ad patriam accessisset, tempestate subito reiectus optaret, ut vnde esset deiectus, eò restitueret: hoc, opinor, optaret, ut, à quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem, quam petebat.
- 99. neque quemquam ex ea exire) quod ei praeceperat Themistocles, ut narrat Thucydides his verbis, τὴν δὲ ἀποβείαι ἐπὶ, ὑπὲρ τῶν ἐκ τῆς ναὸς μέγιστοις ἔχοντες. i. hanc autem esse viam vitandi periculi, si nemo ex nauis exeat donec ventus sit secundus. sed alij tradunt Themistoclem domino nauis minatum esse se dicturum Atheniensibus, eum corruptum à se esse ut se veheret, in quibus est Thucydides, ut supra diximus, refert et hoc Polyænus lib. I. Strategem.
- 100. Inde Ephe(um) Thucyd. ὕστερον ἀφικνεῖται εἰς Ἐφεσον. Diodorus autem multo aliter eod. libro.
- 101. exponit) eleganter, et ex bene Latine loquentium consuetudine. Horat. sat. I. lib. I. quarta vix demum exponimur hora. Caesar lib. 3. de bello civili, quibus regionibus exercitum exposuisset.
- 102. plerisque) Ephorum, Dinonem, Clitarchum, quod et refert Plutarchus.
- 103. Artaxerxem) Xerxis filium, qui μακρόδρα cognomento dictus est. Plutarch. ἀποφθ. βασιλ.
- 104. Themistocles veni ad te) Iuuabit haec conferre cum Thucydide verbis, si quis Graecis litteris delectatur. sunt enim haec Probi, seu Nepotis, ex Thucydide propemodum ad verbum expressa.
- 105. certiorum feci id agi, ut pons) hac de re supra satis multa notauimus. Sed paullo ante quidam libri habent, reuerti nollet.
- 106. ad te confugi) Thucyd. πρὸς μὲν, adsum. fortasse legendum, confugio.
- 107. exagitatius à cuncta Gr.) διωκόμενος δὲ τὴν οὐρανὸν. id est qui exagitor propter tuam amicitiam.
- 108. tuam petens amicit.) hoc addidit de suo Probus. non enim credibile est illa Graeca, δὲ τὴν οὐρανὸν. Latine reddidisse, tuam petens amicitiam.
- 109. quam fortem) quid interest inter fortem, et bonum? videtur enim et qui fortis est, bonus esse, et qui bonus est, fortis. itaque putabam legendum esse, quam acrem inimicum.
- 110. de quibus tecum loqui volo) ὡς δὲ ἄνθρωπος. Thucydides legendus, Plutarchus in Themistocle, et apophth. reg. et ducum, quo loco similiter illud profert de tela contracta et explicata, in qua varia animalia sunt acu depicta: cui orationem similem esse dicebat.
- 111. veniam dedit) id est concessit ei annum, ut hoc temporis spatio linguam et instituta Persica disceret. sic loquitur infra in Pausania. quod si eam veniam sibi dedisset, et c. Sic et M. Tull. ad Q. Fratrem lib. 3. Caesar tibi amatissimè petenti veniam non dedit. Idem lib. I. de oratore ad Q. Fratrem. Date nobis hanc veniam, ut ea, quae senitis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini. Non narrat hic Probus, quanto in periculo Themistocles versatus sit, cum à Mandane Darij filia, Xerxis sorore, accusatus est: quod expositum est à Diod. Siculo lib. XI.

- 112. *ut multo comm.) Probabilius Thucydides, qui dicit, eum linguam Persicam didicisse quoad fieri potuerit: & Plutarchus, qui dicit ποσειδωνος εκμαθων. ubi tantum quantum satis erat, didicisset, &c. Retulit hoc & Valerius Max. lib. 8. cap. 7.*
- 113. *Hic cum multa regi esset pollicitus) Cicero lib. 10. epist. ad Att. Themistocles non vidit, quid Xerxi polliceretur, &c.*
- 114. *Magnesia) Μαγνησια πολις παλαια Μαγνησια, Stephanus, id est Magnesia, urbs apud Maëandrum fluvium.*
- 115. *Namque hanc urbem, exempla Germ. habent, cum duab. aliis, mihi hoc totum, cum duab. al. suspectum est.*
- 116. *quæ panem pr.) sic Thucyd. Diod. Siculus, Plutarchus. Diodori verba ascribam. Μαγνησια μὲν τιμὴ ἔστι τῶν Μαγνησίων πλείστον ἔστι καὶ τὴν Ἀσίαν πλείων ἔχουσι ἄνθρωποι, εἰς ἀρτοίς. Μασσῶτα δὲ εἰς ὄψον, ἔχουσαι δολιχὰν διέχθην. Λάμψακον δὲ ἀμπλοφύτην, ἔχουσαι χόρην πολλὴν, εἰς οἶνον. i. Magnesium ad Maëandrum sitam, omnium, quæ in Asia sunt, urbium frumenti feracissimam, in panes: Myuntem in opsoniis, quæ mare habeat piscosum: Lampscacum in vinum, quæ in regione sita est multis vitibus confita. Plutarchus ex Neanthe & Phania addit Percotam, & Palæscerpsin in stragula & vestitum: quos sequitur Athenæus lib. I. Hunc morem Persarum in donando commemorat & M. Tull. lib. 3. accus. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere, hoc modo, Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crineis.*
- 117. *sepulcrum prope opp.) quod commemorat Pausanias Atticis in princip. καὶ παρὰ τῆς μασσῶτα κρημνὸς τοῦ εὐμοκλέους, &c. per Oppidum enim Athenæ significatur.*
- 118. *in quo est sep.) Nam eius ossa Magnesia sublata Athenas deportarunt eius propinqui, ut refert Pausan. ibid.*
- 119. *De cuius morte) lege Plutarch. & Diod. Siculum, & M. Tull. Bruto, cuius verba ascribam. Nam quem Thucydides, qui & Atheniensis erat, & summo loco natus, summis que vir, & paullo ætate posterior, tantum mortuum scripsit, & in Attica clam humatum: addidit fuisse suspicionem veneno sibi concivisse mortem. hunc isti aiunt, cum taurum immolauisset, excepisse sanguinem paterna, & eo epoto mortuum concidisse.*
- 120. *morbo mortuum) Thucyd. νοσήσας δὲ πλεῖστα τῶν βίων.*
- 121. *neque negat f. fam.) hæc fere sunt ex Thucydide expressa.*
- 122. *venenum) sanguinem taurinum. in qua sententia videtur & Aristophanes fuisse. sic enim ille in Equitib. ἀέκτιστον ἦν αἷμα τῶν τεινῶν. Ὁ θερμοκλέους γὰρ ἦν αἷμα ἀρετῶν πρὸς. propterea autem venenum est taurinus sanguis, quia, ut tradit Plinius lib. XI. cap. 38. celerrimè coit, atque durefcit.*
- 123. *quoniam legib. non conced.) leges enim vetabant, eius, qui vel sacra legisset, vel patriam prodidisset, ossa in Attica sepeliri: idque refert & Xenophon lib. I. ἐλλω. sub exit. hinc verbis, πῶς δὲ εἰ βούλεσθε, καὶ τὸν νόμον κρίνατε, οὐ βῆν ἔστι τοῖς ἱερὰσι τοῖς καὶ παρὰ τῆς κρημνὸς τοῦ εὐμοκλέους, καὶ τακτικῶντα ἐν δει.*

καὶ τῶν αἰώνων, καὶ καταγινώσκῃ, μὴ ἔστω αἰεὶ ἐν τῇ ἀσπίδι. & δὲ χήματα αὐτῶν διμύσια ἴδ. i. hoc autem, si vultis, ὁ Atheniensis, lege iudicatote, quæ in sacrilegos, & proditores lata est, si quis aut civitatem prodiderit, aut rerum sacrarum furtivum commiserit, ut in iudicio damnatus, si sententia in eum lata fuerit, ne in Attica sepeliatur, pecunia autem eius publicetur.

ARISTIDES.

Aristides¹ Lysimachi filius Atheniensis, equalis ferè fuit² Themistocli. itaque cum eo de³ principatu contendit. namque⁴ obrectarunt inter se. In his autem cognitum est, quanto⁵ antistaret eloquentia innocentia. ⁶ quamquam enim ad eò excelebat Aristides⁷ abstinentia, ut unus post⁸ hominum memoriã, quod quidem nos audierimus, ⁹ cognomine iustus sit appellatus, tamen à Themistocle¹⁰ collabefactus testula¹¹ illa exfulio decem annorum multatus est. Qui quidem cum intelligeret reprimi concitatam multitudinem non posse, cedensque¹² animadverteret quendam scribentem, ut patria pelleretur, quæsisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta pœna dignus duceretur. Cui ille respondit, se¹³ ignorare Aristidem, sed sibi nõ placere, quòd cupide elaborasset, ut præter ceteros iustus appellaretur. Hic decem annorum legitimam pœnam non¹⁴ pertulit. nam postquam Xerxes in Græciam descendit, sexto ferè anno post, quæ erat expulsus, ¹⁵ plebiscito in patriam restitutus est. ¹⁶ Interfuit autem pugna navali apud¹⁷ Salamina, quæ facta est prius, quàm pœna liberaretur. Idem prætor fuit Atheniensium apud¹⁸ Plataeas in prælio, quo¹⁹ Mardonius fusus, barbarorumque exercitus est interfectus. Neque aliud est ullum huius in re militari illustre factum, quàm ²⁰ huius imperij memoria. Iustitiæ verò, & equitatis, & innocentia multa. In primis, quòd eius equitate factum est.

in ea pugna lapide percussus, ut refert Plutarch. in Aristide.

20. quam huius imper. m.) victoria tamen Plataeensis tributa est Pausania Lacedaemoniorum duci, ut infra cognoscemus in Pausania. quin Herodotus in Caliope, ubi haec pugna, victoriaque Graecorum narratur, nullam Aristidis mentionem facit, nusquam eum appellat: Pausaniae nomen contra milies commemorat.

21. intemperantia, impotentia, saevitia, superbia, iniustitia.

22. et iustitia fact. est Arist.) narrat hoc Diod. Siculus lib. XI. pag. 265. ibi. Αεισιδης δὲ ὁ ἀθλωματῶν καὶ κρητῶν χρωμῶν, ἐμφανῶς ἐν ταῖς καινολογίαις ἀνελαιμῶναι ταῖς πόλεως, καὶ διὰ τῆς ὀμιλίας ποσειδάωνος ἰδίας ἐποίησε τοῖς ἀθλωματοῖς. id est Aristides Atheniensis, occasione oblata utens aperte in consiliis et colloquiis communibus civitates alienatas recuperabat et reconciliabat, et oratione alliciens Atheniensibus adiunxit. Sic et Plutarch. in Aristide, ibi. ἐπὶ δὲ στρατηγῶς ἐκτιμῶντος Κίμωνος ὅτι τὸν πόλεμον ἐώεα τὸν Πρωσπαιαν, καὶ τοῖς θύοις ἀρχόντες ἦν ἀσπρπαιῶν ἐπαχθεῖς καὶ χαλεπῶς τοῖς συμμάχοις ὄντας, αὐτὸς τὸν πόλεμον καὶ φιλικῶς ἠμύλων, et c. Posteaquam autem Aristides praetor cum Cimone ad bellum missus, vidit, Pausaniam, et alios Spartiatarum praefectos, graueis ac saevos esse in socios, ipse leniter et humane cum eis congregiendens et colloquens, et Cimonem commodum, et communem, et facilem erga eos in expeditionibus, et castris reddens, occulte et furtim Lacedaemonius ademit principatum non armis, non navibus, non equis, sed equitate, et facilitate, et civili quadam scientia. Tangit hoc idem Thucyd. lib. I. quamquam Aristidem non commemorat.

23. bellum renouare) sic loquitur Caesar lib. de bello Gall.

24. quantum pecunia quaeque civit. d.) σωπαζεις appellarunt Athenienses nomine specioso, et leni, quia nomen φόρος molestè ferebant, inquit Harpocratio. Isocrates ἀδελφείων. ἡμῶν γὰρ οἰόμεθα μὴ, ἢ τὴν πόλιν ἀλλοτρίαν πλείω μὲν πολλὰς περιερεῖ, καὶ βιάζομεθα ταῖς πόλεωσιν σωπαζεις διδόναι, et c. i. Nos enim putamus si mare nauigemus multis tremibus, civitates per vim cogamus tributa nobis pensitare, et c. appellabant tamen et φόρος ἀπὸ τῆς φέρειν. Aeschin. ἀπὸ τῆς φέρειν. ὡς ὦν Αεισιδης, ὁ τοῖς φόροις τῶν εἰλησίων, ὁ δὲ δικαίος ὁπικαλούμενος. i. quasi sit Aristides, qui Graecis dectigalia descripsit, is, qui iustus cognomen dicebatur. Diod. Siculus lib. XI. τὸν χρεῖς ἐπὶ τὴν ἀδικατεῖαν ἦν φόρων, οὕτως ἀκριβῶς καὶ δικαίως τὸν ἀδικατεῖαν ἐποίησαν, ὡς τὸν πόλεον ταῖς πόλεωσιν ἀδικατεῖαν. i. praepositus autem tributorum descriptioni, ita accuratè et iustè distributionem ac descriptionem fecit, ut omnes civitates comprobarint. Itaque cum videretur vnum quiddam ex iis rebus, quae fieri posse non videbantur, perfecisse, maximam iustitiae nomine gloriam consecutus est.

25. id enim commune) Thucyd. lib. I. τῶν μείων δὲ ἄλλοις τῶν αὐτῶν καὶ ἑωόδοι ἐς τὸ ἱερὸν εἶνον τὸ id est ararium eis erat Delus: et conuentus in eo templo fiebant, seu habebantur. Solebant autem veteres in fanis pecunias suas priuatas, et publicas deponere. sic infra in Annibale. Has Gortynius praesentibus deponit in templo Dianae. M. Tull. lib. 2 de legib. Alexander in Cilicia deposuisse apud solem in delubro pecuniam dicitur: et Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae civis egregius, cum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit. Plautus Bacchidib. Nos apud The-

tium

num omne aurum deponimus, Qui illic sacerdos est Dianae Ephesiae. ibidem paulo post. Quin ipsa in aede Dianae conditum est ibi.

26. nullum est cert. indicium) sic Plutarchus ἀποφθ. βασιλ. τῶν εἰς τοῖς φόροις τοῖς ἔλλησι, ὅσοι τὸν πλοῦτον ἐπιπέδον, ὅσοι εἰς τὴν ἀποδημίαν ἀνῆλθον. i. Cum autem tributa Graecis descripsisset, quantum quaeque civitas penderet, tanto pauperior rediit, quantum in peregrinationem insumsit.

27. ut, qui efferreretur) id est, ut vnde efferreretur, vix rel. vel ex quo efferr. sic fere loquuntur Plautus et Terentius. Efferre autem usitate, pro mortuum domo ad sepulturam exportare. sic Terent. Andria. Effertur: imius. ἐκ φέρειν dicunt et Graeci, ex quo ἐκφέρε. Iam verò etiam Aristophanes in Pluto summam paupertatem declarare volens, sic loquitur, ὡς μακάριόν, ὡς ἀματιρ, τὸν βίον αὐτὸν κατὰ τῶν εἰς, εἰ φερεσάμενος, καὶ μοχθήσας, κατὰ τὴν ἀμνηστικὴν τῶν εἰρησίων. i. Quam beatam, bone deus, vitam eius praedicaisti, si, cum parserit, et aerumnose vixerit, ne vnde sepeliatur quidem relinquet.

28. et de comm. arario dot. d.) sic et Aeschines oratione καὶ Κτισθῶν in extr. Αεισιδῶν δὲ τὸν τοῖς φόροις τῶν εἰλησίων, ἢ πλοῦτον τῶν εἰλησίων τῶν εἰλησίων τῶν εἰλησίων καὶ ὁ δῆμος, et c. i. Aristidem autè, qui tributa Graecis descripsit, quo mortuo populus eius filias dotibus datis collocavit, et c. Plutarch. in Aristid. καὶ ταῖς ἀδελφείων εἰσορῶσιν ἐκ τῶν ἀποφθῶν τοῖς τυράχτοις ἐκδοθῶναι, δημοσίαις τῶν πόλεωσιν ἐργασίας, καὶ ἀδελφείων περιερεῖς ἀρχαίαις ἐκ τῶν ἀποφθῶν, et c. i. et eius quidem filias narrat ex Prytanéo sponsis esse in matrimonium collocatas, civitate publice nuptias spondente, et in dotem ter mille drachmas vtrique decernente, et c.

PAUSANIAS.

Pausanias Lacedaemonius, magnus homo, sed varius in omni genere vita fuit. nam ut virtutibus eluxit: sic vitiiis est obrutus. Huius illustrissimum est praelium apud Plataeas. nanque illo duce Mardonius satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum manu fortis, et consilij plenus, cum ducentis millibus peditum, quos viritim legerat, et viginti millibus equitum, haud ita magna manu Graecia fugatus est: eoque ipse dux cecidit praelio. Qua victoria elatus plurima miscere cepit, et maiora concupiscere. Sed primum in eo est reprehensus, quod cum ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, in quo erat haec sententia, suo ductu barbaros apud Plataeas esse deletos, eiusque victoriae ergo,

Apollini donum dedisse: hos versus Lacedæmonij¹⁸ exsculps-
 erunt, neque aliud¹⁹ scripserunt, quàm nomina earum ci-
 uitatum, quarum auxilio Persæ erant victi. Post²⁰ id præ-
 lium, eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum, at-
 que Hellespontum miserunt, ut ex his regionibus barbaro-
 rum præsidia depelleret. Pari felicitate in ea re usus elatus²¹
 se gerere cœpit, maioresque appetere res. Nam²² cum By-
 zantio expugnato cepisset²³ complureis Persarum nobileis,
 atque in his nonnullos regis propinquos, hos clam Xerxi re-
 misit, simulans ex vinculis publicis effugisse, & cum his Gon-
 gylum²⁴ Eretriensem, qui litteras regi redderet, in quibus
 hæc fuisse scripta Thucydides²⁵ memoriæ prodidit. Pausanias
 dux Sparta, quos Byzantij ceperat, postquam propinquos
 tuos cognouit, tibi muneri misit, seque tecum affinitate con-
 iungi cupit. quare, si tibi videtur, des²⁶ ei filiam tuam nuptū.
 Id²⁷ si feceris, & Spartam, & ceteram Græciam sub tuam²⁸
 potestatem se adiuvante redacturum pollicetur. Horum²⁹ igitur
 siquid geri volueris, certum³⁰ hominem ad eum mittas
 face, cum quo colloquatur. Rex tot hominum salute tam sibi
 necessariorum magnopere gausus, confestim cum epistola³¹
 Artabazum ad Pausaniam mittit. In qua eum collaudat,
 ac petit, ne³² cui rei parcat ad ea perficienda, quæ pollicetur. Si
 fecerit, nullius³³ rei à se repulsam laturum. Huius Pausanias
 voluntate cognita alacrior ad rem gerendam factus, in suspi-
 cionem³⁴ cecidit Lacedæmoniorum. In quo facto domum³⁵
 reuocatus, accusatus capitis, absoluitur: multatur tamen pec-
 unia. quam ob causam ad classem remissus non est. At ille
 post non multo sua sponte ad exercitum rediit, & ibi non³⁶
 callida, sed dementi ratione, cogitata patefecit. Non³⁷ enim
 mores patrios solum, sed etiam cultum, vestitumque muta-

uit. Apparatu regio utebatur,³⁸ veste Medica: satellites
 Medi & Aegyptij sequebantur: epulabatur more Persarum
 luxuriosius, quàm, qui aderant, perpeti possent:³⁹ aditum pe-
 tentibus conueniendi non dabat:⁴⁰ superbè respondens, &
 crudeliter imperabat: Spartam redire nolebat: Colonas, qui
 locus in agro Troade est, se contulerat. ibi consilia cum pa-
 tria, tum sibi inimica capiebat. Id postquam Lacedæmonij
 rescuerunt, legatos⁴¹ ad eum cum⁴² scytala miserunt: in qua
 more illorum erat scriptum, nisi domum reuenteretur, se capi-
 tis eum damnaturos. Hoc nuntio motus, sperans se etiam
 pecunia & potentia instans periculum posse depellere, do-
 mum rediit. huc ut venit, ab⁴³ ephoris in vincula publica
 coniectus est. licet⁴⁴ enim legibus eorum cuius ephoro hoc fa-
 cere regi. hinc tamen se expediuit: neque eo magis carebat
⁴⁵ suspicione. nam opinio manebat, eum cum rege habere so-
 cietatem. Est genus quoddam hominum, quod⁴⁶ Helotes vo-
 catur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum
 colit; seruorumque munere fungitur. hos quoque⁴⁷ sollicitare
 spe libertatis existimabatur. sed quod harum rerum nullum
 erat apertum crimen, quo argui posset, non⁴⁸ putabant de ta-
 li, tamque claro viro suspicionibus oportere iudicari: sed ex-
 spectandum, dum se ipsa res aperiret. Interim⁴⁹ Argilius
 quidam, adolescentulus, quem puerum Pausanias amore Ve-
 nereo dilexerat, cum epistolam ab eo ad Artabazum acce-
 pisset, eique⁵⁰ in suspensionem venisset, aliquid in ea de se esse
 scriptum, quod⁵¹ nemo eorum rediisset, qui super tali causa
 eodem missi erant: vincula⁵² epistolæ laxauit, signoque detra-
 cto cognouit, si pertulisset, sibi esse pereundum. Erant in ea-
 dem epistola, quæ ad ea pertinebant, quæ inter regem, Pau-
 saniamque conuenerant. Has ille litteras ephoris tradidit.

Non est praterenda grauitas Lacedaemoniorum hoc loco. ⁵³ nam ne huius quidem indicio impulsus sunt, ut Pausaniam comprehenderent: neque prius vim adhibendam putauerunt, quam se ipse indicasset. Itaque huic indici, quid fieri vellent, ⁵⁴ preceperunt. Fanum Neptuni est ⁵⁵ Tenari, quod violari nefas putant Graeci. Eo ille inde confugit: in ara ⁵⁶ confedit. hanc iuxta ⁵⁷ locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio. huc ⁵⁸ ex ephoris quidam descenderunt. Pausanias, ut audiuit Argilium confugisse in aram, perturbatus eo venit: quem cum supplicem ⁵⁹ dei videret in ara sedentem, quaerit causae quid sit tam repentini consilij. huic ille, quid ex litteris comperisset, aperit. Tanto ⁶⁰ magis Pausanias perturbatus orare cepit, ne enuntiaret, nec se meritum de illo optimè proderet. quod si ⁶¹ eam veniam sibi dedisset, tantisque implicitum rebus subleuasset, magno ⁶² esse ei premio futurum. His rebus ephori cognitis, satius ⁶³ putauerunt in urbe eum comprehendi. quò cum essent profecti, et Pausanias placato Argilio (ut putabat) Lacedaemonem reuerteretur, in itinere, cum iam in eo esset, ut comprehenderetur, ⁶⁴ vultu cuiusdam ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis antè gradibus, quam qui sequebantur, in aedem Mineruae, quae ⁶⁵ Chalciæcus vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori ⁶⁶ valuas eius aedis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quo facilius sub dio interiret. Dicitur ⁶⁷ eo tempore matrem Pausaniae vixisse, eamque iam ⁶⁸ magno natu, postquam de ⁶⁹ scelere filij comperit, in ⁷⁰ primis ad filium claudendum, lapidem ad introitum aedis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte maculauit. Hic cum ⁷¹ semianimis de templo elatus esset,

⁷² confestim animam efflauit. Cuius mortui corpus cum ⁷³ eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quò hi, qui ad supplicium essent dati, displicuit pluribus: et ⁷⁴ procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. Inde posterius dei Delphici ⁷⁵ responso erutus, atque in eo loco sepultus, ubi vitam finierat.

PAUSANIAS.

- P**AUSANIAS) Pausanias Cleombroti filius. Herod. Calliope. Thucyd. lib. I.
 2. magnus homo) sic et Cicero lib. 2. epist. ad Att. epist. 2. O magnum hominem, et vnde multo plura didiceris, quam de Procilio. V sitatius tamen, magnus vir.
 3. sed varius) significanter et proprie dictum. sic Cicero de Catilina in oratione pro Caelio. Hac ille tam varia, multiplicique natura cum omnis omnibus ex terris homines improbos, audacesque collegerat, tum et c. mendose autem habent alij codices, vanus.
 4. sic vitius est obr.) Itaque vituperat eum acerrimè Diod. Siculus lib. XI. pag. 266. ibi. in ἐὰν σὺ φησὶ Πάυσανιον κακίαν, ἢ ἀρετὴν αὐτῷ πρῶτον, et c. id est non relinquemus Pausaniae improbitatem, et proditorem ab accusatione intactam.
 5. apud Plateas) Itaque crebrò eum commemorat Herod. Calliope. vide supra in Aristide.
 6. Mardonius) de quo supra in Aristide.
 7. Satrapes) praefectus, vox est Persica. vititur ea et Terent. Heautontim. Satrapes si fiet amator numquam sufferre eius sumtus queat. Isocr. παρρησιῶν αὐτῶν εὐχρηστῶν. αὐτῶν εὐχρηστῶν, et c. Iterum Probus infra ibid. et saepe alibi.
 8. regis generi) immo vir sororis. erat enim Mardonij vxor, Darij filia, Xerxis soror. Herod. lib. VI.
 9. manu fortis) sic idem Probus de Dakamis patre, in princip. pater eius Comisfæres. quò et manu fortis, et bello strenuus, et c. Idem in Timoleonte bis. semel de Artaxerxe Longimano: et eadem pag. iterum de Dionysio maiore. nam et manu fortis, et belli peritus fuit.
 10. consilij plenus) licet tamen intelligere ex Herod. in Calliope, in Mardonio plus fuisse audaciae, quam consilij, aut prudentiae, vel ex eo loco, ubi narrat Herodotus, Persam quendam vnà cum Thersandro Orchomenio in eodem lecto accumbentem, cum ei voluisset sententiae suae monumentum relinquere, dixisse ei, ex quinquaginta Persarum principibus, qui vnà cenarent, et ex toto exercitu Persarum, quem ad Aesopum flum. reliquissent, paucos superfuturos. Quare audita Thersandrum admiratum dixisse, Ergo haec Mardonio, et ceteris Persarum ducibus dicere opus est. illum autem sic respondisse, εἴη ὅτι δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν.

Διοδ. αἰμὴ χανον σκοπεύει αὐτῶν οὐδὲ γινώσκων λέγουσι ἐξελειπίθει δαυ εὐδελίς τῶ παρ
 ὁρσέων σὺ χροὶ ὄρισά μιν, ἐπὶ μετὰ ἀσάλ κρη ἐν δὲ δὲ μιν. ἐχέτη δὲ ἰδίων ὄσι ἴσθ' ἐν αὐ-
 θρωπίσι αὐτῆ, πολλὰ φρονέοντα μινδένος κρατέει. i. hospes, quod diuinius futurum est,
 nulla ratione homo auertere potest. Nam neque iis, qui certa et fida loquuntur,
 quisquam parere, aut fidem habere vult. Atque hæc cum multi ex Persis probe
 sciamus, sequimur tamen, quasi à necessitate victi. Omnium autem molestiarum,
 quæ sunt apud homines, hæc grauissima est, multa intelligentem, nihil auctorita-
 te valere, nulliusque rei compotem esse.

- 11. cum ducentis) Herodotus narrat in Calliope, in Mardonij exercitu triginta fuisse barbarorum myriadas: Græcorum sociorum quinque. At Diod. Siculus lib. XI. longe plureis fuisse refert. nempe barbarorum quinquaginta myriadas.
- 12. haud ita magna manu) XI. myriadibus vt vult Herod. eod. lib. i. centū decem hominum millibus. vt Dioxorus, x. myriad. id est centum hominum millibus.
- 13. cecidit) lapide ictus, vt supra diximus in Aristid.
- 14. miscere) moliri et turbare.
- 15. quod cum ex præda) Herod. hunc tripodem commemorat lib. IX.
- 16. in quo erat hæc sententia) Tale fuit elegium, seu epigramma, vt est apud Thucyd. lib. I. ΕΜΛΩΝ ΔΡΧΥΡΟΣ ΕΠΙ ΣΡΑΤΩΝ ΩΛΕΣΤ ΜΙΔΩΝ ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ, ΦΟΙΒΟ ΜΥΗΜ ΑΙ ΞΝΙΚΕ ΠΙΔΕ.
- 17. eiusque vict. ergo) id est et ob eam victoriam, ergo hic productum est, vt docet Festus: et significat χάρις, gratia.
- 18. exculpserunt) id est deleuerunt. videtur legendum potius excalpsferunt, quod et alius item venit in mentem. Thucyd. lib. I. Ξεκλόαξαν.
- 19. neque al. scrip. quàm n. ear.) Thucyd. κρη ἐπιχρασαν ὄνομασι τὰς πόλεις, ὅσαι σελικα θελοῦσαι τὸν βαρβάρων, ἐστῆσαν ἀνάθημα: id est et earum ciuitatum nomina inscripserunt, quæ cum ad Barbarum fugandum adiunxissent, donum posuerant.
- 20. Post id prælium eund. Paus.) sic Diod. Siculus lib. XI. pag. 264. ibi. λακεδαίμωνιοι δὲ Πausanίαν τὸν ἐν Πλαταιαῖς στρατηγὸν τα κατὰ τὴν τεταρτην τῶν ἀρχῶν, παρσέταξαν ἐλθόντων τὰ ἐλλωιδας πόλεις, ὅσαι βαρβαρικῆς φυλακῆς διέδροον ἐπὶ φρενὲ μιν. i. Lacedæmonij autem Pausania, qui ad Plataeas præfuit exercitui, mandauerunt, vt vrbeis Græciæ, quæcumque barbarorum præsidij adhuc deuinctæ essent, liberaret. Profectus est vnà cum eo et Aristides, triginta triremibus à populo acceptis, vt refert eod. loco Diod.
- 21. elatius se ger.) Thucyd. ἤρω.
- 22. Nam cum Byz.) hæc omnia ex Thucyd.
- 23. complur. Pers. nob.) Thucyd. ἔχον δὲ μὴ δὲ αὐτῶν βασιλέως παρσικόντες ἄνδρες καὶ συγγενῆς, οἱ ἄλλωσαν ἐν αὐτῶν. i. tenebant autem Byzantium Medi, et quidam regis propinqui et consanguinei, qui in ea vrbe capti sunt.
- 24. Congyllum Eretriensem) sic legendum, non vt alij cod. habent, Cretensem. nam et Thucyd. et Diod. Siculus libris indicatis, et commemoratis, Eretriensem dicunt: ad quos accedat Xenophon lib. 3. ἐλλω. non longè à princip. ibi. δῶρον δὲ ἐ αὐτῶν αἱ πόλεις ἦσαν ὄχι βασιλέως Γογγύλω, ὁ π μόνος ἐρετριέων μινδίστας ἐφ' ἑρ. i. donatæ autem fuerant hæc vrbes Congylo, quia solus ex Eretrienfibus, rebu Me-

- dorum fauisset, eoque nomine exfularet.
- 25. Thucyd. memor. prod.) iuuabit cum Thucydide lib. I. Probum cōparare.
- 26. des ei fil. t. n.) sic loquitur in Dione: Areten Dionis vxorem alij nuptum dedit. sic Terent. Andr. Daturne illi hodie nuptum Pamphilo?
- 27. Id si feceris) aliquanto vberius, et licentius Probus noster hic Thucydidem interpretatus est.
- 28. sub tuam potestatem) ὑποχείριον ποιῆσαι Thucyd. eod. lib.
- 29. Horum igitur siq.) Thucyd. εἰ οὐκ ἔστωσαν ἄριστοι. i. si quid igitur horum tibi placet.
- 30. certum hom.) ἀσφα πῶν, Thucyd.
- 31. Artabazum) Pharnaci fil. Thucyd. eod. lib. Herod. lib. IX.
- 32. ne cui rei parc.) hæc Thucyd. plurib. verbis, quæ Probus in pauca contulit.
- 33. nullius rei repuls.) nihil non à se impetraturum.
- 34. in suspicionem cecidit) accusatus est à Peloponnesiis. Diod. Siculus lib. XI. Sic autem locutus est et Cicero. or. pro Milone, ibi. multi autem hæc timentes in suspicionem caderent. et Philipp. XI. quia in eandem cadere suspicionem collega, vir clarissimus, non potest.
- 35. domum reuocatus) Thucyd. lib. eod. λακεδαίμωνιοι αὐ ἐκάλεσαν αὐτῶν: id est Lacedæmonij eum reuocarunt.
- 36. et ibi non callida, sed d. r. cogitata p.) sic restitui ex Thucyd. pro quo vulgati codices habebant mendosè, cognita pat. sic autem ille, ἀπὸ ἔργου βεβηχὸς παρδῆλου, ἀπὸ τῆ γλώσσῃ μινδῶνας ἐπέπειτα ἐμινε παρξέαν i, sed factis paruis declarabat, ac præ se ferebat quas res postea maioris momēti agere cogitaret. Quidam legi præterea hic volunt, calida, id est præcipiti, feruida, inconsiderata. à quibus dissentio. nam idem fere diceret.
- 37. Non enim mores patr.) hæc breuiter Thucyd. quæ Probus copiosè persequitur. Herodotus tamen lib. IX. narrat, Pausaniam apparatus et luxum Persicum irrisisse potius, quàm emulatum esse.
- 38. veste) Medica) id est Persica, Athen. lib. 12. Πausanίαν δὲ ἴσθ' ἀπαρπαιτῶν βασιλέως κατὰ θεῖον τὸν πατρῶν τελέων, τὴν παρσικὴν ἐνεδύσαστο σολῶ. id est Pausanias rex Lacedæmoniorum, posito panno patrio, amictum Persicum induit. Sed quod Xenophon in Cyri pæd. lib. I. Persarum. victum, cultumque, tenuem et frugalem fuisse narrat: id fuit antequàm Medi à Persis subacti essent. postquam verò vnus Medorum et Persarum fuit imperium, luxuriam Medorum Persæ arripuerunt. Itaque apud scriptores Latinos sæpe Medi pro Persis ponuntur, quia vnus imperio parebat. Horat. oda. vltima lib. I. Persicos odi, puer, apparatus. Idem eod. lib. oda. 2. Ne u sinas Medos equitare inultos Te duce Cæsar. Catull. ad Hortal. Cùm Medi irrupere nouum mare, et c.
- 39. aditum petent. conu.) Thucyd. δις παρσῶν τὴν αὐτῶν παρξέ: id est difficilem se aditu, seu ad adeundum præbebat. hanc Pausania superbiam, insolentiam, crudelitatem, sauitiam pulchre describit Plutarchus in Aristide. Quin cùm Aristides aliquando Pausaniam monere et docere voluisset, tradit Plutarchus, eum vultu obducto, et contracta fronte, illi respōdisse, se nō esse vacuū, et audire noluisse.

40. (superbè resp) ferociter respondebat. Cicero Philipp. de Antonio, superba responsa. Horat. epist. I. lib. I. An qui fortuna te respondere superbè Liberum erectum, &c. sic enim legunt docti quidã, non superbè. obserua autem hic ò μοι- τὰ δὲ τὰ, dabat, respondebat, imperabat, nolebat.

41. legatos) Thucyd. κήρυκα. i. nuntium.

42. cum scytala) quid esset scytala docet Plutarchus in Lysandro. Thucyd. interpres. lib. I. Gellius lib. 17. cap. 9. sic Plutarchus, ut quidẽ nos vertimus in quã paucissima conferentes. Vbi nauarchũ, aut imperatorẽ miserunt Ephori, ex duob. lignis teretib. æquali crassitudine, & longitudine, alterum ipsi seruant, alterum dant ei, qui mittitur, atque hæc ligna scytalas vocant. Cũ igitur reconditum a- liiquid imperatori, aut præfecto significare volunt, membranam, aut chartam, vt lororum, longam, & angustam redditam, ei scytalæ, quam domi habent, circum- dant nullo interuallo relicto, sed totius ligni libramẽ to charta, seu membrana ita secta cooperto, quo factò, quod volunt in ea membrana ita ligno circumdata in- scribunt, eam demactam, sine ligno ad imperatorem mittunt. ille autem acceptum lorum, quod nomine ligni, quod eam continet, scytala appellatur, legere aliter nõ potest, quia litteræ sunt diuulse, nisi lignum, quod habet apud se, adhibuerit, & ei lorum, seu membranam circumdederit. tum enim litteræ, suo loco, suoque ordi- ne positæ cõmodè legi possunt. Thucydidis scholiastes sic. Ἰὺ δὲ σκυτάλη, ξύλον σφο- δύλοισι ἐξασμένον, ὅπι μιν κερ. δύο δὲ τῶνδε λακκεδαίμωνιοις ὑπὸ τῶν σκυτάλην, καὶ τὴν μὲ μίαν καπιχτοὶ ἐφόροι τῶν λακκεδαίμωνιῶν τὴν δὲ ἑτέραν τῶν ὀκλειπτοῦν ἰδρῶ τῶν στρατηγῶν παρήχον. καὶ ὁποπὶ ἐβούλοισι ὅπως αὐτὰς, φέροντες ἰμαίνται λακκὸν ἀπειλῶν τὴν σκυτάλην, καὶ ὅτι τῶ ἰμαίνταις ἐξαφρον, καὶ αὐτὸ ἰδρῶ τῶν παρήχον τὸν ἰμαίνται τῶν αὐτῶν ἐφρον. τὸ πῦρ ἐ ἰποιοῦ ἴα μὴ μάθῃται οἱ ἀποφέροντες. τὰ ὅν τῶ ἰμαίνται γυραμμένα. ὁ δὲ στρατηγὸς λακκὸν τὸ ἰμαίν- ται, τὸ ἑαυτοῦ σκυτάλη ἀπειλῶν τῆς, καὶ ἐν ὧσιν τὴν τῶν γυραμμένων ἀπειλοῦν. i. Erat aem- tem scytala lignum rotundum, rasum, oblongum. duæ autem erant Lacedæmo- niis scytalæ: quarum alteram retinebant Ephori Lacedæmoniorũ: alteram ei præ- tori, qui mittebatur in prouinciam, dabant: & cùm ad eum scribere volebant, membranam candidam in lora dissectam scytalæ circumplicabant: atque in mē- brana scribebant, eamque reuolutam ac replicatam ei, qui perlaturus erat, dabāt. hoc autem faciebant, ne tabellarij quæ scripta essent, cognoscerēt. Prætor acceptũ lororum suæ scytalæ circumdabat, & litterarum sententiam cognoscebat. Consen- tanea his sunt ea, quæ refert Gellius lib. 17. cap. 9. vbi scytalas illas, furculos ap- pellat teretis, oblongulos, pari crassamento, eiusdem longitudinis. Iam quod in quibusdam libris scriptum est, lancea, in aliis, lana, errata puto esse ex annotatio- nibus orti.

43. ab Ephoris) licebat enim Ephoris etiam regem in vincula conuicere, vt ait Thucyd. lib. I. ibi. Ἰὺ δὲ τῶνδε ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τὸ π, nempe eis εἰρηλὼν ἐμ- βάλειν, quæ sunt fere ad verbum à Probo sic expressa, Licet enim legibus eorum, cuius Ephoro hoc facere regi. Sic & Xenophon Lacedæm. polit. ἐφόροι οὐκ ἰκανοὶ ἰδρῶ εἰσι ζημιῶν ὅν αὐτὸν βούλωνται, κλειοὶ δὲ οὐκ ἀρεστὸν τῶνδε χεῖμα: κλειοὶ καὶ ἀρχοίταις μεταξὺ καὶ καπαπῶσαι, καὶ εἰρηαί γε, καὶ ἀπὸ τῶν ψυχῶν εἰς ἀνώτα κρεττῆσαι, &c. i. Ephori igitur possunt in quem velint, multam constituere: penes eos autem pote- stas est

stas est cogendi, vt continuo multam irrogatam soluat. penes eosdem potestas est magistratum, interea dum magistratu fungitur, abdicandi magistratu, & in carce- rem conuicendi, eique periculum capitis creandi. idem etiam quotidie rerum con- trahendarum controuersias disceptant, & diiudicant. Ephorum potestatem atque auctoritatem multis verbis persequitur, & multis partibus exagitat Ari- stoteles lib. 2. cap. 7. polit. Plato lib. 3. de Legib. ait Ephorum potestatem, tāquam frenum iniectum esse regum imperio. Idem lib. 4. Ephorum potestatem ait miri- ficè esse tyrannicam. M. Tull. lib. 3. de Legib. Quare nec Ephori Lacedæmonij sine causa à Theopompo sunt oppositi regibus, nec apud nos consulibus tribuni.

44. licet enim legib. eor.) hæc sunt, fere ex Thucydide ad verbum expressa, vt supra indicauimus.

45. suspitione) ex antiquæ scripturæ vestigiis, quæ exstant in antiquis editioni- bus, suspicor legendum, suspitione. quæ voce veteres libentius utebantur.

46. Helotes) ἑλωτες. de his Aristot. lib. 2. polit. cap. 7. helotes, inquit, perpetuò veluti casibus eorum aduersis insidiantes imminet. (sic enim vertimus) de iust- dem Plato lib. VI. de Legib. Erant autem helotes Lacedæmonis, idem, qui pene- ste Thessalis: serui quidam publici, agris arandis & colendis præfecti: quod & testatur Plutarchus, & declarat illud Cleomenis apud Plutarch. apophth. Lacon. Κλεομένης ὁ Ἀγαθῶν εὐρίθεω τὸν μὲ Ὀμηροὶ λακκεδαίμωνιαι τῶν πρὶν τῶν ἑφῶν, τὸ δὲ Ἡσιόδου τὸ ἑλωτῶν τὸν μὲ γδ ὡς χεῖν πλάμιν, τὸν δὲ ὡς χεῖν γεωργῶν, παρήχεται. i. Cleomenes An- naxandridæ fil. Homerum Lacedæmoniorum poetam esse dicebat: Hæstodum he- lotum: illum enim quomodo bellandum: hunc quomodo arandum, præcepta de- disse. Idem Plutarch. ibidem cùm ostendere vellet, Lycurgum Lacedæmonis o- stiandi facultatem amplissimam dedisse: nullam enim artem illiberalem ac sordidam eis licebat exercere, inquit: cùm autem studium rei faciendæ, & pecuniæ quærendæ, plenum molestiæ sit, ne hoc quidem eis opus erat: quia Lycurgus diuitias non fecit apud eos expetendas, neque honoratas. Iam verò helotes agros eis colebant, mercede accepta antiquitus præstituta. lege autem vetitum erat pluris locare, vt illi quidem lucrum facientes, libentius colerent: hi verò nihilo plus de- siderarent. Suidas tradit Helotas esse dictos ab oppido quodam Peloponnesi. cui nomen est ἑλωε, quod aliquot captiui quondam in eo oppido, vt ibi habitarent, fuerunt collocati. Ex quibus, qui postea nati sunt serui, helotes sunt appellati.

47. hos quoque sollicitare, id est labefactare, & quasi solo & loco mouere.

48. non putabã de tali) sic Thucyd. vt nos quidẽ vertimus: ne helotibus quidẽ credi rati oportere, æquũ esse nõ iudicarunt, quicquam noui in eum facere, insti- tutum suum secuti, ne celeres essent in viro Spartiata sine iudiciis certis, & con- trouersia carentibus, ad aliquid, quod mutari non posset, in eum decernendum.

49. Argilius quidam adolefc.) Thucyd. αἰὴρ Ἀργίλιος, παιδικῶς πῶν ἀνὸν αὐτῶν, ἔπι- σοπῆτος ἐκείνῳ. id est vir nomine Argilius, quem quondam Pausanias in deliciis ha- buerat: quique erat illi fidissimus.

50. eique in susp.) id est, & cùm is Argilius suspicatus esset, &c. sic dictum, vt illud, Mihi in mentem venit.

51. quod nemo cor. red.) sic Thucyd. ὁ π οὐδὲις πῶ τῶν ἀπὸ ἑαυτοῦ ἀγέλων πάλῳ

Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum peruénit. Habebat¹³ enim satis eloquentia, ¹⁴ summam liberalitatem, magnam prudentiam cum iuris ciuilibus, tum ¹⁵ rei militaris, quod cum patre à puero in exercitu fuerat versatus. Itaque hic & populum urbanum in sua tenuit potestate, & apud exercitum plurimum ualuit auctoritate. Primum imperator apud ¹⁶ flumen Strymona magnas copias ¹⁷ Thracum fugauit: oppidum ¹⁸ Amphipolim constituit, eoque decem millia Atheniensium in coloniam misit. Idem iterum apud ¹⁹ Mycalen Cypriorum & Phoenicum ducentarum nauium classem deuictam cepit. eodemque die pari fortuna in terra usus est: nanque ²⁰ hostium nauibus captis, statim ex classe ²¹ copias suas eduxit, barbarorum uno concursu maximam vim prostrauit. Qua victoria magna ²² praeda potitus cum domum reuerteretur, quod iam nonnulla insula propter acerbiter imperij defecerant, ²³ bene animatas confirmauit, alienatas ad officium ²⁴ redire coëgit. ²⁵ Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, quod ²⁶ contumacius se gesserat, ²⁷ uacue fecit: ²⁸ seiores ueteres urbe, insulaque eiecit: ²⁹ agros ciuibus diuisit. ³⁰ Thasios opulentia fretos, suo aduentu fregit. His è manubiis Athenarum arx, quae ³¹ ad meridiem uergit, est ornata. Quibus rebus cum unus in ciuitate maxime floreret ³² incidit in eandem inuidiam, quam pater suus, ceterique Atheniensium principes. nam testarum suffragiis, ³³ quod illi ostracismum uocant, decem annorum exsilio multatus est. ³⁴ Cuius facti celerius Atheniensis, quam ³⁵ ipsum, poenituit. nam cum ille forti animo inuidiae ingratorum ciuium cessisset, bellumque Lacedaemonij Atheniensibus indixissent, confestim nota eius uirtutis desiderium consecutum est. Itaque post ³⁶ annum quintum, quo

expulsus erat, in patriam ³⁷ reuocatus est. Ille quod ³⁸ hospitio Lacedaemoniorum utebatur, satius ³⁹ existimans eos, & ciueis suos inter se una uoluntate consentire, quam armis contendere, Lacedaemonem sua sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas ciuitates conciliauit. post neque ita multo in ⁴⁰ Cyprum cum ducentis nauibus imperator missus, cum eius maiorem partem insula deuicisset, in morbum ⁴¹ implicitus, in oppido ⁴² Citio est mortuus. Hunc Athenienses non solum in bello, sed in pace diu desiderauerunt. Fuit ⁴³ enim tanta liberalitate, cum compluribus locis praedia, hortosque haberet, ut ⁴⁴ numquam eis custodem imposuerit fructus seruandi gratia, nequis impediretur, quominus eius rebus, quibus uellet, frueretur. Semper ⁴⁵ eum pedisequi cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis eius indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo uideretur negare. Saepè, cum aliquem offensum ⁴⁶ fortuna uideret minus ⁴⁷ bene uestitum, suum ⁴⁸ amiculum dedit. Quotidie sic cenae ei coquebatur, ut, ⁴⁹ quos non uocatos uidisset in foro, ⁵⁰ omneis deuocaret: quod ⁵¹ facere nullum diem praetermittebat. Nulli fides eius, nulli opera, nulli res familiaris defuit: multos locupletauit: complures pauperes mortuos, qui, ⁵² unde efferrentur, non reliquissent, suo sumtu extulit. Sic se gerendo minimè est mirandum, si & uita eius fuit: ⁵³ secura, & mors acerba.

CIMON.

D Pro laborioso, & erumoso. sic Sueton. Tiberio, non longè à principio. Infantiam habuit laboriosam & exercitam. sic enim legendum, non, ut uulgò, luxuriosam & exercitam. quamquam exercitam, pro exercitam, id est vexatam, & fatigatam ferri potest: sed luxuriosam, nullo modo: idque cum uidisset non ita pridem uir clariss. Err. Memmius reperissetque in vno codice suo manuscripto, laxoriosam, ualde & sòxòc nuper cum eius domi esse. repa-

27. vacuefecit) exinanivit, civibus orbanit, quod Lucianus dixit Thucydides, recte Probus vacuefecit nam qui urbem, aut insulam aliquam vacuefacit, is eius urbis civis, aut insulae possessores in servitutem redigere intelligitur.

28. seffores) οἰκταί, habitatores. quidam legunt possessores. ego nihil mutoquequamquam, si veteris alicuius lib. auctoritate nitatur, hoc malim, quam seffores.

29. agros civibus dimisit) Thucyd. ἀμισυ αὐτοῖσι. i. coloniam eò deduxerunt, ut declarat interpretes. Et ita Diodor. Siculus. Σκυρον δὲ πελαγονίαν, ἢ δολοπῶν ὀνομαζομένων ἑσπερολίαν, ἢ κτίσιν αἰθιωαίων καταστάσας κατακρηρούσας τῶν χωρῶν. i. Scyrum, autem, quam Pelasgi et Dolopes incolabant, expugnavit, et Atheniensi conditore constituto, agros colonis eò ex urbe sortitò misit dimisit.

30. Thasios opulen. fr.) qui etiam ab Atheniensibus defecerant, Thucyd. ibid. χεῖρον δ' ὑπερον σωθέντα τοῖσις ἀποστῆναι, et c. i. aliquanta autem post tempore accidit, ut Thasii ab Atheniensibus deficerent, et c. hanc rem enim copiose eo loco persequitur, opulentia fretos autem, id est opibus feroceis, et superbos, sic M. Tull. in Catone. Solo Pisistrato quarenti qua tandem re fretus sibi tam audacter obfisteret, respondit, senectute.

31. quia ad meridiem vergit) sic legendum vel ex Plutarcho: ibi. περὶ τῶν ἀρχαιολόγων λαφύρων ἔς τε τὰ ἄλλα χεῖμασιν ὁ δῆμος ἐρρώσθη, ἢ τῆ ἀκροπόλει τὸ νότιον πῖρος κατακλύσασιν ἀπ' ἐκείνης διπρήσας στρατίας. i. venditis autem manubiis cum alias ad res populus pecunia abundavit, tum arcis eum murum, qui ad Austrum vergit, exstruxit, ex illa expeditione et militia copiosus, et locuples factus.

32. incidit in eand. iniur. q. p.) cur non dixit in quam et c. sic solet loqui Probus, ut alias indicabimus. Præterea cur non dixit pater eius? hic suus recte reciprocatur ad Cimone, quod est nomen, ut Grammatici vocant, suppositum verbo incidit, cum sit provocabulo, suus, proximum, fiatque, ut Priscianus loquitur, et transitio ad id nomen.

33. quod illi δεκαετησίαν voc.) de ostracismo satis multa diximus in Themistocle. Commemoratur autem Plato hunc Cimone ostracismum in Gorgia his verbis. πάλιν δὲ λέγει μοι τῶν Κίμωνος, ἢ ἕως ἄρτι αὐτὸν εὐνοῖται, εἴτε ἐξάπτουσι, ἢ αὐτὸν δεκάετησιν μὴ ἀκούσαν τῆς φωνῆς; i. rursus dic mihi de Cimone, nonne eum is, quibus serviebat, testarum suffragiis e civitate expulerunt, ut eius voce decem annos carerent? Non pugnant autem hæc Platonis cum iis, quæ mox dicuntur à Cornelio, Cimone penam decennij non pertulisse. Non enim hoc negat Plato, sed penam legitimam decem annorum in eum constitutam esse significat, hoc tantum: in quo à Cornelio non discrepat, fuit autem perquam levis huius exsulij causa, ut mox dicemus.

34. cuius facti celerius) sic Plutarch. ex quo suspicari licet, cimone etiam minus diu, quam quinquennium, afuisse. sic enim is, quem dico, Plutarch. ὅθεν οὐδὲ τὸ πρὸς Κίμωνα θυμῶ πολλῶ χρόνον ἐπέμειναν. i. Quare non diu in iracundia sua adversus Cimone perseverarunt.

35. quam ipsum) Atqui Cimone facti penituisse dici non potest, nisi impropre, non enim fuit in eius potestate, ne non pelleretur, hic igitur, ipsum penituit, interpretor, ipso doluit, sic M. Tull. pro M. cælio, quod obiectum est de pudicitia, etc.

id numquam tam acerbè feret M. cælius ut eum peniteat non deformem esse naturam, de quo vide Gellium lib. 17. cap. 1.

36. post annum q.) sic supra de Aristide.

37. reuocatus est, decreto Periclis, ut tradit Plutarch. ibid. ἐκκαλοῦν δὲ τῆς φυγῆς πῶν Κίμωνος, ἢ κατὰ δὲ τὴν ἀποστῆσαν ἀναλαττοῦ τὸν Περικλέους.

38. quod hospitio Laced.) hoc Græcè diceretur hoc modo, ὅτι πρὸς ἕνα τῶν ἑσπερολίαν λακεδαίμωνίων. Propter hoc hospitium autem, Lacedæmoniorum rebus studere, ac favere putabatur, hoc est quod Græci dicunt λακωνίζεσθαι. hæc enim fuit ostracismi causa, ut tradit Plutarch. in cimone, quam appellat μικρὰ πρὸς φασιν: id est levem, seu parvam causam.

39. satius exist.) sic Plutarch. διδοῦς μὲ οὐδὲ κατὰ δὲ ἐλύσε τὸν πόλεμον, ἢ εἰλυσε τὰς πόλεις. i. statim igitur ut cimo reuersus est ab exsilio, bellum composuit, et civitates inter se conciliauit. Erat autem hic locus in libris fere omnibus, vulgatis lacer, et mutilus.

40. in cyprum) Diod. Siculus lib. 12. non longè à principio. κατὰ τὴν ἀρχὴν δὲ ἑσπερολίαν δεκάετησιν πενήτων, ἢ στρατηγὸν ἐλοῦσθαι Κίμωνα τὸν Μιλτιάδου, πρὸς τὰ ἑσπερολίαν Κύπρον. i. cum autem classem ornassent ducentarum trirremium, et cimone Miltiadis fil. prætozem creassent, mandarunt ei, ut in cyprum nauigaret. Plutarch. ἐπὶ ἡρώδεω δεκάετησιν πενήτων ὡς ἐπ' Αἴγυπτον καὶ Κύπρον αὐτὸς ἐν στρατεύσασθαι. i. triremiis ducentas instruebat, tanquam Ægypto et cypro bellum illaturus. Thucyd. lib. 1. ἐς δὲ Κύπρον ἐστρατεύοντο ναυσὶ δεκάετησιν αὐτῶν τε καὶ ἑσπερολίαν συμμάχων ἑσπερολίαν, et c. i. cypro autem bellum intulerunt ducentis nauibus partim ἑσπερολίαν, partim sociorum, cimone prætoze.

41. in morbum impl.) sic loquitur in Agefil. in extr. alij dicere solent, implicatus morbo. Lucret. lib. VI. extr. ubi se quisque videbat implicitum morbo, et T. Livius utroque modo loquitur, et implicitus morbo: et implicitus in morbo.

42. in oppido Citio est mort.) citium urbs est cypri, in qua natus est Zeno, Stoicorum princeps: vnde et citius dictus est. Thucyd. paullo aliter hanc rem narrat, quam Diodorus. Thucydides enim videtur significare, cimone citium non expugnasse, sed in obsidione, et oppugnatione urbis morte occupatum atque oppressum esse, sic enim ille. Κίπρον ἐπολιόρουσιν Κίμωνος δὲ ἀποθανόντος, ἢ λιμὸς ἠγορεύει ἀπεχωροῦσθαι ἀπὸ Κίπρου. i. citium Athenienses oppugnabant, sed cimone mortuo, et peste coorta, à citio abscesserunt. Diodorus vero ait cimone mari potientem, Malum et citium, urbis cypri, expugnasse, et in victos humanum se præbuisse, sic ille lib. 12. ὁ δὲ Κίμων κατακλύσας εἰς τὴν Κύπρον, ἢ παραποικρατῶν, Κίπρον μὲν ἢ Μαλὸν ἑσπερολίαν, et c. Quod autem ad eius mortem attinet, sic idem Diodorus paullo post. σωθέν δὲ καὶ τὸν Κίμωνα ἀπὸ τῶν Κύπρον δεκάετησιν ἡρώδεω πλοῦσι, i. accidit autem, ut cimo, dum in cypro commoratur, morbo implicitus, e vita excesserit. Thucyd. Κίμωνος δὲ ἀποθανόντος, ἢ λιμὸς ἠγορεύει, et c. id est Cimone aurtem mortuo, et peste coorta: quem locus supra proxime protulimus.

43. fuit enim tanta liberal.) cimone liberalitatem cum in omnis, tum in populareis et curialeis suos Laciadas commemorant multi scriptores, in iis Theophrastus, Aristoteles, Theopompus, Plutarchus, Athenæus ex Theopompo, M. Tul.

lius. M. Tullij verba haec sunt lib. de off. 2. Theophrastus quidem scribit; cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas liberalem fuisse. ita enim instituisse, & villicis imperasse, ut omnia praeberentur quicumque Laciades in villam suam devertisset. Plutarchus tradit, eum agris saepe detraxisse, ut & peregrinis, & civibus iis, qui fructus ex iis carpere vellent, parerent. Athenaeus ex Theopompo his consentanea refert, ut mox ostendemus.

44. ut numquam eis cust. imp.) sic Athenaeus lib. 12. ex Theopompo. Κίμων ο ἀδελφῶς ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ τοῖς κήποις οὐδὲν αὐτῶν καρπῶν καὶ σίτων φύλακα, ὅπως οἱ βουλομένοι οὐδὲν πολλῶν εἰσπίπτει ὄπισθεν αὐτοῦ, ἕλαμψε ἀδελφῶν εἰς ἄγρους δίκοντες ἐν τοῖς χωρίοις. i. cimo Atheniensis agris & hortis nullum fructus custodem apponebat, ut ciues, qui vellent, fructus carperent auctunnales, & si qua alia re egerent, in villis sumerent. Sic autem dixit Nepos, eis custodem imposuerit, ut Cicero in oratione pro Plancio, villicum imponere. quamquam non negat Nepos cimonem villicos agris & villis imposuisse, sed negat custodes apposuisse. Nam ex iis, quae supra ex aliis scriptoribus protulimus, licet intelligere; cimonem villicos habuisse.

45. semper eum pedisequi cum n.) hoc ex Theopompo videtur esse descriptum atque expressum: cuius verba exstant apud Athenaeum lib. XII. Ἐλεγον οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ σκῆπτροὶ δύο, ἢ τρεῖς ἢ ἄλλοι κέρματα: τούτοις δὲ δίδοναι ἀποστέλλειν, ὅπως τις ἀποστέλλοι αὐτῷ δὲ ἄλλοις. i. & aiunt eum duos, aut treis iuvenes, qui nummos haberent, secum circumducere solitum, & iis mandare, ut darent quoties aliquis ad eum egens ac poscens accederet. sic fere & Plutarchus in cimone, & preterea in Pericle.

46. offensum fortuna) id est cui fortuna esset iniqua, irata, atque infensa. offensus enim interdum significationem habet actiuam, ut apud M. Tull. in Cluentiana. etiam si is inuidiosus, aut multis offensus esse videatur: etiam si eum oderitis. Idem accus. lib. 3. O miserum atque inuidiosum, offensumque paucorum culpa ordinem senatorium: de quo plura leget, qui volet, ad illum locum, Nec semel offensa ceder constantia formae, oda 15. epod. in commentariis nostris Horatianis.

47. minus bene vestitum) Theop. καὶ ὅς ἡμῶν ἐσμένον. i. male vestitum. Plutarchus paullo aliter, ἡμῶν ἐσμένον. i. parum copiose, seu, ut ita dicam, egēter vestitus.

48. suum amiculum dedit) Theop. καὶ δὲ ἐν αὐτῶν ματαμφοῖν οὐδὲν οὐδὲν ἄλλο ἄλλο σωματικῶν οὐδὲν αὐτῶν. i. inbebat cimo, ei ab aliquo ex adolescentulis, qui ipsum sequebantur, detracta veste trita ac lacera, alium amictum dari. Plutarch. fere sic, ut Nepos. ἀμύλατον ἀποστέλλοι αὐτῷ τὰ ἱμάτια. i. commutabat cum eo vestimenta. eadem idem Plutarch. in Pericle.

49. ut, quos non vocatos) sic legendum, non ut vulgò, conuocatos. natum erratum ex similitudine, con & non: cuiusmodi multa saepe librariorum peccata & animaduerti, & indicavi.

50. omneis deuocaret) puto hic legendum, conuocaret, non ut est in libris vulgatis, deuocaret. quod hic, meo iudicio, locum habere non potest. est enim deuocare proprie deorsum vocare, ut apud Horat. epod. oda XVII. Refixa caelo deuocare sidera. & apud ciceron. Tusc. V. Socrates primus philosophiam deuocauit è caelo. nisi dicamus deuocare etiam valere, de aliquo loco vocare, ut idem cice-

ro de prouinc. consularib. Quare si qui hominem non diligunt, nihil est, quod eum de prouincia deuocent ad gloriam deuocant. & caesar lib. VI. de bello Gallico non longè à princip. dixit, se non deuocaturum in dubium exercitus fortunat: ubi tamen quidam legi volunt, reuocaturum. Omnino malim hic legi, conuocaret, aut certe vocaret.

51. quod facere null. d. p.) sic Plutarch. καὶ δὲ ἴσως οἱ καὶ παρ' αὐτῶν ἄριστον, ἀρκοῦν δὲ πολλοῖς ἐπιείκην καὶ ἡμῶν. i. & cenam domi apud se minime sumtuosam: quidem illam, sed tamen quae multis satis esset, quotidie instruebat. Sic & Theop. apud Athen. eod. loco. καὶ δὲ ἴσως αἰεὶ διπλῆς ἀφ' ἑαυτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ πολλοῖς αἰσθητοῖς καὶ τοῖς ἀποροῖς ἀποστέλλοι αὐτῷ δὲ ἄλλοις εἰσπίπτει. i. & cena ab eo minime sumtuosa apparabatur multis hominibus, & Athenienses ij, qui inopes erant, domum ingressi cenabant.

52. qui vnde effer.) supra de Ariside, in eius vita, in tanta paupertate decessit, ut, qui efferretur, vix reliquerit. Athen. eod. lib. ex Theopompo. καὶ φασὶ ἰδίῳ αὐτοῦ καὶ εἰς τὸ φῶς εἰσφέρειν, & c. i. & aiunt eum etiam ad sepulchrum pecuniam contulisse.

53. secreta) ex beneuolentia enim ciuium, summa nascitur vitæ securitas, & (ut ipse Probus ait in Dione) nullum est imperium tutum nisi beneuolentia munitum: liberalitate autem maximè beneuolentia hominum comparatur, ut docet M. Tullius lib. 2. de officiis.

LYSANDER.

Lysander Lacedaemonius magnam reliquit sui famam: magis felicitate, quam virtute, partam. Athenienses enim in Peloponesios sexto & vicesimo anno bellum gerentes confecisse apparet. Id qua ratione consecutus sit, latet. non enim virtute sui exercitus, sed immodestia factum est: aduersariorum: qui quod dicto audientes imperatoribus suis non erant, dispalati in agris, relictis nauibus, in hostium venerunt potestatem. quo facto Athenienses se Lacedaemoniis dederunt. Hac victoria Lysander elatus, cum antea semper factiosus, audaxque fuisset, sic sibi indulset, ut eius opera in maximum odium Graeciae Lacedaemonij peruenirent. Nam cum hanc causam Lacedaemonij dicit assentire sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem refringerent, postquam apud Aegos flumen Lysander claff

his hostium¹⁸ est potitus, nihil aliud¹⁹ molitus est, quam ut omnibus ciuitates in sua teneret potestate, cum id se Lacedaemoniorum causa facere simularet. namque undique qui Atheniensium rebus studuissent, eiectionis, decem²⁰ delegerat in una quaque ciuitate, quibus summum imperium, potestatemque omnium rerum committeret. horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui aut eius hospitio contineretur, aut se illius fore proprium fide confirmarat. Ita²¹ decemuirali potestate in omnibus urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur: cuius de crudelitate, ac²² perfidia satis est unam rem exempli²³ gratia proferre, ne de eodem plura enumerando, fatigemus lectores. Victor ex Asia cum reuerteretur, Thasiumque deuertisset, quod ea ciuitas praecipua fide fuerat erga Athenienses, proinde²⁴ ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam pervertere concupiuit. vidit autem, nisi in eo occultasset voluntatem, futurum ut Thasij²⁵ dilaberentur, consulerentque rebus suis.²⁶

desideratur hic exemplum
Lysandri crudelitatis &
perfidiae in Thasios.

Itaque decemviralem suam potestatem²⁷ sui ab illo constitutam sustulerunt. quo²⁸ dolore incensus inuit consilia, reges Lacedaemoniorum tollere. sed sentiebat id se sine²⁹ ope deorum facere non posse, quod³⁰ Lacedaemonij omnia ad oracula referre consueuerant. Primum³¹ Delphos corrumpere est conatus. Cum id non potuisset,³² Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus dixit, se vota³³ suscepisse, quae Ioui³⁴ Ammoni solueret, existimans³⁵ se Afros facilius corrupturum. Hac spe cum profectus esset in Africam, multum³⁶ eum antistites Iouis fefellerunt. nam³⁷ non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam

etiam legatos Lacedaemona miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod sacerdotes fani corrumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine, iudiciumque³⁸ absolutus sententiis, Orchomeniis missus subsidio, occisus³⁹ est à Thebanis apud Haliartum. Quam verè de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit, quae post⁴⁰ mortem in domo eius reperta est, in qua suadet Lacedaemoniis, ut regia potestate dissoluta, ex omnibus⁴¹ dux deligatur ad bellum gerendum, sed ita scripta, ut⁴² deorum videretur congruere sententiae, quam ille se habiturum, pecunia⁴³ fidens, non⁴⁴ dubitabat. hanc ei scripsisse Cleon⁴⁵ Halicarnassensis dicitur. Atque hoc loco non est praetereundum factum⁴⁶ Pharnabazis satrapis regij. nam cum Lysander praefectus classis in bello multa crudeliter, auarèque fecisset, deque⁴⁷ his rebus suspicaretur ad ciuicis suos esse perlatum, petiit à Pharnabazo, ut ad Ephoros sibi testimonium daret,⁴⁸ quanta sanctitate bellum gessisset, sociosque tractasset, de eaque re accuratè scriberet. magnam enim eius auctoritatem in ea re futuram. Huic ille⁴⁹ liberaliter pollicetur. librum⁵⁰ grauem multis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. quem cum legisset, probassetque, dum⁵¹ obsignatur, alterum⁵² pari magnitudine, ut discerni non posset, signatum⁵³ subiecit: in quo accuratissime eius auaritiam, perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum cum redisset, postquam de suis rebus gestis apud⁵⁴ maximum magistratum, quae voluerat, dixerat, testimonij loco librum à Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto Lysandro, cum Ephori cognouissent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse⁵⁵ suus fuit accusator.

tum de Pallade armata, à qua in currum imposta, edicendum curavit à præconi-
bus, Pistratum in civitatem, atque ad eò in arcem restitui: cum re vera esset mul-
lier nomine Phya ingenti corporis statura, ita ornata, ut speciem Palladis præbere
videretur. Tale fuisse commentum maiorum nostrorum de virgine & puella il-
la Aurelianensi, à viris cordatis & prudentibus accipi: quæ adhibita fuit ad me-
tum Gallis eximendum, animùmque reddendum, ut Britannos è Gallia pellere
viderent.

30. quòd Lacedæm.) Diod. eod. lib. Σεωρών τις λακεδαιμονίους μάλιστα τις μαν-
τιούς θεωροχόντας, i. quòd videret Lacedæmonios maxime ad oracula animos at-
tendere.

31. primum Delphos) Diod. ἐπελθόντες τῶν ἐν Δελφοῖς θεωροχόντων διαφθάραι χρημα-
σι. i. conatus est sacerdotem Delphicam corrumpere pecunia. Plutarch. Εφορος μὲν
οὐδὲ φησὶν ἂν πῶς αὐτῶν πτωχίας ἐπιχρήσασθαι διαφθάραι, καὶ τὰ δωδωνίδας αὐτῆς αἰα-
πίθων δὲ Φερεικούς ἀπέτυχεν, εἰς Ἀμμωνίους αἰαλίωσι. i. Ephorus igitur ait eum, ubi
Pythiam corrumpere conatus, & deinde sacerdotes Dodonæas tentans per Phe-
reclæm, spe sua decedit, & repulsus est, ad Ammonis oraculum se contulisse. Del-
phi urbs in Parnasso iuxta Phocidem, in qua est templum & oraculum Apollinis.

32. Dodonam) urbem Chaoniæ, vel, ut Stephanus, Molossiae in Epiro: in qua Iu-
piter Dodonæus colebatur, & consulebatur.

33. vota susc.) sic Diod. θεωροχόντες μὲν ὡς δὲ χάρις ἀποδοῦναι Ἀμμωνίῳ, τῆ δὲ ἰσχυρὰ δια-
φθάραι βυλομόδους τὸ μαντιόν. i. hanc causam prætexens, quasi vota Ioui Ammoni
soluturus, se vera oraculum corrumpere volens.

34. Ioui Ammoni) ab arena sic dicto: quam ἄμμον Græci dicunt. de Ioue Am-
mone Arrianus lib. 3. & Curtius lib. 4.

35. Afros) alioqui subdolos, & fallaces, sed non pugnant hæc inter se, eum, qui
sit subdolos: natura, pecunia capi.

36. multum eum antist. Ion. f.) sefellerunt eius spem & opinionem.

37. nam non solum corr.) sic Diod. ἂν μόνον ἀπέτυχεν τῆς ἐπιβολῆς, ἧμα καὶ σιωπῆ-
σιν ἡμῶν οἱ τὸ μαντιόν θεωροχόντες ὁρῶσιν τῆς κατηγορησόντας τὸν Λυσάνδρον πρὸς τῆς τοῦ
χρηστικίου διαφθορῆς, i. non solum à conatu suo repulsus est, & spe sua decedit, sed
etiam oraculi antistites miserunt legatos, qui Lysandrum accusarent de oraculi
corruptela.

38. iudiciumque abscent.) Diod. κριτικῶς αὐτῶν θεωροχόντων ἀπελογήσασθαι πῶς ὄντως
ὡς ἂν αὐτῶν. i. in iudicium vocatus, causa pro se dicta, fidem fecit se innocentem esse.

39. occisus est) cum Haliartum obsideret, urbem Bæotiae. sic Xenoph. lib. 3. ἐλ-
λέω. & Plutarch. in Lysandro.

40. quæ post mortem) Diod. ἰβιδ. μὲν δὲ τὴν αὐτὴν ἄρον λόγον γενησάντων πολλο-
τάτων, ὃν ἐπὶ ἑραγματῶν πρὸς τὴν πᾶσιν, περὶ τῶν ἀπαιτῶν ἧσιν πολιτῶν αἰρετικῶν γένεσθαι
βασίλειος. i. aliquanto post eius mortem repererunt Lacedæmonij orationem accu-
rate & apparatus scriptam, quam adornavit ad multitudinem, suadens ei, ut ex
civibus omnibus reges crearentur. Plutarch. διόρθητα βέλιον, ἂν ὡς γενησάντων. ἡ δὲ
πρὸς πολιτίας λόγος, &c. cum librum reperisset Agesilaus, in quo erat oratio de
re p. administranda. ex quibus Plutarchi verbis videtur legendum apud Diod.

supra

supra πολιτικῶς, pro πολιτῶς.

41. ex omnib. dux delig.) Diod. ut paullo antè retulimus, ἔκ ἀπαιτῶν ἧσιν πολι-
τῶν, &c. At Plutarch. ὡς ἔστιν ἧσιν διόρθητα ἰδῶν, ἢ ἀγιάδων τῶν βασιλείων ἀφορμῶν,
εἰς μᾶλλον εἰσέλθαι, καὶ περὶ τῶν πᾶσιν αἰρετικῶν ἀείρων. i. Oportere regnum ademtum
Eurypontidis, & Agiadæ ponere in medio, & electionem, seu optionem fieri ex
optimis.

42. deorum sententia) deorum responsis & oraculis.

43. pecunia fidens) pecunia fretus, eaque sperans se sacerdotes & antistites
fanorum posse corrumpere.

44. non dubitabat) Non dubitabat se habiturum, genus loquendi Probo res-
tatum, ut antea admonuimus, pro quo Cicero diceret, non dubitabat quin habi-
turus esset.

45. Eleon Halicarn.) sic Plutarch. καὶ λόγον ἔχει μάλιστα πρὸς τὸν ἑσπερίων γενησάντων
καὶ Κλέωνος ἀλκαριανῶν. i. & orationem ediscebat, quæ in hanc sententiã &
questionem scripta erat à Cleone Halicarnassæo.

46. Pharnabaz) de quo in Alcibiade commemorat eum Thucyd. lib. 8. & se-
pe Xenophon lib. 3. & 4. ἐν ἡμίω. Isocrates Panegyrico, Plutarch. in Lysand. erat
autem hic Pharnabazus Cretenis Pharnabaci filius, olim Darij, & postea Artax-
erxis satrapes, qui Alcibiadem interfecit, ut scribit Diod. lib. 14.

47. de quæ his rebus susc.) hoc narrat Plutarch. multis verbis: qui fere in cete-
ris cum Probo congruens, in hoc discrepat, quòd Probus semel tantum scriptum à
Pharnabazo indicat, Plutarchus bis. sic enim ille. καὶ σιωπῆσαν ἐδίδοτο γενησάντων
αὐτῶν πρὸς τοῖς θεωροχόντας ἑτέρας ἐπιβολῶν, ὡς οὐδὲν ἠδυνήθησαν, ἂν ἰκαλοῦνται. i. &
eum Pharnabazo congressus Lysander, petebat ab eo, ut ad magistratus aliam de
se epistolam scriberet, quasi nullam ab ipso accepisset iniuriam, neque quicquam
de ipso quereretur. Paullo antè Plutarchus dicit Pharnabazum certos homines
misisse, qui Lysandrum accusarent, quin idem Plutarchus tradit, Ephoros auditis
Lysandri accusatoribus à Pharnabazo misissis, ad eum scythalmam misissis, iubenteis
ut Lacedæmonem rediret.

48. quanta sanctitate) quanta abstinentia, iustitia, integritate, pietate.

49. huic ille liberal. pollic.) Plutarch. ἀπορόμους ἀπαιτῶν πᾶσιν, &c. i. pollici-
tus se omnia facturum, &c. sic loquitur Q. Cicero de petitione consul. homines
non modo promitti sibi, præsertim quæ à candidato petant, sed etiam largè atque
honorificè promitti volunt.

50. librum gr.) Plutarch. ἐγγράμμιον οἶον ὁ Λύσανδρος ἠξίωσιν ἐπιβολῶν. id est scripsit
qualem Lysander postulavit, epistolam.

51. dum obsign.) alij codices habent, dum signatur, nonnulli, designatur, men-
dosè. Plutarch. ἂν δὲ τῶν συγγράμματος ἐπιβολῶν. i. interea dum signa imprimit.

52. pari magnitudine, vt) quidam libri habent, pari magnitudine, & tanta si-
militudine, ut &c. sed ego hoc totum, & tanta similitudine, subditum suspicor.
Plutarch. hanc sententiã his verbis exprimit, ἐν ἑκατέρω τῶν βιβλίων μὲν δὲν εἰσὶν οἰοῦνται
τῶν ὁσῶν. i. commutatis inter se libris nihil specie differentibus. Refert hoc & Polyæ-
nus lib. VII. Strategem. cuius verba ascribam. ἀπὸ τῶν ἀλλοῦ καὶ ἑσπερίων λακεδαιμονί-
ων

L

νοίς ἔγραψεν οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἀνεκλήσαντα, σκυτάλλῳ πημάτων. Λύσανδρος ἰκα-
 πέσει Φαρνάβαζον ἀλλῶ ἑπιστολῶν ἡσυχίαν γράψαι φιλαίρωπον. Φαρνάβαζος ἑσπερο-
 ἔδρος, φανερώς μὲν ἔγραψεν οἷαν ὁ Λύσανδρος ἠξίωσι κρύφα δὲ εἶχεν ἐπίρας γυρομμένῳ.
 ἐν δὲ τῇ πῶ σφραγίδι ἔπιβαλεῖν, ὑπαλλάξαι τὰ βιβλία μὴ δὲν δεξιότα τῆ ὄψι, δίδωται
 αὐτῷ πῶ κρύφα γυρομμένῳ. Λύσανδρος ἐπαρῆθ' ἐς Λακεδαιμόνα, τοῖς ἐφόροις ἔσπε-
 ἔρος ἀπέδωκε τὰ γράμματα. οἱ δ' αἰσχροῦτες εἰδὼς αὐτῷ πῶ ἑπιστολῶν, σφραγιστοῦτες μὴ
 εἶν' ἀπολογίας δεῖσθαι, αὐτὸν καὶ ἀπὸ γράμματα κομισαῖτα. id est, Pharnabazus ad
 Lacedæmonios in Lysandrum scripsit. Illi autem eum ex Asia reuocarunt scytala
 missa. Lysander supplex à Pharnabazo petit, vt aliam pro se ad Lacedæmonios
 epistolam scribat, humanà. Pharnabazus liberaliter ei pollicitus, palam quidem
 & aperte talem epistolam scripsit, qualem Lysander postulauit: clam verò & oc-
 culte alteram aliter scriptam habebat. Interea igitur dum signum litteris imprī-
 mit, chartis furtim mutatis nihil inter se specie differentibus, dat eam Lysandro
 epistolam, quæ occultè erat scripta. Lysander Lacedæmonem reuersus, Ephoris, vt
 erat consuetudo, litteras reddidit. Illi autem lectas litteras ei ostenderunt, præfatū
 eum nihil defensione egere, qui ipse in caput suum litteras attulisset.

53. subiecit) supposuit, substituit. sic vulpes à vulpe capta est: & vt ait Plu-
 tarch. Lysander aduersus Cretensem, seu Cretè cretissans, Pharnabazū ignorabat.

54. apud max. mag.) Plutarch. τοῦ εἰς τὸν ἄρχον.

55. suus) cur non dixit, sui accusator, sed suus? ita scilicet, vt meus & tuus de-
 fensor dicitur, qui me, & te defendit. imprudens autè, quia litteras in caput suum
 scriptas, quasi Bellerophon, aliter existimans, ad suos tulit.

ALCIBIADES.

Alcibiades¹ Clinia filius, Atheniensis. In hoc natura,
 quid efficere possit, videtur experta. Constat enim in-
 ter omnes, qui de eo memoria² prodiderunt, nihil illo fuisse
 excellentius vel in³ vitiiis, vel in virtutibus. Nam in amplis-
 sima ciuitate, summo genere, omnium ætatis suæ multo for-
 mosissimus, ad omnes res aptus,⁴ consilii que plenus. Namq;
 imperator fuit summus mari & terra, disertus, vt in primis
 dicendo valeret: & tanta⁵ erat commendatio oris, atque ora-
 tionis, vt⁶ nemo ei dicendo posset resistere. idem cum tempus
 posceret,⁷ laboriosus, patiens, liberalis, splendidus non minus
 in vita, quàm victu, affabilis, blandus,⁸ temporibus callidif-
 simè inseruiens. Idem simul ac se remiserat, nec causa sube-

rat, quare animi laborem perferret,⁹ luxuriosus, dissolutus,
 libidinosus, intemperans reperiebatur, vt omnes admiraren-
 tur, in uno homine tantam¹⁰ inesse dissimilitudinem, tamque
 diuersam naturam. Educatus est in domo Periclis, (priui-
 gnus¹¹ enim eius fuisse dicitur) eruditus¹² à Socrate. socerum
¹³ habuit Hipponicum, omnium¹⁴ Græcorum diuitissimum,
 vt, si ipse fingere vellet, neque plura bona¹⁵ reminisci, neque
 maiora posset consequi, quàm vel fortuna, vel natura tri-
 buerat. Ineunte adolescentia amatus est à multis more Græ-
 corum¹⁶: in eis à Socrate, de quo mentionem facit Plato in
 symposio, namque¹⁷ eum induxit commemorantem se perno-
 ctasse cum Socrate, neque aliter ab eo surrexisse, ac filius à
 parente debuerit. Postea, quàm¹⁸ robustior est factus, non mi-
 nus multos amauit, in quorum amore, quoad licitum est, o-
 diosa multa¹⁹ delicatè, iocosè que fecit: quæ referremus, nisi
 maiora, potioraque haberemus. Bello Peloponnesiaco huius
²⁰ consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusa-
 nis indixerunt, ad quod gerendum ipse dux delectus est. ²¹ duo
 præterea collega dati, Nicias & Lamachus. Id cum appa-
 raretur, prius quàm classis exiret, accidit, vt vna nocte om-
 nes²² Herma, qui in oppido erant Athenis, ²³ deiicerentur,
 præter vnum, qui ante²⁴ ianuam Andocidis erat, Andoci-
 disque Hermes vocatus est. hoc cum²⁵ appareret non sine
 magna multorum consensione esse factum, quòd non ad pri-
 uatam, sed ad publicam rem pertineret, magnus²⁶ multitu-
 dini timor est iniectus, nequa repentina vis in ciuitate exsi-
 steret,²⁷ quæ populi libertatem opprimeret. Hoc²⁸ maxime
 conuenire in Alcibiadem videbatur, quòd & potentior &
 maior, quàm priuatus, existimabatur. multos enim liberali-
 tate deuinxerat, plureis etiam opera forensi suos²⁹ reddide-

rat. quare fiebat, ut omnium³⁰ oculos, quotiescunque in publicum prodisset, ad se conuerteret, neque ei par quisquam in ciuitate³¹ poneretur. Itaque non solum spem in eo habebant maximam, sed etiam³² timorem, quod & obesse plurimum & prodesse poterat.³³ Aspergebatur etiam infamia quod in³⁴ domo sua facere mysteria dicebatur: quod nefas erat more Atheniensium: idque non ad religionem, sed ad³⁵ coniurationem pertinere existimabatur. Hoc³⁶ crimine in contione ab inimicis cōpellabatur. Sed instabat tempus ad bellū proficiscendi. Id ille intuens, neque ignorans ciuium suorum consuetudinem,³⁷ postulabat, ut, siquid de se agi uellent, potius de presenti quaestio haberetur, quam absens inuidia³⁸ crimine accusaretur. Inimici³⁹ uero eius quiescendum in presenti, quia nocere se ei non posse intelligebant, & illud tempus expectandum decreuerunt, quo exisset, ut sic absentem aggrederentur. Itaque fecerunt. nam postquam in Siciliam eum peruenisse crediderunt, absentem, quod sacra violasset, reum fecerunt. Qua de re cum⁴⁰ ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset, ut domum ad causam dicendam rediret, essetque in magna spe prouinciæ benè administrandæ, non parere noluit, & in⁴¹ triremem, quæ ad eum deportandum erat missa, ascendit, ac⁴² Thurios in Italiam peruectus, multa⁴³ secum reputans de immoderata ciuium suorum licentia, crudelitatemque erga nobiles, utilissimum⁴⁴ ratus impendentem euitare tempestatem, clam se à custodibus subduxit, & inde primum⁴⁵ Elidem, deinde Thebas uenit. Postquam autem se⁴⁶ capitis damnatum bonis⁴⁷ publicatis audiuit, & id quod usu uenerat,⁴⁸ Eumolpidas & Cerycas à populo coactos ut⁴⁹ se⁵⁰ deuouerent, eiusque deuotionis, quo testator esset memoria, exemplum, in⁵¹ pila lapidea incisum, esse positum.

in publico, Lacedæmonem demigravit. Ibi, ut ipse⁵² predicare consueuerat, non aduersus patriam, sed inimicos suos bellum gessit, quod iudem hostes essent ciuitati. nam cum⁵³ intelligerent se plurimum prodesse reipublicæ, ex ea eiecisse, plusque iræ suæ, quam utilitati communi paruisse. Itaque huius consilio Lacedæmonij⁵⁴ cum Persarum rege amicitiam fecerunt: deinde⁵⁵ Deceliam in Attica munierunt, praesidioque perpetuo ibi posito in obsidione Athenas tenuerunt. Eiusdem opera⁵⁶ Ioniam à societate auerterunt Atheniensium, quo factò, multo superiores bello esse ceperunt.⁵⁷ Neque uero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. nam cum acerrimi uiri præstantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent, pertimuerunt ne caritate patria ductus aliquando ab ipsis descisceret, &⁵⁸ cum suis in gratiam rediret. Itaque⁵⁹ tempus eius interficiendi querere instituerunt.⁶⁰ Id Alcibiadi diutius celari non potuit. erat⁶¹ enim ea sagacitate, ut decipi non posset, præsertim, cum animum attendisset ad cauendum.⁶² Itaque ad Tissaphernem⁶³ præfectum regis Darij se contulit: cuius cum in intimam amicitiam peruenisset, & Atheniensium,⁶⁴ male gestis in Sicilia rebus, opes⁶⁵ senescere, contra Lacedæmoniorum crescere uideret: initio cum⁶⁷ Pisandro prætorè, qui apud Samum exercitum habebat, per internuntios colloquitur, & de re dituo suo facit mentionem. Erat enim eodem quo Alcibiades, sensu,⁶⁸ populi potentia non amicus, &⁶⁹ optimatum fauor.⁷⁰ Ab hoc destitutus, primum per Thrasybulum, Lyci filium, ab exercitu recipitur, prætorque fit apud Samum: post suffragante⁷¹ Theramene plebiscito restituitur, parique absens imperio præficitur simul cum Thrasybulo & Theramene. Horum imperio⁷² tanta commutatio rerum facta est.

ut Lacedæmonij, qui paullo antè victores vigerant, perterriti⁷³ pacem peterent.⁷⁴ victi enim erant quinque præliis terrestribus, tribus naualibus: in⁷⁵ quibus ducentas nauis triremeis amiserant, quæ captæ in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas præterea vrbes Græcas, quæ in ora sitæ sunt Asia: quarum expugnauerant⁷⁶ complureis,⁷⁷ in his Byzantium. neque minus multas consilio ad amicitiam adiunxerant, quod in captos⁷⁸ clementia fuerant vsi. Inde⁷⁹ præda onusti locupletato exercitu maximis rebus gestis Athenas venerunt. His cum obuiam uniuersa ciuitas in Piræeum descendisset,⁸⁰ tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis, ut ad eius triremem vulgus conflueret, proinde ac si solus aduenisset.⁸¹ sic enim populo erat persuasum, & aduersas superiores, & præsentis secundas res accidisse eius opera. Itaque & Sicilia⁸² amissum, & Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ tribuebant, quod talem virum ex ciuitate expulissent. Neque id sine causa arbitrari videbantur. nam postquam exercitui præesse cœperat, neque terra, neque mari hostes pares esse potuerant. Hic ut naui egressus est, quamquam Theramenes & Thrasylbulus eisdem rebus præfuerant, simulque venerant in Piræeum, tamen illum unum omnes⁸³ prosequerantur, & id quod numquam antea vsu venerat,⁸⁴ nisi Olympiæ victoribus,⁸⁵ coronis aureis, aneisque vulgò donabatur. Ille⁸⁶ lacrymans talem benevolentiam ciuium suorum⁸⁷ accipiebat, reminiscens pristini temporis acerbitatem. Postquam⁸⁸ asty uenit,⁸⁹ contione aduocata sic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin eius casum lacrymarit, inimicumque his se ostenderit, quorum opera patria pulsus fuerat:⁹⁰ proinde ac si alius populus, non ille ipse, qui

tum flebat, eum⁹¹ sacrilegij damnasset.⁹² Restituta ergo huic sunt publice bona:⁹³ iidemque illi Eumolpida ac Ceryces rursus⁹⁴ resacrare sunt coacti, qui eum deuouerant:⁹⁵ pilæque illa, in quibus deuotio fuerat scripta, in mare præcipitata. Hæc Alcibiadi latitia minus fuit diuturna. nam cum ei essent omnes honores decreti,⁹⁶ totaque res publica domi, bellique tradita, ut unius arbitrio gereretur, &⁹⁷ ipse postulasset, ut duo sibi collega darentur Thrasylbulus & Adimantus, neque id negatum esset: classe in Asiam profectus, quod⁹⁸ apud Cymen minus⁹⁹ ex sententia rem gesserat, in¹⁰⁰ inuidiam recidit. nihil¹⁰¹ enim eum non efficere posse ducebant: ex quo fiebat, ut omnia minus prosperè gesta eius culpa tribuerent, cum eum aut negligenter, aut malitiose fecisse loquerentur, sicut accidit. nam corruptum à¹⁰² rege, capere¹⁰³ Cymen noluisse arguebant.¹⁰⁴ Itaque huic maxime putamus malo fuisse nimiam opinionem ingenij, atque virtutis. timebatur enim non minus, quam diligebatur, ne secunda fortuna, magnisque opibus elatus, tyrannidem concupisceret. Quibus rebus factum est, ut absentem magistratum abrogarent, &¹⁰⁵ alium in eius locum substituerent: Id ille ut audiuit,¹⁰⁶ domum reuertenti noluit, & se¹⁰⁷ Perinthum contulit, ibique tria castella communiuit,¹⁰⁸ Bornos,¹⁰⁹ Byziam,¹¹⁰ Themeonticos: manumque collecta,¹¹¹ primus Græciæ in Thraciam introiit, gloriose existimans barbarorum præda locupletari, quam Graiorum. Qua ex re creuerat eius fama cum opibus, magnamque amicitiam sibi cum¹¹² quibusdam regibus Thraciæ pepererat.¹¹³ Neque tamen à caritate patriæ potuit recedere. nam cum apud¹¹⁴ Aegos flumen¹¹⁵ Philocles prætor Atheniensium classem constituisset suam,¹¹⁶ neque longè abesset Lyfander prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupa-

tus, ut¹¹⁷ bellum quàm diutissimè duceret, quòd ipsis pecunia¹¹⁸ à rege suppeditabatur: contra¹¹⁹ Atheniensibus exhaustis, præter arma & naueis nihil¹²⁰ erat super: Alcibiades ad Atheniensium uenit exercitum, ibique præsentè¹²¹ vulgo agere cepit, si uellent, se¹²² coacturum Lysandrum aut dimicare, aut pacem petere: ¹²³Lacedæmonios eò nolle confluere classe, quòd pedestribus copiis plus, quàm nauibus, ualere: sibi¹²⁴ autem esse facile¹²⁵ Seuthen regem Thracum deducere, ut eos terra depelleret: quo factò necessariò aut classe conflicturos, aut¹²⁶ bellum composituros. Id etsi verè dictum¹²⁷ Philocles animaduertebat, tamen postulata facere noluit, quòd¹²⁸ sentiebat, se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum. & siquid secundi euenisset, nullam in ea re suam partem fore: ¹²⁹contra ea, si quid aduersi accidisset, se unum eius delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades, quoniam, inquit, uictoriæ patriæ repugnas, ¹³⁰illud moneo, iuxta hosteis castra habeas nautica. periculum est enim, ne¹³¹ immodestia militum nostrorum occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus. Neque¹³² ea res illum sefellit. nam Lysander cum¹³³ per speculatores comperisset, vulgum Atheniensium in terram prædatum exisse, nauis que pane inaneis relictas, ¹³⁴tempus rei gerendæ non dimisit, eoque impetu totum bellum¹³⁵ deleuit. At Alcibiades uictis Atheniensibus non satis tuta eadem loca sibi arbitrans, ¹³⁶penitus in Thraciam se supra Propontidem¹³⁷ abdidit, sperans ibi facillimè suam fortunam oculi posse: falsò. nam Thracæ postquam cum magna pecunia uenisse senserunt, ¹³⁸insidias ei fecerunt. qui ea, quæ apportauit, abstulerunt: ipsum capere non potuerunt. Ille cernens, nullum locum sibi tutum in Græcia, propter potentiam¹³⁹ Lacedæmonio-

rum,

rum, ad Pharnabazum in¹⁴⁰ Asiam transiit. ¹⁴¹quem quidem adeò sua cepit humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. namque per¹⁴² Grunium dederat in Phrygia castrum, ex quo¹⁴³ quinquaginta talenta uectigalis habebat. ¹⁴⁴Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas uictas Lacedæmoniis seruire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. Sed uidebat id sine¹⁴⁵ rege Persarum non posse fieri. ideòque eum amicū sibi cupiebat adiungi. ¹⁴⁶neque dubitabat facile se consecuturum, si modò eius conueniendi habuisset potestatem. nam¹⁴⁷ Cyrum fratrem ei bellum clam parare¹⁴⁸ Lacedæmoniis adiuuantibus sciebat. id si ei aperuisset, magnam se ab eo initurum gratiam uidebat. Hac cum moliretur, peteretque à Pharnabazo, ut ad regem¹⁴⁹ mitteretur; eodem tempore¹⁵⁰ Critias, ceterique tyranni Atheniensium¹⁵¹ certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt, qui eum certiore facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset. quare si suas res gestas manere uellet, illum persequeretur. His Lacon rebus commotus statuit accuratius sibi¹⁵² agendum cum Pharnabazo. huic ergo renuntiat, ¹⁵³societatem, quæ regi cum Lacedæmoniis esset, stare non posse, ¹⁵⁴federæque irrita futura, nisi Alcibiadem uiuum, aut mortuum tradidisset. ¹⁵⁵Non tulit hoc satrapes, & violare clementiam, quàm regis opes minui, maluit. ¹⁵⁶Itaque misit Sysamithren & Bagoam ad Alcibiadem interficiendum, cum ille esset in Phrygia, iterque ad regem compararet. ¹⁵⁷Missi, clam¹⁵⁸ uicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiat. Illi cum eum¹⁵⁹ ferro aggredi non auderent, noctu¹⁶⁰ ligna contulerunt¹⁶¹ circa domum stramineam, in qua quiescebat,

M

eamque succenderunt, ut incendio conficerent, ¹⁶² quem manu superari posse diffidebant. Ille autem sonitu flammæ excitatus, quod gladius ei erat subductus, familiaris sui ¹⁶³ subalare telum eripuit, namque erat cum eo quidam ex Arcadia hospes, qui numquam discedere voluerat. hunc sequi se iubet, ¹⁶⁴ id, quod in presentia vestimentorum fuit, arripuit. his in ignem ¹⁶⁵ eiectionis flammæ ¹⁶⁶ vim transit. Quem ut barbari incendium effugisse eminus viderunt, ¹⁶⁷ telis missis interfecerunt, caputque eius ad Pharnabazum retulerunt. ¹⁶⁸ At mulier, quæ cum eo viuere consueuerat, ¹⁶⁹ muliebri sua veste contactum, ædificij incendio mortuum ¹⁷⁰ cremavit, quod ad viuum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus, diem obiit supremum. Hunc ¹⁷¹ infamatum a plerisque tres grauisissimi historici summis laudibus extulerunt: Thucydides, qui eiusdem ætatis fuit: Theopompus, qui fuit post aliquanto natus: et Timæus: qui ¹⁷² quidem duo maledicentissimi, nescio quo modo, in illo uno laudando consenserunt. nam ea, quæ supra diximus, de eo prædicarunt, atque hoc amplius, cum Athenis ¹⁷³ splendidissima ciuitate natus esset, omnibus Atheniensibus splendore ac dignitate vitæ superasse: postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eorum inseruisse, ut nemo eum labore, corporisque viribus posset ¹⁷⁴ equiparare. omnes enim Bœotij magis ¹⁷⁵ firmitati corporis, quam ingenij ¹⁷⁶ acumini inferuiunt. eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus ¹⁷⁷ in patientia ponebatur, sic duritiæ se dedisse, ut parsimonia victus atque cultus omnibus Lacedæmonios vinceret: fuisse apud Thracas, ¹⁷⁸ homines vinolentos, rebusque Veneris deditos: hos quoque in his rebus antecessisse: venisse ad Persas, apud quos summa laus esset

¹⁷⁹ fortiter venari, ¹⁸⁰ luxuriosè viuere: horum sic imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maxime admirarentur. quibus rebus effecisse, ut apud quoscunque esset, ¹⁸¹ poneretur princeps, habereturque ¹⁸² carissimus. Sed satis de hoc, reliquos ordiamur.

ALCIBIADES.

Alcibiades Clin. fil.) Genus Alcibiadis copiosè exponit Isocrates in oratione *de Alcibiade*, quæ habetur ab Alcibiadis filio: et Plutarch. in Alcibiade.

2. memoriæ prodid.) cur non dixit, memoriæ prodiderunt? aut cur non ita? qui aliquid de eo memoriæ prodiderunt.

3. vel in vitiis, vel in virtutibus.) tale quiddam M. Tullius de Catilina memoriæ prodidit in Cæciliana, ut infra referemus. De eodem sic Diod. lib. 13. *ἄνθρωπος ὁ δὲ καὶ λόγῳ διωρατῆρας, καὶ πόλεως πολὺ ἐπέχων ἐπὶ πολιτῶν, ἐν οἷς ἔδειξε καὶ πλουτῶν ἄριστος ἔστω αἰών.* i. erat enim et summa dicendi facultate præditus, et audacia longè ciuibus antecellens, nobilitate et diuitiis Atheniensium primus. Idem eod. lib. infra. *Ἐλάσθη γὰρ πλὴν διέφερε ἢ τῶν ἄλλων, καὶ ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς εἰς πᾶσι, καὶ ἐν οἷς ἔδειξε καὶ πλουτῶν ἄριστος ἔστω αἰών.* i. de et tunc tunc *καὶ ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς εἰς πᾶσι, καὶ ἐν οἷς ἔδειξε καὶ πλουτῶν ἄριστος ἔστω αἰών.* i. audacia enim multo aliis præstabat, et dicendi facultate excellebat, et in re militari quidem erat optimus, in audacia autem efficacissimus. erat porro et aspectu pulcherrimus, et animo maximo, et res magnas sibi, quas peteret, proponebat. Multa de eodem apud Platonem et Xenoph.

4. consiliisque plenus) quod declarauit cum multis aliis in rebus, tum in eare, eoque tempore, cum exsul monuit Atheniensibus, ut stationem mutarent, docens, eos loco incommodo nauis collocatas habere: Atheniensium autem prætores, in his Tydeus et Menander, ei parere noluerunt: quin eum verbis malè acceperunt, et abire iusserunt. vnde Atheniensium clades ad Ægos flumen nata est: quam urbibus expugnatio, et reip. commutatio est consecuta. sic autem supra locutus est in Pausania.

5. tanta erat comm. oris et c.) ita eum os et oratio commendabant, ut et c.

6. ut nemo ei dicendo) Itaque belli Siculi suator, et auctor fuit, Niciâ frustra dissuadente. Thucydides lib. VI. et Probus infra.

7. laboriosus) hanc morum et ingenij inæqualitatem multis verbis ex Satyro refert Athenæus lib. 12. *λέγεται ὅτι ἐν Ἰωνίᾳ ἄριστος ἀπὸ τῶν ἑσπερίων ἀριστοτέρων ἐστὶν ὁμοίως δὲ Γομασκῶν καὶ γομασκῶν ἰδιώτης, ἐπὶ δὲ τῶν αὐτῶν μακροβοιωτῶν ἐν Θεσσαλίᾳ ἔστιν ἰπποβοιωτῶν καὶ ἰπποβοιωτῶν, τῶν δὲ ἀπὸ τῶν ἰπποβοιωτῶν ἐν Σπαρτῇ δὲ καρτερίων καὶ ἀρχαίων ὀπιπλοῦτων, οἵ κεν οἱ τῶν λαχόντων. ἀπὸ ἡμερῶν δὲ καὶ τῶν τῶν Ἰωνίων ἀκρατοτέρων, et c. i. videbatur autem, ut ferunt, Alcibiades in Ionia quidem cum esset, Ionibus luxuriosior ac delicatior: Thebis corpore exercendo, magis quam Thebani ipsi Bœotius: in*

Thessalia equis alendis & aurigandis, magis equestris, equitandique peritior Al-
leuadis: Sparte laboris patientiam & industriam colens Lacones superabat: idem
Thracum vinolentiam, & vini meri bibendi consuetudinem bibendo vincebat.
Eadem fere & Plutarchus in Alcibiade, quae mox proferemus. Paulo ante ubi o-
mnnes libri vulgati habebant, deinde, praeter unum, in quo erat, id est, ego excu-
dendum curavi. Idem, recte, nisi fallor.

8. temporib. callidiss. inf.) hac de re sic Plutarch. ὡς ἂν φασί, μὴ δυνάμεσιν αὐ-
τῶν πολλῶν ἐν αὐτοῖς ἐπιμαχῶν. Θήρας αὐτῶν ὄντων, σωτῆρο μοιοῦ δαίμων, ἢ σωρομοιοπαθῆναι τῶν
ἐπιμαχῶν, καὶ τῶν διαίτησιν ὁμοιωτάς τε ἀποδιδόντες τῶν χαλεπιέωντες, &c. i. Erat
enim, ut aiunt, vna haec ex multis in eo sollertia, & machina captandorum &
aucupandorum hominum, torquere suos mores, & flectere, ac versare suam na-
turam ad aliorum studia, & vitæ degendæ rationes, & cultus, cum celerius ver-
teretur, atque in plureis colores mutaretur, quam chameleon. hoc etiam chamae-
leontem vincebat, quod chameleon se ipse colori candido simulare non potest:
Alcibiadi autem per bona pariter & mala meanti nihil erat, quod imitando, &
colendo exprimere non posset: sed Sparte exercitationibus corporis studebat, te-
nuiter & parcè vivebat, seuerus ac tristis erat, in Ionia mollis, iucundus, animo
remisso, ac dissoluto: in Thracia ebriosus, & in equitatione assiduus: cum Tissa-
pherne commorans, amplitudine apparatus & sumtu magnificentiam Persicam
superabat. Talem fere describit Catilinam Cicero in Caeliana. Erant apud illum
illecebra libidinum multæ: erant etiam industriæ stimuli ac laboris: flagrabant
vitia libidinis apud illum: vigeabant etiam studia rei militaris. neque vniquam
fuisse tale monstrum in terris vllum puto, tam ex contrariis, aduersisque, atque
inter se pugnantibus naturæ studiis, cupiditatibusque constat, &c. sequitur
mox, Quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in ra-
pacitate auarior? quis in largitione effusior? Illa verò iudices, in illo homine mi-
rabilia fuerunt, &c. versare suam naturam, & regere ad tempus, atque huc &
illuc torquere, & flectere: cum tristibus seuerè, cum remisissis iucundè, cum senibus
grauiter, cum iuuenibus comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis lu-
xuriosè vivere.

9. Luxuriosus, diss. libid. intemp.) Idem Athenæus eod. lib. copiosè item perse-
quitur luxuriam, & intemperantiam Alcibiadis: ex quibus illud insigne, quod,
cum peregrè proficisceretur, quattuor sociis ciuitatibus, tæquam ancillis, vteba-
tur. Nā tabernaculū Persicū ei præbebant Ephesij: pabulum eius equis Chij: Cyzi-
ceni victimas ad sacrificia, & viscerationes, & carnium distributiones: Lesbij vi-
num, & cetera ad victum quotidianum. Colligit & alia Plutarch, in Alcibiade.

10. tantam inesse dissimilitudinem) tantam morum inequalitatem, seu inæ-
quabilitatem, αὐωαλιαν. ex qua chameleon dictus est, vt supra diximus. à qui-
busdam codicibus abest infinitiuus, inesse.

11. priuignus) inimo sororis filius, siue ἀδελφιδεύς, vt tradit Diod. Sicul. lib. 12.
sic ille. Αλκιβιάδης ὁ ἀδελφιδεύς, ὁρφαυός αὐτῶν, τρεφόμενος παρ' αὐτοῦ, παῖς αὐτῶν καὶ ἡλι-
κίας, &c. & Suidas, & Gellius. sic Gell. lib. 15. cap. 17. cum apud auunculum Pe-
riclem puer artib. ac disciplinis liberalib. erudiretur,

12. eruditus à Socrate) licet hoc ex Platone & Xenophonte cognoscere, quam-
quam Socrates in Apologia à Platone scripta, negat se cuiusquam magistrū fuis-
se. Sed hoc facile solui potest.

13. socrum habuit Hipponicum) Isocrates ἀεὶ τῷ ζῆλον, in qua oratione lo-
quitur Alcibiadis fil. καὶ δὲ τῶν πλεονεκτημάτων ἡμετέρων ἐπιμαχῶν. ἢ ἡμετέροις ἐπιμα-
χῶν ἀεσίων αὐτῶν λαβεῖν. ὃ δὲ πατὴρ αὐτοῦ ἱπποκίκοι, πλεονεκτημάτων ἡμετέρων ἐπιμαχῶν,
ἦν οὐδέτις ὑπέρτος ἢ πολιτῶν. i. Postea autem matrem nostram uxorem duxit. exci-
stimo enim cum hanc quoque, vt præmium virtutis suæ, adeptum esse. Nam pater
eius Hipponicus, diuitius quidem Græcorum primus erat, genere verò nulli ciuium
secundus. Erat autem Alcibiadis vxor, Hipponici filia, nomine Hipparete.

14. omnium Græcorum diuitissimum) sic hunc locum restitui, in libris omni-
bus vulgatis inquinatum. sic enim fere habent, Græcæ linguæ eloquentia, diser-
tissimum: quod primum parum Latine dictum est: deinde quoquomodo dictum
sit, falsum est, neque à quoquam memoriæ proditum: postremò nihil hoc ad rem-
pertinet, natum erratum ex voce diuitissimum, quam semidocti non intelligentes,
aut non probantes, deprauarunt, ex eaque fecerunt, disertissimum: cetera deinde
sunt ab eisdem auctoribus inculcata, & deprauata. Confirmat. hanc emenda-
tionem Isocrates in oratione ἀεὶ ζῆλον, eo loco, quem paullo. ante protuli, ibi.
πλουτοῦ μὲν ἡμετέροις ἐπιμαχῶν, &c. & Plutarch. in Alcibiade. ἱπποκίκοι δὲ τῶν
καλλίσιμων πατρῶν, ἢ δόξαν ἔχοντι μεγάλην καὶ δυναμὴν ἀπὸ πλουτοῦ καὶ ἡλίου, &c. i. Hippo-
nico Callia patri & ob diuitias, & ob genus magnam gloriam & potentia con-
secuto, &c. & Lysias in orat. ἀπὸ τῶν ἀεσίων χρεμῶν. Κόμισας τῶν ὁμοίων, ὅτι
περὶ τῶν ἐπιμαχῶν ὁ πατὴρ, ὡς πλείους τῶν ἐπιμαχῶν ἐδόκει καλῶν δαίμων, &c. id est, Callias igitur
Hipponici filius, paullo. post. mortem patris, qui plurima omnium Græcorum pos-
sidere existimabatur, &c.

15. reminisci) memoria repetere, vel memoria complecti. sed non dissimulabo
lector, hoc reminisci, mihi esse suspectum. Cur non dixit potius, concupiscere, aut
optare?

16. Græcorum) de hoc Græcorum more, quod ad talis amores attinet, diximus
nonnulla supra in præfatione, licuisse scilicet adolescentis amare modò honestè.
& pudenter, & sine probro, & turpitudine, cuiusmodi amoris exstat præclarum
exemplum apud Xenoph. lib. V. de reb. Græc. inter Cleonymum & Archidamū.
sed præstat præter illa, quæ antè notata sunt, etiam ea ascribere, quæ scripsit idem
Xenoph. λακεδαίμων. πολιτ. Sic igitur ille. οἱ μὲν τῶν ἄλλων, ἢ ὡς ἄνθρωποι, αὐτῶν καὶ
πατρῶν συζυγοῦσσι ὁμιλοῦσιν, ἢ ὡς ἄνθρωποι διαχέονται τῶν ὡραίων. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ πατρι-
οισι τῶν ἄλλων ἡμετέροις εἰργασίαι ἀπὸ τῶν παιδῶν. ὁ δὲ ἡγεμόνων εἰσὶ τῶν
πατρῶν ἡμετέροις, εἰ μὲν τις αὐτῶν αὐτῶν δέξεται, ἀγαθὸς ἡμετέροις πατρῶν φιλῶν ἀ-
ποταλάσσει δαίμων, ἢ σωθῆναι, ἐπιήκει, καὶ καλλίτην παιδείαν τῶν ὡραίων ὁμοίως. εἰ δὲ τις πατρῶν ὁ-
μοίως ὁρῶντος φασίην, ἀγαθὸν τῶν ὡραίων, ἐπιήκει ὁ λακεδαίμωνι μὴ δὲ ἡπὼν ἐρεταῖς παι-
δείαι ἀπέχεσθαι, ἢ ἡγεμόνων παιδῶν, ἢ καὶ ἀδελφοὶ ἀδελφῶν εἰς ἀφροδίσια ἀπέχονται. i. Græ-
ci igitur aut quo modo Bæoti vir & puer coniugati, inter se congradiuntur, aut
quemadmodum Elæi Gratiis approbantibus ætatis flore vtuntur. Sunt autem qui
amatores ita à pueris arcent ac prohibent, vt illos ne colloqui quidem cum his si-

nant. At Lycurgus cum in alia atque hi omnes, sententia fuisset, si quis, qui sit ipse talis, qualem esse oportet, animum pueri admiratus, eum conaretur amicum ab omni reprehensione vacuum, ac purum reddere, et cum eo versari, laudabat, atque hanc institutionem pulcherrimam existimabat: sin quis pueri corpus concupiscere reperiretur, hoc turpissimum cum statuisset, fecit ut Lacedæmone amatores non minus à pueris, quos amarent, sibi temperarent, quam parentes à liberis, aut fratres maiores à fratribus ad res venereas sibi temperare solent. Quibus consentanea sunt quæ prodita sunt ab Æliano variæ historiæ lib. 3. οὐκ εἶσι (inquit) φρονητικοὶ πρὸς τοὺς ἐξαίτας οἱ Λακεδαιμονίων καλοὶ, οὐδὲ ἀλαζόνες, et c. satis est enim nobis locum indicasse, et Latine Græca reddere: Non sunt feroces aduersus suos amatores Lacedæmoniorum pueri formosi, neque arrogantes. Nam contra atque apud alios formosos, horum instituta cognoscere licet. ipsi enim rogant amatores suos ut se ament. Lacedæmoniorum hæc vox est, amare oportere: Spartiatam et amorem nullius rei turpis sibi conscius esse. Nam siue adolescentulus ausus est amatoris libidinem et probrum in corpore suo perpeti, siue amator probrum inferre adolescentulo, neutri utile fuit Sparte manere. aut enim è patria expulsus sunt, aut, quod est grauius, vita priuari. Accedat ad hos Plutarchus Laconicus apophth. ἔργον ἔστι πῦρ ψυχῶν καταδάσων πειδῶν ἐφίετο, τὸ δὲ πηλοσάζειν αἰχρὸν ἐνειρόμην, ὡς τὸ ἄμαρτος ἐρώωνται, ὅτι ἢ τῆς ψυχῆς. ὃ δὲ ἐπικληθῆς ὡς ἐπὶ αἰχμῶν πλησῶν, ἀπὸ μὲν δὲ βίου βῶ. i. amare pueros animi virtutibus præditos concessum ac permissum erat: commisceri verò turpe habebatur, quasi amarent corpus, non animum: quæ verò accusatus esset, quod flagitij et probri causa congressus esset, per totam vitam infamis erat.

17. namque eum induxit commemor.) sic Plato. ὃ δὲ ἴτα μὰ θεοῦ, μὰ θεῶν, ὅτι οὐδὲν ἀπέστη ὁ πρὸν καταδεδαρθῆκώς αἰ ἐστὶν μὲν Σωκράτης, ἢ εἰ μὲν τῷ πατρὶ καὶ θυῶν, ἢ ἀδελφῶν προσδύτρου. i. certo scitote, per deos, et per deas vobis iuro, me cum dormiuissem cum Socrate, nihilo delicatius cum eo dormitasse, nihiloque secius è lecto surrexisse, quam si cum patre, aut fratre maiore dormiuissem. Refert et Plutarch. in sermone primo de fort. et vict. Alexand. sub extr. Σωκράτης νειρόμενος σολιμουθῆντος Ἀλυσιδάδου. id est Socrates se continebat, Alcibiade vnâ dormiente.

- 18. robustior est factus) corroboratus est: robur sumsit: adoleuit.
- 19. delicatè) σφοδρῶς, molliter, voluptarie.
- 20. huius constatque auct.) de hoc supra diximus. de eodem lege et Diod. siccul. lib. 12 in extr.
- 21. duo præterea coll. d.) sic Thucyd. lib. 6. et Diod. lib. 12. eo, quem modò indicani, loco.
- 22. omnes Hermæ) id est omnes Mercurij, seu Mercurij statuæ. erant autè Mercurij statuæ, lapideæ, quadratæ, et ad cubi figuram conformatæ, nimirum sine manibus, quòd omnem rem (ut scribit Festus) sine manibus sermo conficiat: quibus corporis partibus qui carent, κῆμοι vocantur, ex quo Mercurius Cyllenius dictus est, inquit ille. Thucydidis scholiastes his consentanea fere scribens, Quoniam aiunt, inquit, Mercurium sermonis et veritatis esse antistitem et præsidè, neccirco imagines, seu statuas eius quadratas, et cubica figura conficiebant, ob-

scure significantes, hanc figuram, in quamcumque partem ceciderit, omni ex parte stabilem esse, et rectam stare: idèmq; de sermone et veritate sentiendum. Suidas non multo secus. πῦρ τῶν νεώτατων ἑρμῶν ἐργάζονται διὰ τὸ μὴ γινέσκειν τὸν λόγον, ὅτι καὶ πρὸ ἀγνοίας αὐτῶν πρὶ οὐσί διὰ πῦρ ἐπρόσητα τῶ ἀγνοίας λόγου. i. omnium maxime ætate iuuenem, et admodum adolescentem Mercurium fingunt, quia oratio non senescit: quin etiam eum quadratum faciunt, propter firmitatem et soliditatem orationis veræ. Plutarch. autem in sermone, ἐπὶ προσδύτρω πολιτευτοῦ, scribit præterea, Mercurius afficta fuisse membra virilia intenta ac porrecta, manus autem et pedes detractos, ut significaret veteres, se senes non desiderare, qui corporis muneribus fungantur: sed satis esse, si sermonem habeant agilem, efficacem, aut facundum. sic Plutarch. in extr. διὸ καὶ ἔστι ἑρμῶν τοῖς προσδύτρωις ἀχράς καὶ ἀποδάς, ἐπιτεταμένους δὲ τῶν μοταίω δὴ μὲν ὄσιν, αἰνῆ πῶ ὀδρωὶ ἔστι γὰρ ὅτι καὶ ἐλάττω δίδου διὰ τὸ ἄμαρτος ἐρωώωνται, ἢ ἀντὶ τὸν λόγον ἐνεργόν, ὡς προσήκει, καὶ γόνιμον ἔχουσι. Membra autem his Mercurij fuisse afficta, indicat idem Thucydidis scholiastes eodem loco, ex Pausania, his verbis. ἴσται ὅτι ἐπὶ τῇ ἀγαπητοῦ ἀντιπρὸς αἰνῆ ἀντιπρὸς ἀνομοῦ σααγαγῆ, τοῖς πρὸ ἀχράς, καὶ τῶ ἀδιδῶ τοῖς ἑρμῶν ἀελοπῆται φησὶ καὶ τῶν δαράσαντας, ἐρμῶκοπίδας καλεῖται. i. sciendum est Pausaniam dicere in collectione nominum Atticorum à se facta, Mercurius etiam colla, et membra obscæna amputata fuisse, et eos, qui hæc fecerunt, Hermocypidas. i. Mercuriorum sectores appellari.

23. deiciderentur) immo circumciderentur, aut mutilarentur. sic enim Thucyd. lib. VI. ἐν δὲ πύττω ὅσοι ἑρμῶν ἦσαν λίθινοι ἐν τῇ πόλει, καὶ ἰδίωις προσδύτρωις, καὶ ἐν ἱερῶις, μὲν τὸν οἰ πλείστοι ἀελοπῆσαι τὰ προσδύτρωις, καὶ τοῖς δαράσαντας ἦδὲ οὐδὲν. i. Interea autè quotquot Hermæ, seu Mercurij erant lapidei in vrbe, et in priuatis atrijs ac vestibulis, et in fanis, vna nocte iis ora amputata sunt: et qui hoc fecissent, sciebat nemo. Sic et Diod. Sicul. lib. 13. princip. ἦδη δὲ τῶ σόλου παρσεκθασμένου, τοῖς ἑρμῶς τοῖς καὶ πᾶσι παμπῆδης ὄντας σιω ἐβῶν μὲν τὴν ἀελοπῆται. i. Classe autem iam parata atque ornata, accidit ut omnes Hermæ, qui quàm plurimè erant in oppido, circumciderentur. sic et Plutarch. in Alcib. ἢ μὲν τῶ ἑρμῶ ἀελοπῆται μὲν τὸν οἰ πλείστοι ἀκροπολεωςδέντων τὰ προσδύτρωις, πολλοὶ καὶ τῶ ἀελοπῆται μὲν τὸν οἰ πλείστοι ἐξ ἑν. i. Hermarum porro circumcisio, et mutilatio, quibus vna nocte ora mutilata sunt, multos etiam ex iis, qui talia contemnunt, perturbauit. Et Andocides oratione πρὸ τῶν μυσθελίων. Πραῖτον ἐπηγγέλετο τῇ βουλῇ, εἰ οἱ ἀδχαρ δοῖεν, μινύσων πρὸ τῶν μυσθελίων σιω ἐργῶς ὦν καὶ τοῖς ἀλλοῖς τοῖς ποιοῦντας μὲν ἑαυτοῦ, καὶ πρὸ τῶν ἑρμῶ ἀελοπῆται. i. Illinc autem (Megaris) promittebat senatui, si sibi impunitatem, et à metu securitatem darent, indicaturum cum ipse adiutor et particeps fuisset, etiam alios facinoris societate secum coniunctos, et quod ad mysteria attineret, et quod ad Hermarum circumsectionem, seu mutilationem. Ibid. infra, καὶ τῶ ὑπεράγα ἀκούεν, ἐπὶ οἱ ἑρμῶ εἶεν προσεκομμῆνοι.

24. qui ante ianuam Andocidis erat, Andocidèsque Hermes voc.) sic hunc locum restitui, historiam et veritatem secutus. Mendosè enim habent libri vulgari partim, Androcidèsque vocatus est, partim, Andocidèsque vocatus est. Æschines oratione καὶ Τιμῶρου. Επειτα τὸν ἑρμῶ τὸν Ἀνδοκίδου καλοῦσθαι, ἐκ Ἀνδοκίδου, ὅτι ἀγῆιδος φουλῆς ἐπὶ αἰ ἀθηνα. i. deinde Hermen Andocidis qui appellatur, non-

Andocidis, sed Aegeidis tribus esse donum diis consecratum. Andocides in oratione, quam habuit ipse de mysteriis. καὶ δὲ τῶν αὐτῶν ἐπιπέδων, οὗτοι ἐστὶν οὗτοι παύει, οὗτοι παύει...
 Andocidis Hermes. Aeschines in oratione in Timarch, deinde, εἴς. Et ipse Andocides in oratione de mysteriis, à tribu Aegeide esse positum dixit. Quare Duris inconsiderate et temere dicit esse ab Andocide positum. Plutarch. in Alcib. ὑποπτοῖ οὐχ ἕκαστα τῶν ἐπιπέδων ἀδικουμένη ἐπινοεῖ ὁ μαζας ἐπιπέδων, οὐ πησινοί αὐτῶν τῶν οἰμίας, ἐπὶ ἀδικία τῶν ἀδικουμένων...
 Andocidis Hermem appellatur, quia Andocides iuxta eum habitabat.

25. Hoc cum appareret sic Diod. Sicul. lib. 13. ὁ δὲ οὖν διμωσὶς ἔχοντος οὗτοι παύει...
 26. magni mult. tim. Plutarch. ibid. paullo aliter. πολλὰς ἐπὶ τῶν ἀειφρονουμένων τὰ τῶν αὐτῶν διεπέπευεν. i. multos etiam eorum, qui talia contemnunt, perturbavit.

27. populi libert. oppr.) καὶ τῶν δημοκρατίας καταλύσεως.
 28. Hoc max. conu. in Alc. Itaque accusabatur cum ab aliis, tu ab Andocide.
 29. suos reddiderat) sic legendum, quo modo habent codices emendati, non quo

quo modo alij mendosi, reduxerat. licet etiam legere redegerat, idque ex vestigijs antiquae scripturae: quo modo interdum loquitur Caesar.

30. omnium ocul.) sic loquitur et Cicero aliquando, exempli causa, lib. 2. de offic. cumque aliqua his ampla et honesta res obiecta est, totos ad se conuertit, et rapit.

31. poneretur numeraretur.
 32. sed etiam timorem) nouè dictum, timorem in eo habebant: sed quia non dixit diserte, habebant timorem (nam verbum habebant cum voce speciem cohereret proximè) iccirco haec locutio non est vitiosa, sed elegans potius et venusta propter rotunditatem et ambitum.

33. Aspergebatur etiam) sic locutus est et M. Tullius pro Caelio: qui istius facti non modo suspitione, sed ne infamia quidem est aspersus.
 34. quod in domo s. facere myst.) Thucyd. ibid. καὶ τὰ μυστήρια αἶμα ὡς πινύται ἐφ' ὑβρεί. i. et dicitur simul ab indicibus, Alcibiadem mysteria factitasse in edibus priuatis per ludibrium, atque in contemptum religionis. Plutarch. ἐπὶ τῶν ἀδικουμένων...
 Interea autem Androcles popularis orator seruos quosdam, et inquilinos produxit, qui Alcibiadem, eiusque amicos accusabant quod alias statuas truncaisset, et quod mysteria in vino imitatus esset.

35. sed ad coniurationem) licet etiam huc accommodare illud Thucydidis, quod supra posuimus. καὶ ἐπὶ ζωωμοσίᾳ αἶμα νεώτερον ἀειφρονουμένων. itaque Diod. Sicul. eodem lib. dicit eum absentem esse accusatum, quod aduersus populi libertatem, coitionem et coniurationem fecisset, cum accusationis nulla alia in promptu causa esset, quam statuarum mutilatio. sic Diod. τῶν αὐτῶν ἀειφρονουμένων, οὗτοι παύει...
 36. Hoc crimine in contione ab in. co Pellabatur) Sic edendū curari. Facti autem mei prius quam rationem afferam, vulgatum lectionem videamus. Sic igitur habent codices Veneti et Florentini. Hoc crim. in contentionem ab in. compellebatur: quam lectionem olim cum veram esse existimabam, sic explicabam: hoc crimine Alcibiades ab inimicis in iudicium, et disceptationem inuitus trahabatur. Itaque, in contentionem, interpretabar, eis ἀζώνια, in certamen, in iudicium, in disscrimen. Sed venit mihi postea in mentem, Probum dicturum fuisse potius, vocabatur. Auxit suspitionem mendi, scripturae varietas. alij enim libri habent, in contentione compellabatur. ex qua scriptura cum Claudius Puteanus Clementis fil. iuuenis perquam eruditus, coniecisset legendum esse, in contione compellabatur, eamque coniecturam mihi planè probasset, ceteras omnes scripturas damnauit, atque hanc solum secutus sum, cum praesertim eam confirmet Diodorus, Plutarchus, Thucydidis: qui perspicue ostendunt, Alcibiadem accusatum esse apud populum, atque adeo in contione. Adde quod bene Latinè dictum est, compellare crimine: quomodo scilicet dixit Caelius lib. VIII epist. compelli ea lege me uoluerunt, qua dicere non poterant: et compellare in contione. Cicero. ad Attic. lib.

2. epist. 2. in extr. Nigidium minari, in contione se iudicem, qui non affuerit, compellaturum. Idem pro domo sua. nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabantur. Erant autem Alcibiadis inimici Theffalus Cimonis filius, & Androcles.

37. postulabat, ut, si quid de se agi) sic Thucyd. ο δ' εν τῷ παρόντι παρὲς τῶ μιλύματι ἀπολογία, ἢ ἐπινομος ἢ ἄλλο τι ἐκ τῶν ἐπινοηθέντων, εἴη τούτων εἰρησμητικός ἢ. i. Ille autem in presenti aduersus indicia & crimina pro se dicebat, & paratus erat, priusquam proficeretur, iudicium subire, si quid horum fecisset. lege cetera, quae valde ad hunc locum pertinent. Plutarchus non multo aliter. cuius verba sic interpretor. Ille autem in contionem progressus dicebat, horribile esse, se non dissolutis criminibus, & calumniis in se confictis, dimitti ex vrbe suspensum atque incertum cum tanta classe, tantisque copiis. verba Graeca non ascribam. Xenophon sic lib. I. de reb. Gr. ἐθέλωτος δὲ πῶτε κριθεῖσθαι ἀπολογία τῆς αἰτίας ἂν ἢ γρηγορήσειν, ὡς ἡσθενητός ἐς τὴ μυστήρια, ἢ ἄλλο τι οἱ ἐχθροὶ τῶ δουλεύοντι δίκαια εἶναι, ἀποτίνα ἀποτίνα ἐστὶν ἴσταν ἢ παρὲς δός. i. cum autem vellet in presentia ad crimen illatum, quod mysteria, sacraque violasset, respondere, & causam dicere, inimici quae iusta videbantur, exsuperantes, eum patria absentem priuarunt. Eadem de re sic Isocrates in oratione ἀπὸ τοῦ Ἰσώρου. Latin è autem illa reddemus tantum, Graeca verba omittemus, ut breuiores simus. Cum autem scirent eius inimici, in iis, quae ad deos pertinent, ciuitatem grauisimè irasci solere, si quis in mysteria peccare videretur: in ceteris, si quis populi libertatem labefactare auderet, hoc utroque crimine comparato & conficto, accusarunt eum in senatu, cum dicerent, patrem meum sodalitia cogere ad res nouas molindas: hos autem sodaleis in adibus Polytonis vnà cenanteis mysteria factitare. erecta autem ciuitate propter magnitudinem criminum. & celeriter aduocata contione, ita manifestè eos mendacij coarguit, ut populus de accusatoribus libèter pœnas sumturus fuerit, patrem in siciliam præctorem creatum miserit. Post illa hic quidem nauigauit, ut iam falsis criminibus liberatus, atque absolutus: illi autem coacto senatu, & oratoribus in suam potestatem redactis, de integro rem excitarunt, & iudices subornatos immiserunt, & c.

38. inuidia crimine) non dixit inuidioso crimine, sed inuidia crimine: quasi Alcibiades nullam aliam ob culpam in contione compellaretur, aut in iudicium vocaretur, quàm quòd inuidia laboraret: id est quòd ei sui ciues inuiderent.

39. Inimici verò eius) Huc quoque accommodare atque ascribere licet verba illa Xenophontis, quae paullo antè protuli ex lib. I. de reb. Græc. ἐθέλωτος δὲ πῶτε κριθεῖσθαι ἀπολογία & c. id est cum autem vellet in presentia & c.

40. cum ei nuntius) missa est ad eum nauis Salaminia, in qua Athenas reuheretur ad causam dicendam. Plutarch. καὶ τέλος ο δὲ δῆμος ἔπεμψε ἡμιμυριάδων παροξωθῆς, ἀπέστειλε τὴν Ἀλαμινίαν ναυὴν εἰς Σικελίαν, κελδύωι τὴν ἑρσισην ἡκίμην Ἀλκιβιάδῳ ὅτι τὴν κρίσιν. i. populus à contionatoribus popularibus concitatus, misit nauem Salaminiam in Siciliam, iubens ut quàm primùm Alcibiades veniret ad iudicium subeundum. Sic Thucyd. lib. V. ὡς πε βυλόμενοι ἐμὴν εἰς κρίσιν ἀγαγόντες ἀποκλείουσι, πῆμποσι οὐτὼ τὴν Ἀλαμινίαν ναυὴν εἰς τὴν Σικελίαν, & c. id est, Itaque volentes eum ad iudicium perductum necare, ita mittunt nauem Salaminiam in Sici-

liam, & c. Idem eod. lib. καὶ κατὰ λαμβάνοισι τὴν Ἀλαμινίαν ναυὴν ἐκ τῆς Ἀθηνῶν ἡκουσας ὅτι τῆς Ἀλκιβιάδῳ ὡς κελδύωισιν ἀποπέμψιν εἰς ἀπαλογίαν ὧν ἡ πόλις ἐνεκάλει, καὶ ἐπ' ἄλλοις ἕνας, & c. i. Et incidere in nauem Salaminiam Athenis venientem cum ad Alcibiadem, tanquam insuram eum decedere ex Sicilia ad defensionem criminum, quae ei ciuitas inferebat, tum ad alios quosdam ex militum numero, qui cum eo fuerant indicati, partim quasi impij fuissent in sacra ac mysteria, partim quasi Mercurius mutilassent.

41. & in triremem, quae ad eum dep.) immò in suam. Diod. eod. lib. Ἀλκιβιάδης ἀκούσας τῆς ἐπινοίας τῶ δόξαντα τῶ δήμῳ, τῶ σωδία βεληθῆναι ἀλαβῶν εἰς τὴν ἰδίαν πελοπόννησον, & c. i. Alcibiades cum audisset à legatis, quae à populo decreta essent, receptis in suam nauim iis, qui vnà secum accusati erant, cum nauem Salaminia decessit. Et ita Thucyd. lib. V. καὶ ο μὲν ἔχων τὴν ἐαυτοῦ ναυὴν, ἢ οἱ σωδία βεληθῆναι ἀπίπλεον μὲν τῆς Ἀλαμινίας, & c. i. Atque ille quidem suam nauem habens, & qui vnà cum eo falsò fuerant accusati, à Sicilia decedebant cum nauem Salaminia, & c. Nauis autem Salaminia mittebatur (ut docet Suidas) ad eos reuocandos, qui peccasse videbantur, ad causam dicendam.

42. ac Thurios) sic fere Thucyd. eod. lib. καὶ ἐπιδηῖ Ἰθυροντὸν ἐν θουείοις, οὐκ ἐπὶ ἔσπευον, ἀλλ' ἀπεχθόντες ἀπὸ τῆς νεώος ἢ φασεοὶ ἦσαν. i. Vbi autem ad Thurios peruenerunt, non iam amplius consequebantur, sed nauis relicta, non comparuerunt. Sic & Diod. eod. lib. ἐπὶ δὲ εἰς θουείους κατέπλευσεν, εἴτε ἢ σωθεῖως ἐαυτοῦ τὴν ἀποπέμψιν ὁ Ἀλκιβιάδης, εἴτε ἢ φοβηθῆς τὴν μάχης τὴν κινδύου, καὶ τῆς σωδία βεληθῆναι ἰδίᾳ δρας ἐκποδῶν ἐχρησίσθη. i. Posteaquam autem Thurios peruectus est, siue impietatis sibi conscius Alcibiades, siue etiam periculi magnitudinem veritus, vnà cum criminum sociis elapsus recessit de medio. Plutarch. in Alcibiade, ἐν δὲ θουείοις Ἰθυόμενος, καὶ ἀποδρας τῆς πελοπόννησον ἐκφυγῆν ἐαυτοῦ, καὶ διέφυγε ὡς ἐν τῶν τῶν. i. Vbi autem Thurios delatus est, egressus è triremi, seipsum occultauit, & eos, qui eum quæsitum venerant, effugit. Θουείοι πόλις Ἰταλίας, ἢ παρὲς τὸν Σούβαιος, Stephanus: Thurijs vrbs Italiae, quae prius Sybaris dicebatur. Non videor mihi quicquā à re proposita alienū facturum, si, quoniam de Thurijs mentio facta est, argenteorum numerum, quos mihi Err. Memmius, vir clariss. & Clemens Teueninus, homo antiquitatis Ro. peritissimus mihi nuper ostenderunt, inscriptiones, & figuras in eis impressas, ad hunc locum, meo iudicio pertinentes, humanitate polito & eleganti lectori considerandas exponam. Hi igitur nummi cum sint inter se vsquequaque fere similes, habet in antica parte impressum caput Mineruae galeatae. galea porro praeter conum eminentem, & per galeam totam mediam permeantem, habet praeterea cristam cono adiectam, vel plumeam, vel ex cauda equina, vel ex alia re aliqua factam, quales sepe describuntur ab Homero in Iliade. In postica verò primum inscriptum est hoc nomē, ΘΟΥΡΙΩΝ, in generadi casu, in ora extrema atque infima. In media, taurus integer impressus est hoc statu, atque hoc situ, ut videatur cū altero luctari, aut aliqūe cornu petere velle. habet enim caput obliquè demissum, & cornua ad feriendum accommodata & composita: pedes autem inflexos, & incuruatos, quasi eis terram fodere, & puluerem spargere conetur: qualem taurum describit Virg. in Palæm. & lib. 9. En. Iam cornu petat, & pedibus:

qui spargat arenam. Videntur autem mihi horum nummorum inscriptiones species, significare, Thuriot dictos esse ab impetu faciendo, quod Græci dicunt ἄρσεν, quod valet ὀρμαῖν. Unde ἄρσενος dictus est Mars: id est, bellicosus, seu pugnax, & ad impetum faciendum expeditus: cuiusmodi est taurus, & maximè membris ita, ut descripsimus, compositis. Atque horum nummorum facta mentio, aliorum duorum inter se dissimilium, quorum mihi idem ille Clemens Teuennius inspicendorum copiam fecit, memoriam refricit: eosque hic alieno loco commemorabo, quoniam fugit me eos suo loco describere. pertinet autem uterque ad Lysandri vitam, alter ad eum locum, ubi à me refertur ex Polyæno exemplum Lysandri in Thasios crudelitatis & perfidiæ, pag. 79. alter ad eum locum, ubi posita est annotatiuncula ad illa verba Ioui Ammoni, pag. 80. Prior igitur nummus in antica, seu anteriore parte caput Bacchi continet, pampinis, & corymbis, & hederaceis frondibus redimitum. In postica, seu posteriore, & inuersa, totus Hercules designatus est: scriptumque Græcis litteris in latere læuo, ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ, in dextro, ΣΘΤΗΡΟΣ. i. Hercules seruatoris. infra, ΘΑΣΙΩΝ. Si quis autem querat ex me huius nummi rationem, hæc afferre possum. Hercules deus est Thasiotum antiquus, ac patronus auitus, præses, custos, seruator, πατῆρ, πολιοῦχος. idque ex Stephano de urbibus in voce Thasos, & ex verbis Polyæni, quæ supra in Lysandro protulimus, intelligere licet. Sed querat nunc aliquis, quid Baccho cum Hercule commune? Multa, primùm uterque Iouis est filius: deinde uterque longinquas terras bella gerens peragravit, ita ut propter hanc causam, ut vult Pausanias, uterque ad inferos descendisse traditus sit. Postremò Bacchus cum ex bello Indico rediens, & per Thraciam iter faciens, in eam insulam deuertisset, eius incolæ vitium colendarum rationem docuisse fertur. Itaque vinum Thasium in optimis numeratur ab Athen. lib. I. quamquam locus mutilatus est, neque prætermisit silentio Virg. lib. 2. Georg. Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ. Venio ad alterum nummum. hic in recta, seu antica parte caput Iouis Ammonis habet, cornuti, qualis pingitur à pictorib. & describitur à poetis: in altera laeserpitium ita fere impressum, ut describit Plin. lib. 19. cap. 3. ibi. Ab his proximum dicitur auctoritate clarissimum Laserpitium, quod Græci silphion vocant, & c. quod magni pretij fuisse, ut omittam Plinium eodem capite, ubi scribit, Casarem dictatorem initio belli ciuilib inter aurum, argentumque protulisse ex arario laserpitij pondo CXL. declarant vel illa verba Aristophanis in Pluto, οὐδ' αὖ εἰ δόινε γέ μοι τὸν Πλαῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ Βαῖτου σίλφιον. Scriptum est præterea litteris Græcis, ΚΥΡΑΝΑ, id est, Cyrene. quamquam postremæ littæ sunt vetustate exesæ. Præter Plinium autem in eo, quem indicauimus, loco, etiam Catullus carmine ad Lesbiam, satis significat, laserpitium in Africa prope Cyrenas nasci solitum, his versib. Quam magnus numerus Libyssæ arenæ Laserpitiferis iacet Cyrenis.

43. multa secum reput.) sic fere Diod. ut ostendimus.
 44. vtilissimum ratus) Plutarch. in Alcibiade. Ἐπιγόνους δὲ ἄλλοις, καὶ εἰπὶ τῶν οὐκ ἐστὲν εἰς, αἱ δὲ λυκίαι δὲ, τῆ πατρὶδι: ἡ μὲν ἄλλα, εἴρη, παύται, καὶ δὲ τῶν ψυχῆς τῶν ἐμῶν οὐδὲ τῆ μνηστῆ. μὴ πῶς ἀγνοήσασκε, τὴν ἀδύνατον, αὐτὴ τῶν λυκίαις, ἐπιπέλη. Ἰηφρον. i. cum autem eum latentem quidam agnouisset, non credis, inquit, Alcibiades, patriæ? cetera.

inquit ille, omnia salutem autem & vitam meam, ne matri quidem, ne forte aliquo pacto ignorans, nigram, pro candida, tabellam ferat. Idem in ἀποφθ. βασιλ. καλούμενος εἰ ἔπι κρισίαν θανάτου κινῶ. καὶ ἡ δὲ ἄλλα, αἰώνων ἀπὸ Σικελίας, ἐκρυψαί εἰ μὴ τῶν εἰπὼν ὡς ἡδὲ τῶν δίκων ἔχοντες, καὶ τῶν ἀποφθ. καὶ τῶν θυγατρῶν εἰπὶ τῶν δὲ ἄλλοις, & c. Cum autem deuocaretur ab Atheniensib. è Sicilia ad iudicium capitis, seipsum occultauit, dicens, stultum esse, cum litrem habeas, absolutionem querere, si liceat fugere. sequuntur deinceps illa, quæ supra iam posita sunt de nigro & candido calculo. Hoc idem retulit & Alianus lib. 13. variæ historiae.

50. & inde primùm Elidem) Thucyd. lib. VI. ἐφραώθη εἰς Πελοπόννησον: id est, traiecit in Peloponesum. Diod. lib. 13. ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς Πελοπόννησον, εἰσέρχεται εἰς Σπάρτην, & c. cum ex Italia in Peloponesum traiecisset, Spartam se contulit. Atque ita fere Plutarch. Narrat enim eum in Peloponesum traiecisse, & posteaquam à Lacedæmoniis petiisset, ut sibi tutò apud eos commorari liceret, ad eos confugisse. Elis autem Argiuorum est oppidum.

46. capitis damnatum) Thucyd. θάνατον κατέγνωσαν αὐτῶν, καὶ ἡ δὲ μὲν αὐτῶν. id est, est capitis damnatum Alcibiadem, & eos, qui vnà erant. Diod. δίκων ἐρήμικα κατέδικασαν θανάτου. i. indicta causa, & absentem eum capitis damnarunt.

47. bonis publicatis) damnationem enim in iudicio capitis sequebatur publicatio bonorum.

48. Eumolpidas & Kerycas) secutus sum exempla Veneta & Florentina, quæ sic habent: nam alia habent, Eumolpidas sacerdos: non malè: alia, Olympiadas sacerdos, planè mendosè. Quamquam autem testantur quidam vocem, Kerycas, abesse à codicibus manuscriptis, ego tamen vulgatos Aldinos, & Florentinos sequi arrogantis esse non putavi, præsertim cum hæc diuæ voces κήρυκες, & ἐμολπίδαι sæpe ita reperiantur coniunctim positæ apud Græcos: ut apud Æschinem καὶ Κηροφ. καὶ ἐμολπίδαι, καὶ ἄλλοις. Ἐμολπίδαι, καὶ κήρυκες, καὶ τῶν ἀλλοις ἀπὸ Πλάτωνος, & c. Suidas in voce Εὐμολπίδαι. Εὐμολπίδαι ἦν ὁ ἀπὸ Ὀρφείως τῶ Ὀρακῶς, ὁ δὲ καὶ τῶν μῶντων ὄρεων, ἢ ἀπὸ τῶν Μουσαίου ἰσθμῶν, & c. ἐπιερίσταν δὲ αὐτῶν. ἐμολπίδαι καὶ κήρυκες, καὶ αὐτῶν εἶτα μῶντων παρ' οὐδὲν ἕτερον. Ἐμολπίδαι καὶ κήρυκες, καὶ ἄλλοις ἠρωτῶν τῶ ὄντων καὶ θεοφιλῶν, & c. id est, Eumolpidæ genus ab Orpheo Thrace, qui & initiationem reperit: aut à Μυσεῖ filio, & c. auctor non nominatus. Exsecrati sunt autem & detestati sunt eum Eumolpidæ & Keryces, & rursus, Deinde verò pro nihilo putans res venerandas Eumolpidarum & Kerycum, & aliorum generum, quæ & sacra sunt, & diis cara, & c. I. Socrates Panegyrico. Εὐμολπίδαι δὲ κήρυκες εἰ τῆ περὶ τῶν μυστικῶν εἰς τὸ ἑσπέραιον, καὶ τῶν ἀλλοις βαρβαροῖς εἰρησθῆναι ἠρωτῶν, ὡς ἀπὸ τῶν ἀποφθ. ὡς ἀπὸ τῶν ἀποφθ. εἰρησθῆναι. i. Eumolpidæ autem & præcones, seu Keryces in initiis mysteriorum propter horum odium, etiam alios barbaros arceri à sacris, ut paricidas, antè proclamantes iubent. & Thucyd. lib. 8. καὶ ἐμολπίδων καὶ κηρύκων καὶ τῶν μυστικῶν, δὲ ἀπὸ τῶν ἀποφθ. μισοπορευομένων, καὶ ἐπιερίσταν ἑσπέραιον καὶ τῶν ἀλλοις. i. & Eumolpidis, & præconibus, quos Græci Kerycas appellabant, de rebus ad mysteria pertinentibus, propter quas in exsulum pulvis erat, testimonium dicentibus, & deorum fidem implorantibus, religionemque populò κηρτικῆς, ne eum reuocaret. Plutarch. in Alcib. καὶ τῶν ἀποφθ. καὶ τῶν ἀποφθ.

κατα τῶν τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἢ κήρυκας. i. contra leges & instituta Eumolpidarum & Kerycum. Idem ibidem tamen, de hac execratione loquens, non Eumolpidas & Kerycas, sed sacerdotes viros & feminas Alcibiadem deuonisse dicit. sic Plutarch. εἰς πρῶτον βιβλίου περὶ Alcibiadis, ἢ ἱερῶν. i. Præterea decreuerunt, ut sacerdotes viri & feminæ Alcibiadem deuouerent. Idem rursus ubi loquitur de eius reductione ab exsulio, Eumolpidas & Kerycas appellat, ut suo loco ostendimus. Sunt autem κήρυκες nuntij, præcones, interpretes hominum ac deorum. Cicero lib. 2. de legib. Eumolpidas nominat, ubi de sacris nocturnis loquitur. Quid ergo ager Iachus, Eumolpidaeque vestri, & angusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus?

49. se) Alcibiadem.
 50. deuouerent) execrarentur. utebantur & multis aliis in rebus tali execratione Athenienses: exempli gratia, execrationes publicæ erant constitutæ in eos, qui erranti viam non monstrarent.

51. in pila lapidea) hoc fere solebat fieri in damnatos, & infamia notatos. Itaque ἐπιπέτῃ, infamia publicè notatus: & ἐπιπέτῃ dicebantur, quorum bona erant publicata.

Lacedæm. demigr.) sic Plutarch. in Alcibiade, & Diodor. Sicul. lib. XIII. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης ἐκ τῆς Ἰταλίας διαπλεύσας ἐπὶ Πελοπόννησον, ἐφύθη εἰς ἑσπέρην καὶ τῆς Λακεδαιμονίως παρῶξ ἔνευ ἐπιπέτῃ τῆς ἀθιωαίας. id est, Alcibiades autem ex Italia transmissio freto in Peloponnesum nauigauit, & Spartam profugit, & Lacedæmonios impulit, ut Atheniensibus inuaderent. Hoc item Polyænus refert pluribus verbis lib. I. Strategematum: cuius verba libet adscribere. Ἀλκιβιάδης δὲ ἀπὸ σικελίας ἀναχθεὶς ἐπὶ τὴν κρήνην τῶν περὶ τῆς ἐρμῆς, καὶ τῆς μωσειῶν τρογυλλῆς νότος ὄψεσθαι εἰς Λακεδαιμονίαν κομίζεσθαι. καὶ περὶ τῶν ἑλπίων πύλων συγκαταπέσει βουθῆσθαι, ἢ Δεκίλειαν ἀπὸ τῆς ἐπιπέτῃς, ὡς ἐν ἀπὸ τῶν ὁρότων οὐτε τὰς ἀπὸ τῆς χώρας περὶ σόδοις, οὐτε τὰς ἀπὸ τῆς ἀργυρείων ἀλλὰ μὲν καὶ οἱ νησώται πολιοκοινοῖς αὐτοῖς ἰδόντες ἀπομολήσασιν. Τούτων ἡμῶν ἐπιπέτῃς ἀθιωαίῃ καὶ θοδῶν Ἀλκιβιάδης. id est, Alcibiades ex Sicilia ad iudicium de Hermis & mysteriis reuocatus, nauem quandam turbinatam, seu rotundam ingressus Lacedæmonem vehitur: ibique persuadet Lacedæmoniis, ut primo quoque tempore Syracusanis auxilium ferant, & Deceliam sibi ipsis muniant. ita fore, ut neque ex agro Attico, neque ex argenti fodinis vectigalia ad Atheniensibus sint reditura. Præterea verò, inquit, qui habitant in insulis, ubi Atheniensibus obsideri videbunt, ab eis deficient. His factis, Athenienses Alcibiadè reditum ab exsulio decreuerunt.

52. ut ipse præd. conf.) Thucydides lib. VI. in ea oratione, quam Lacedæmonem habuit, οὐδὲν ἐπὶ παλαιῶν οὐδὲν ἐπιπέτῃς ἢ ἰόντων καὶ ἰόντων: πολλὸν δὲ μάλλον τῶν ἰόντων ἀναχθεὶς: id est neque me nunc aduersus eam, quæ mihi patria etiamnum sit, ire puto, sed multo potius eam, quæ mihi adempta est, & qua careo, recuperare.

53. cum intellig. se) Alcibiadem, rectè: subintelligitur enim illud, prædicare consueuerat.

54. cum Persurum) sic habent exempla quedam Germanica: quæ secutus sum. alia, cum Persa rege: alia, cum Persiæ.

55. Deceliam) unde dictum bellum Decelicum, ut mox ostendemus: Δεκίλειαν δὴμος τῆς ἰπποδοωντίδος φυλῆς, & c. i. Decelia oppidū, seu (ut Romani loquuntur) municipium tribus Hippothoontidis. Deceliam commemorat & Thucyd. hac de re scribens. sic ille lib. 7. καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης περὶ αὐτῶν ἐδίδασκε τὴν Δεκίλειαν πύχιστον, καὶ μὴ αἰέναι τὸν πόλεμον. i. Alcibiades docebat Lacedæmonios, ut Deceliam muro interserperent, ac munirent, neque bellum remitterent. Idem eodem lib. infra. ἡ γὰρ ἡ Ἄγης ὁ Ἀρχιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, καὶ περὶ τὴν μὲν τῆς χώρας τὴν περὶ τὸν πόλεμον ἐδίδασκε, ἐπιπέτῃ δὲ Δεκίλειαν ἐπύχιστον, καὶ πόλεως διελκόμενοι πὲρ ἔργου. ἀπὸ δὲ τῆς Δεκίλειαν τὰ διοὺς μάλας τῆς τῶν ἀθιωαίων πόλεως εἰκοσι καὶ ἑκατὸν. i. Præerat autem exercitui Agis Archidami fil. Lacedæmoniorum rex. ac primū quidem agrum eam partem, quæ campis adiacet, populati sunt: deinde verò Deceliam maximè stadia centum per ciuitates opere distributo. abest autem Decelia Athenis maximè stadia centum & viginti. Hac de re sic & Isocrates oratione de Pace. εἰς τὸν γὰρ κατέστησαν τῶν μὲν οὐκ αἰώνιας, τῶν δὲ ἀγορευῶν ἐπιπέτῃς, ὡς πὲρ Λακεδαιμονίων ἐμὲ βελτικῶν εἰς τὴν χώραν, ἢ τὸ πύχιστον ἢ τὸ δεκίλειον σωεσκότως, εἰς Σικελίαν περὶ τῆς ἐπιπέτῃς. i. in eam autem ex rerum suarum negligentiam, & alienarum cupiditatem venerunt, ut cum Lacedæmonij inuassent in agrum Atticum, & murus Decelicus esset iam constructus, aduersus Siciliam trirremis ornarent, & c. Idem περὶ δόξης. καὶ δεκάλοιον ἐπιπέτῃς ὡς Δεκίλειαν ἐπιπέτῃς. i. & calumniari conantur patrem meum quasi Deceliam munierit. Diod. Sicul. lib. 13. κατὰ λαβὸν δὲ χροῖον ὄχηρον Δεκίλειαν, φρούριον ἐπίστησαν καὶ τῆς Ἀπηνῶν. διὸ καὶ σωεσκότως τὸν πόλεμον δεκίλειον περὶ σικελίαν. i. Cum autem occupassent locum munitum Deceliam, ex eo fecerunt aggerem & castellum ad Atticam oppugnandam. quapropter euénit, ut hoc bellum Decelicum fuerit appellatum. Plutarch. in Alcibiade tradit, Alcibiadem statim, ut Lacedæmonem venit, tria effecisse, primū ut Lacedæmonij, qui in ea retardiores erant, continuo Syracusanis auxilium ferrent, adducti ut Gylippum imperatorem mitterent, & Atheniensium potentiam frangerent: alterum, ut bellum inde in Atheniensibus transferrent: tertium maximum, ut Deceliam munirent. Idem περὶ φθ. β. α. σ. λ. Alcibiades (inquit) cum audisset se ab Atheniensibus capitis esse damnatum, ostendamus ergo (inquit) eis nos viuere: & ad Lacedæmonios verus, bellum Decelicum excitauit. Quod autem mox subiicit Probus, præsidioque perpetuo ibi posito in obsid. Athenas tenuerunt: cur non addidit, & eas in potestatem suam redegerunt? Hoc enim factum est: atque etiam de vrbe funditus delenda & subruenda deliberatum est: sed Lysander obiit, ut supra diximus.

56. Ioniam à societate auert.) sic propemodum Thucydides lib. 8.

57. Neque verò his reb.) multas causas affert Plutarchus quamobrem Lacedæmonij ab Alcibiade alienati fuerint, his verbis. ὁ δὲ Ἄγης ἐχθρὸς μὲν ὑπῆρχεν αὐτῶν, δεκά τῶν γυναικῶν καὶ καὶ τῶν πονηρῶν, καὶ τῶν δὲ τῆς ἀθιωαίας τῶν πλείων γίνεσθαι, καὶ περὶ τῶν δὲ Ἀλκιβιάδου λόγους ἰδόντων δὲ ἄλλων ἀπαρπαστῶν οἱ δευατά πατοι καὶ φιλοπομπῆς ἢ τῶν Ἀλκιβιάδου ἐβάρυνον δεκά φθόνον. i. Agis autem inimicus ei quidem erat: propter iniuriam, quam ab eo acceperat in vxore sua, cum qua ille rem habuisse dicebatur, sed etiam eius gloria urebatur. pleraque enim consilio, & opera Alcibiadis geri, & bene procedere fama erat. Aliorum autem Lacedæmoniorum

ad portum appulſas, manibus ferreis admotis ſuſſum attrahebat. Eos autem, qui è nauibus egrediebantur, Pharnabaſi milites concidebant. Ad extremum Mindarus cum occubiſſet, Alcibiadi clariffimam victoriam præbuit.

74. Victi enim) lege Diod. lib. 13. pag. 357.

75. in quib. ducent. n.) ſic Diod. eod. lib. ἡγορεῖτο ἡλικυῶν τεῶν ἐν ἑλασίαις ἀγενοῖαι. Idem Diodorus tradit, à Lacedæmoniis Endium legatum Athenas de pace fuiſſe antea miſſum, cuius exſtat apud eum oratio: quam optimo cuique Athenienſium probatam eſſe, ſed certos homines, quibus mala publica, vectigalia eſſent, quibusque bellum eſſet queſtuosum & fructuoſum, pax inutilis & ſterilis, pacem diſſuaſiſſe, in his Cléophontem quendam, contionatorem ſeditioſum ac turbulentum: quem commemorat Æſchines in oratione περὶ τῆς ἀπορροβείας.

76. complureis) ſic legendum, non, vt vulgò legitur, quàmplureis.

77. in his Byzantium) Diod. Sic. eod. lib. tradit, proditione à quibusdam Byzantiis facta, Byzantium ab Alcibiade noctu ſcalis ad murum admotis, eſſe captum. Plutarchus cum Diod. congruēs, vnum ex proditorib. Anaxilam Byzantium nominat. Xenoph. ἐμ. α. hos proditores enumerat Cydonem, Ariſtonem, Anaxicratem, Lycurgum, Anaxilam: qui poſtremus Lacedæmone poſtea proditionis accuſatus, dixit, ſe, qui Byzantius, non Lacedæmonius eſſet, non urbem prodidiſſe, ſed uxorem & liberos fame pereunteis ſeruafſe, quòd omne frumentum Clearchus Lacedæmonius ſuis militibus daret, & ita abſolutus eſt.

78. clementia) Diod. eod. lib. ſcribit, Athenienſis vrbe non fuiſſe potituros, niſi prædicandum à præcone curafſent, ſe ab iniuria Byzantium, & ab omni maleſicio ſibi temperaturos, eisque omnibus parſuros. quòd ſanctè ſeruauerunt. Nā & Byzantiis urbem reddiderunt, in ſocietatem receptis, & in Lacedæmonios, qui ad aras confugerant, non ſeuierunt, ſed eos Athenas miſerunt, vt de eis ſuo arbitrio populus ſtatuere.

79. præda onuſti) Diod. Siculus: adducebant, inquit, (ſic enim Latine reddidimus) nauis non pauciores ducentis, virorum captiuorum, & manubiarum magnam vim & copiam. habebant autem nauis ſuas armis, & coronis aureis, & hoſtium ſpoliis ac manubiis, & aliis rebus omnibus diligenter exornatas.

80. tanta fuit omn. exſp.) Diod. eod. lib. πλείους δὲ ἔπι τῷ Ἀλκιβιάδου ἡὲς συνείραμαι ἔπι τοῖς λιμῖνας, ὡς τι παντελῶς ἐρημωθῆναι τῷ πόλει, συμφοροποιουμένων τοῖς ἐλάθροις ἔπι δούλων. i. plurimi autem ad ſpectandum Alcibiadem conuenerunt in portus, ita vt vrbs prorsus eſſet deſerta, certantibus viſendi ſtudio ſeruis cum liberis. Plutarch. Alcibiade. ἐπι δὲ ἀπέει, τοῖς μὲν ἄλλοις στρατηγῶν οὐδὲ ὄραν ἐδόκησεν ἀπαντῶντος οἱ ἀβρωπι. πρὸς δὲ ἐκείνοις οὐκ ἔχοντες, ἐξ ὧν, ἡσασσέντο, παρέπιμπον, ἐσεφάθον, πρὸς οἰόντες. i. Poſtequam autem è naui exiit, alios quidem prætores necernere quidem ſibi videbantur homines, qui obuiam procedebant: ad illum verò concurrentes clamabant, amplectebantur, deducebant, coronabant propius ad eum accedentes. Iterum Diodorus eod. loco: ἐπι δὲ οὐκ κατέπαυσεν ὁ στόλος, & c. i. Poſtequam igitur claſis appulſa eſt ad portum, contulit ſe multitudo ad nauem Alcibiadis: ex qua egreſſum omnes libentibus animis, & porrectis dexteris excipiebant, ei res ab ipſo proſperè geſtas, & reditum gratulantes,

81. Sic enim populo) Diod. ibid. καὶ πολλὰ ἔπι καὶ δ' ἑαυτῷ ἀπολογισαίμενος, εἰς τοσούτων δόξαις τοῖς ὄχλοις ἤγαθον, ὡς τι ὁμολογῶν πάντας τῶν πόλει ἀπὸν γεγοῖναι ἔπι κατ' ἐκείνου ἀποσιμαίτων. i. cum multa de criminibus ſibi illatis pro ſe dixiſſet, in tantam erga ſe beneuolentiam plebem perduxit, ac perpulit, vt faterentur omnes decretorum in eum faſtorum culpam in ciuitatem eſſe conferendam. Xenoph. β. β. α. ἐμ. ſcribit nō vñā populi fuiſſe orationem, neque vñā ſententiā, ſed dixiſſe alios, Alcibiadem ciuem optimum eſſe, & ſolum non iuſtè exſulare: eos, qui minus poſſent in ciuitate, qui que minus dicendo valerent, qui denique ad ſuū queſtum reip. adminiſtrarent, ei inſidiatos eſſe, cum reip. commodis ſemper conſulere, atque inſeruiret, cumque criminibus recentibus, quibus arguebatur ſacra violafſe, iudicium ſubire vellet, & c. Alios, eum ſolum malorum præteritorum, quæ ſibi accidiſſent, culpam ſuſtinere, atque auctorem eſſe, ſolumque eorum, quæ ciuitati impendērent, periculorum videri poſſe ducem ac principem eſſe. Iſocrat. oratione ad Philipp. perſpicuè calamitates & quæ Lacedæmoniis, & quæ Athenienſibus acciderunt, Alcibiadi aſcribendas eſſe dicit. ſic ille. εἰς τοσούτων δὲ τῶν κατὰ τὴν ἐμὴν ἰδέοντων πόλιν, ἀλλὰ ἢ λακεδαίμονιους, ἢ τοῖς ἄλλοις ἑλλήνας, ὡς τι ἡμεῖς μὲν παρ' ἡμῶν, ἀ πάντες ἴσασι, τοῖς δὲ ἄλλοις τηλικούτους κακοῖς ἀπειποῖν, ὡς τι μὲν δὲ τῶν ἐπιπλοῦς ἔπι τῶν συμφορῶν τῶν δὲ ἐκείνοις τῶν πῆκεται ὡς τῶν πόλει γεγοῖναι, λακεδαίμονιους δὲ τοῖς πῆκεται τῶν ἀπὸν, εἰς τῶν τῶν ἀπὸν δὲ Ἀλκιβιάδου κατὰ τὴν ἐμὴν. i. in tantam autem perturbationem non ſolum ciuitatem, verum etiam Lacedæmonios & alios Græcos redegit (Alcibiades) vt nos quidem eas calamitates pertulerimus, quæ ſunt omnibus notæ, alij autem in tanta mala inciderint, vt nondum obliuifcunt calamitates, quas bellum illud ciuitatibus importauit: Lacedæmonij verò, qui tunc fortunati eſſe videbantur, in eas res aduerſas, in quibus etiam nunc verſantur, opera Alcibiadis deuenerint. Cum enim eis ab illo perſuaſum eſſet, vt imperium maris concupiſcerent, etiam terræ principatum amiſerunt. Quare ſi quis dicat initium præſentium malorum ab illo tempore eis ductum eſſe, quò tempore maritimum imperium adepti ſunt, mendaciū cogui non poſſit. Ille igitur cum tantarum rerum cauſa exſtituiſſet, in ciuitatem reuocatus eſt, magnam ille quidem gloriam conſecutus, non eam tamē, quæ ab omnibus laudetur. Plutarch. in Alcibiade ſcribit, eum tantam populi in ſe beneuolentiam populariter contionando conciliaſſe, vt populus cu peret eum Athenis regem atque aded tyrannum eſſe, vt plebiſcitis & legibus omnibus ſublatis, inuidia maior temp. ſuo nutu atque arbitrari gereret.

82. amiſſum) amiſſionem. talia ſunt illa apud M. Tull. iudicatus, pro iudicatio: comperendinatus, pro comperendinatio, & c. Apud Lucret. conlectus ſeu coniectus, opinatus, reſutatus, pro conlectio, & c. Quòd autem ad ſententiam huius loci attinet, cum Probo planè congruit Plutarchus.

83. proſequebantur) quidam libri habent perſequebantur.

84. niſi Olympiæ vict.) Olympiæ victores, ſeu Olympionicæ non donabantur coronis aureis Olympiæ ob victoriam Olympicam partam, ab iis, qui præmia dabant quòd Cornelius ſignificare videtur, ſed in patriam ſuam reuerſi à ciuib. ſuis coronis aureis interam donabantur: & item legati, qui bene & è rep. le-

gationem obierant: & reip.moderatores, qui reimp. bene administrant, & de rep. bene meriti erant, vt intelligere licet ex orationibus Aeschinis & Demosth.

85. coronis aureis) Plutarch. simpliciter dicit, ἐστεφανώσω .i. coronas eis imponēbant.

86. lacrymans) gaudio, & recodatione praeitorum laborum ac malorum. Plutarch. in Alcib. πολύ δὲ καὶ δάκρυον τῶν χειρῶν τῆς πόλεως ἐπέεικράτο . καὶ μνημόνεός τινος παρούσῳ διτῶν καὶ τῶν ἐπισημοῦ . i. multa autem lacryma gaudio ciuitatis miscebatur: & memoria praeitarum rerum aduersarum praesenti felicitati ex quibus verbis intelligimus non Alcibiadem, sed populum gaudio lacrymasse.

87. accipiebat) approbabat.

88. in astu) in oppidum, seu in urbem, vt supra diximus in Themistocle.

89. contione aduoc.) in qua pro se dicens, ostendit se nihil impie fecisse, & contra iura omnia e ciuitate exterminatum esse. Xenoph. lib. I. de reb. Gr.

90. proinde ac si alius pop.) sic Cicero pro Murena, vbi loquitur de comitiis. Saep̄ etiam sine vlla aperta causa fit aliud atque existimaris, vt nonnumquam ita factum esse etiam populus admiretur, quasi verò non ipse fecerit.

91. sacrilegij) immo impietatis, ἀσεβείας. Nam non ille res sacras sustulisse, sed sacra violasse, & Hermas circumcidisse, ac trunasse arguebatur. Sic enim Probus supra: aspergebatur etiam infamia, quòd in domo sua facere mysteria dicebatur: nisi forte sacrilegus est, qui sacra violat, aut qui deorum statuas consecras deiicit, aut mutilat.

92. Restituta erg.) Diod. eod. lib. διὸ καὶ αὐτῶν τῶν οὐ σῶσαν ἀπίδωκαν, καὶ ἐδοίμωσαν, & c. i. Quocirca & bona ei restituerunt, quae publicarant, & c.

93. iidem illi Eumolp. & Ker.) Diod. ibid. εἰ ἀφίσταντο δὲ καὶ τῶν δὲ μολπιδῶν ἀρεῶν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἐπισημοῦ καὶ αὐτῶν, καὶ τὸν ἐκέρων ἐδοξεν ἀσεβείαν ποιεῖν καὶ τὸ μυστήριον. i. decreuerunt autem vt bona ei restituerentur, & vt Eumolpidae exsecrationem, seu deuotionem tollerent, quae fecerant, quo tempore visus fuerat impiè fecisse aduersus mysteria. etiam hoc loco in quibusdam libris legitur, Eumolpidae sacerdotes: sed mendosè nam vel Eumolpidae legendum, deleta voce sacerdotes, vel addendum Keryces: vel deleto Eumolpidae, relinquendum sacerdotes. Ego lectionem Aldinam & Florentinam teneor. Sic autem & Plutarchus cum Diodoro, & Probo consonans, & congruè: εἰ ἀφίσταντο δὲ τῶν οὐ σῶσαν ἐποδῶσαν αὐτῶν, καὶ τὰς ἀρεὰς ἀφοσιώσαντα πάλιν δὲ μολπιδῶν καὶ κήρυκας, αἱ ἐπισημοῦ τῶν δὲ μολπιδῶν καὶ τῶν κήρυκων. i. decreuerunt autem vt bona ei restituerentur, & vt Eumolpidae & Keryces preces deprecationes deprecarentur, & reterent, quas fecerant populi iussu. Narrat eod. loco Plutarchus, Theodorum quendam sacerdotem, ceteris resacrantibus quod exsecrati fuerant, nihil tale fecisset cuius reiratio cum ab eo quereretur, quoniam (inquit) neque ei vllum malum precatus sum, si nihil in ciuitatem peccauit.

94. resacrare) quod sacrarant, id est exsecrati fuerant, seu deuouerant, religione soluere, ac liberare.

95. pilaeque illae) supra vnam pilam duntaxat commemorauit. Diod. autem

dicat non pilas in mare praecipiteis actas, sed duas, id est sententias, & liteis. ἐπιτα δὲ τὰς duas καὶ τὰ πένονται: id est deinde & sententias demerserunt.

96. totaque resp. domi, bellique tradita) Diod. πὸ δὲ πειλοπαῖον αὐτὸν στρατηγὸν καταστῆσαντες αὐτὸν ἐπέπεσε, καὶ ἐπὶ γλῶσση καὶ ἐπὶ ταλασίῳ. & e. i. ad extremum autem cum eum praetore creassent, data ei potestate pro suo iure terra & mari imperadi, & c.

97. & ipse postulat) Diod. εἰλετο δὲ καὶ στρατηγὸς ἐπὶ τοῖς ἐκείνοις, ὅς ἦτοί τε, Ἀδείμαντιν καὶ Θερασίου κληθῆναι. optauit autem, seu elegit ille & alios praetores, quos voluit. Adimantum, & Thrasybulum. Xenoph. lib. I. de reb. Gr. narrat, cum eo Aristocratem & Adimantum Leucorophidae fil. missos esse, qui electi fuerant, vt terra, seu terrestres essent imperatores.

98. quod apud Cymen) Κύμην πόλιν Αἰολιδῶν περὶ τῆς Λέσβου. Steph. Cyme, seu Cyme, seu Cyma vrbis Aelidis ante Lesbum, sed Diod. eod. lib. narrat Alcibiadem constituisse nauis circum Notium urbem Ioniae: cum quo videtur congruere Xenoph. quāquam paullo post Cymam nauis appulisse Alcibiadem tradit. Plutarchus locum non designat, neque describit. Itaque dicendum est pugnā naualem, quam absente Alcibiade Antiochus eius gubernator, pugnavit cum Lyfandro, ad Cymam non esse commissam.

99. minus excusari) culpa Antiochi gubernatoris, quem veterat Alcibiades se absente praelio decertare. Xenoph. ὀπισθεὶς μὴ ὀπισθεῖν ὄντι τὰς Λυσιστράτου. & Diod. εἰς ἀκαρδίῳ αὐτῶν μὴ ναυμαχίῃ ἕως δὲ αὐτὸς ἀφῆρηται. i. cum vetuisset eum praelium nauale committere donec ipse adesset. Plutarch. ὁ δὲ ἔπιλεψεν δὲ ὀπισθεῖν τῆς ἀνατολῆς, ἀρχαῖος μὲν ἦν ὡς ἀρνήτης, αἰσθητοῦ δὲ ἔμφρονος καὶ φορητὸς, ἔχει δὲ πρὸς ταῦτα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδου μισθὸν αἰὲν ὀπισθεῖσιν οἱ πολέμοι, ἰα ναυμαχίῃ. & c. Antiochus autem relictus nauium curator, & custos, bonus quidem erat gubernator, sed in ceteris excors, stolidus atque ineptus, cui mandatum erat ab Alcibiade, ne, etiā si hostes lacefferent, praelium nauale committeret. De eodem Antiocho Diod. eod. loco, ὁ δὲ ἀντιόχος ὦν τῆ φύσει ἀσχετῆρος, & c. Antiochus cum esset promptus natura, & c. sed, vt dixi, haec pugna naualis, quam ex alijs historicis reuili, non longe à Lesbo ad Notium commissa est, non ad Cymen. ad Cymen autem aliud ab Alcibiade peccatum est, vel quòd eam capere non potuit: vel quòd, cum esset vrbis sociorum, eam oppugnauit. quia de re sic Diod. lib. 13. Ἀλκιβιάδης δὲ ἐπὶ Σάμου μὲν παύσων τῆς νῆων πλοῦσας εἰς Κύμην, ἠυδέεις αἰτίας ἐπερίφη τῶν ναυμαχίας, βουλομένων αὐτῶν μὲν ἀφῆρσαι διαρπάσαι τῶν χωρῶν, καὶ τὸ μὲν ἀφῆρσαι πολλῶν ἀρχιμακῶτων ἄφῆρσαι ἠυδέεις, ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῶν τῶν νῆων ἐπὶ τὰς νῆας. ἐν ἔσοθῃσαντων δὲ τῶν ἐν τῆς πόλεως ναυδημῶν, καὶ ἀφῆρσαι αὐτοῦ ἐδοκίμως, χρεῖσι δὲ ἠυδέεις διεκρετῆρου οἱ ἀφῆρσαι τὸν Ἀλκιβιάδην μὲν δὲ τῶν τῶν ναυμαχίας ἀφῆρσαι πολλῶν τῶν ἐν τῆς πόλεως τῶν χωρῶν, ἠυδέεις αὐτοῦ ἐν Σάμο cum omnibus nauibus in Cumen nauigasset, falsa crimina Cumanis intulit, eo consilio, vt cum aliqua causa probabilis & honesta agrum eorum popularetur & vastaret. ac primum quidem multorum hominum captiurum potitus, eos in nauis abduxit. sed cum subsidio venissent ex vrbe Cuma ciuibus omnibus, qui modò arma ferre possent, eductis, & inopinatò atque improvisò Athenienseis impetum fecissent, aliquādiu Alcibiades cum suis eorum impetum

sustinuerunt, & resisterunt: sed cum multi ad Cumanos & ex vrbe, & ex agro accederent, coacti sunt tandem Athenienses captiuis relictis receptui canere, atque ad naxeis confugere.

100. in inuid.) Xenoph. eod. lib. οἱ δὲ οὐκ ἄθροιστοι, ἐπιδηήσαντες ἠναυμαχία, χαλεπὸς εἶχον τῶν Ἀλικιῶν, & c. i. Athenienses autem, qui domierant, ubi nuntius ad eos pugnae navalis perlatus est, grauiter irati fuerunt Alcibiadi. Plutarch. scribit, Thrasybulum Athenas confestim venisse, & ab eo Alcibiadem multis criminibus accusatum esse. cum quo congruit Diodorus, eo excepto, quod Thrasybulum non nominat, neque tot criminibus insimulatum esse Alcibiadem dicit, sed eum & a Cumis, & a quibusdam militibus accusatum esse tradit: a Cumis, quod urbem sociorum oppugnasset, agrumque vastasset: a militibus, quod Lacedaemoniorum rebus studeret, & quod ei cum Pharnabazo amicitia intercederet.

101. Nihil enim eum non eff.) Xenoph. ibid. οἱ ὁμοῖοι δὲ ἀρῶνται τε καὶ ἀκράτεια ἔπολωσάν τε τὰς ναῦς. i. existimantes eum sua negligentia, & incontinentia nauis perdidisse.

102. a rege) aut ab eius satrape Pharnabazo, cui arguebant eius inimici eum esse amicum. Diod. eod. loco. καὶ καταγρησάτω ἑκκαθησὶν Ἀλικιᾶδου, ὅτι τὸ λακιδαιμόνιον φρονεῖ, καὶ τοῦ Φαρναβάζου ἕχθρα φιλίας. i. & accusarunt Alcibiadem in conuione his criminibus, & quod Lacedaemoniis studeret, & quod Pharnabazo amicus esset.

103. Cymen) non congruit cum Probo Diodorus. nam si Cyme vrbs erat sociorum, eoque nomine accusatus fuerat Alcibiades, quod eam oppugnasset: non eam ab Alcibiade esse captam, sed ab eo esse oppugnatam, molestis ferre debebant Athenienses.

104. Itaque huic m. putamus malo fuisse, & c.) sic legendum, non, vt in libris fere omnibus vulg. imputamus malo causam fuisse, planè ineptè & solacè. sic autem dictum, Alcibiadi malo fuisse, vt illud Casianum, cui bono fuerit: & illa, mihi sul uti fuit. Verres siciliæ calamitati fuit. denique, vt idem planè exemplum afferamus, sic Cicero epist. vltima libri 14. ep. ad Att. Clementiam illi (Casari) malo fuisse: quasi vsus non fuisset, nihil ei tale accidere potuisset. Quod autem ad sententiam attinet, sic ferè Plutarch. εἶσα δὲ, εἰ πῶς ἄλλος, ἂν τῆς αὐτοῦ δόξης καταλιθῶν καὶ ὁ Ἀλικιᾶδης μεγαλήθησεν καὶ πόλις, καὶ σωέσταις γέμουσα ἀφ' ὧν καταγρησάτω, ὅσοι οὐκ αὐτῷ πρὸς ἑαυτῶν, ὡς ἔσπουδαίοντος, ἀπίσταν τῶ μὴ διωκθῆναι παρὲρ ἑαυτοῦ δόξαντα ἴδοντες αὐτὸν διαφυγῆναι. i. videtur autem, si quis alius, & Alcibiades a sua gloria, & ab ea opinione, quam de eo sui ciues habebant, percussus atque afflictus esse. Nam cum magna esset, & audaciæ, atque intelligentiæ plena ex rebus ab eo benè gestis, quod omne eius delictum populo suspectum esset, quasi studium non adhibuisset, faciebant vt esset incredibile eum aliquid non potuisse. si enim operam dedisset, nihil non eum fuisse assecuturum.

105. & alium, immò alios, eosque decem, quorum nomina commemorant Xenophon & Diodorus: Cononem, Diomedontem, Leontem, vt Xenophon, Lysaniam, vt Diod. Periclem, Erasimidem, Aristocrate, Arcestratum, Protomachum, Thrasybulum, Aristogenem.

106. domum reuertit nol.) Diod. αὐτὸς αὐτὸν κατὰ γὰρ φύσιν. id est, se ipse exsulidamnavit.

107. Perinthum) sic legendum, vt rectè coniicit Longolius, constat enim, Alcibiadem post hos casus aduersos se in Thraciam contulisse. Perinthus autè vrbs Thraciæ est. Plin. lib. 43. cap. XI. Ptolem. lib. 3. Stephanus de urbibus. Præterea hanc lectionem confirmat vetustus codex impressus, in quo est Peritam: ex quo factum est ab aliis Pataram. Atqui Patara vrbs est Lyciæ, vt docet Stephanus. Plin. lib. 2. cap. CVII.

108. Bornos) locus est obscurus, mihi quidem ignotus.

109. Byziam) Byzia (inquit Plin. lib. 43. cap. XI.) arx regū Thraciæ. apud Ptolem. sic scriptum est hoc nomen Βιζύον, id est Latine Bizya.

110. Themeonticos) nomen loci mihi ignoti. satis nobis sit loca esse Thraciæ Perintho vicina. Constat autem, Alcibiadem posteaquam cognouit se iterum venisse in odium ciuium suorum, in Thraciam abiisse, ubi bellum intulit Thracibus. iis, qui regum imperio non parebant, vt tradit Plutarch. sic enim ille. καὶ αὐτοῦ γὰρ ζήτους ἐπολέμησε ἄσασθῶντος Ἐραξίνου ἰδία.

111. primus Græciæ in Thr.) locus hic fædè inquinatus erat adiectione vocis alienæ, ciuitates, ex qua nascebatur sententia absurda atque inepta. Nunc autem sententia est & plana, & rei, de qua agitur, accommodata. Primus (inquit) Græciæ, id est primus ex Græcis hominibus, Alcibiades manu coacta, & exercitum comparato in Thraciam ingressus, si quis tamen retinere volet nomen, quod deleni, licet ita legere, primus Græciæ in Thraciæ ciuitates introit. quam lectionem tamen non admodum probò. dixisset enim potius, in vrbeis Thraciæ.

112. cum quibusdam reg. Thr.) cum Medoco & Senth. Diod. lib. 13. καὶ λέγοντες ὅτι Μήδοκος καὶ Σένθης οἱ Ἰσθμίων βασιλεῖς, εἰσὶν αὐτῶν φίλοι. & c. cum diceret Alcibiades Medocum & Senthem Thraciæ reges, sibi esse amicos, & c.

113. neque tamen à car. patr.) quæ vna omnes omnium caritates complexa est. Diod. eodem lib. cum cuperet (inquit) Alcibiades magnum quiddam è re patriæ efficere, vt populum in antiquam erga se beneuolentiam restitueret.

114. Egos fl.) Αἰγὸς ποταμῶν, urbem Helleponti, vt supra diximus.

115. Philocles) sic legendum, non, vt habent libri quidam vulgati, Philodes. sic enim Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. τοῦ δὲ τούτου εἰλοντο Ἀδύμειον τε, καὶ τὸν Φιλοκλέα. id est Cum eo, seu præter eum elegerunt Adimantem, tertium Philoclem. & Diod. lib. 13. ἀδύμειοι μὲν τῶν αἰρετῶν ἦσαν στρατηγῶν, ὅτι τῶν ἡγεμονίων ἐπέχον Φιλοκλέα. ἔ. Athenienses postquam de medio sublati fuerunt prætores, Philoclem classi præfecerunt.

116. neque longè abess.) erat enim Lampfaci, quam urbem paullò antè ceperat. Lampfacus autem distat ab Helleponto, vt ait Xenoph. stadia circiter quindecim: ubi erat Alcibiades, vt supra cognouimus.

117. vt bellum quam diutius, duc.) sic Xenoph. lib. 2. de reb. Græc. & Diod. lib. 13. μὲν δὲ τῶν ὑποπληρόντων τῶν πολέμων κατὰ ἑκάστην ἡμέραν, εἰς ταυμαχίαν ἄσασθῶντος ἑκαταλοῦνται ἐκ αἰτιασθῶντων δὲ τῶν πελοποννησίων οἱ μὲν ἀδύμειοι διηπόρουσιν ὅτι γρηγορησάτω τῶν ἀσασθῶντων, & c. i. Post illa autem Athenienses classem aduersus hosteis educebant.

tes quotidie, ad pugnam naualem eos prouocabant. sed cum Peloponnesij nauis suas non deducerent in aciem, Athenienses quidem, quod se verterent, non habebant, &c. sic fere & Plutarch. in Alcib. Dictum autem bene Latine, & usitate, & venuste ducere bellum: quod idem valet atque producere, & trahere bellum. sic autem saepe loquuntur boni scriptores, M. Tullius, Iul. Caesar, ceteri. M. Tull. epist. 3. lib. 7. epist. ad fam. Suadere institui ut bellum duceret. Cas. lib. 1. de bello Gall. idque oppidum sic natura loci munitur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem.

118. a rege ja Cyro Darij fil. Plutarch. in Lysandro, & Diod. lib. 13. καὶ χεῖρα πα πολλὰ παρέλαβε τοῦς τοῖς ἑσπέρων τῶν δὲ Ἑσπέρων. i. & pecunias multas a Cyro accepit ad alendum exercitum.

119. Atheniensibus exhaustis Diod. & δωάμφοι τὸν πλεῖον χρόνον ἐκείνῳ δὲ παύειν, καὶ δὲ ἄρτι φέρον τὰς δωάμους. i. cum diutius non possent illic commorari, & alere suas copias. Idem paullo post. τὸς περὶ τὸ πῶτον αὐτοῦ δὲ κατὰ τὴν χεῖρα. i. & exercitus frumenti inopia premebatur.

120. nihil erat super) αἰσχροφὴ, nihil supererat, id est nihil erat reliqui.

121. praesente vulgo) παρὸν τὸς πολλοῦς, praesentibus militibus.

122. se coact. Lysandr.) paullo aliter Plutarch. καὶ τοῖς ἀσπῆταισι ἑστὶ δὴ τὸ ἔσχατον πῶτον γινώσκων ἐλεῖν, ὅτι μὴ ἀσπῆταισι οὕτως ἄλλο ἔσχατον ὄλεθρον ἐν ἡμέραις ὡς ἄλλοτε λακεδαίμονιους διαταμαχῆν αὐτοῖς ἀκούσαι, ἢ τὰς ναῖς ἀπολιπῆν. i. & iis, qui eum prosequerantur ab exercitu viris notis dicebat, se, nisi ita contumeliosè acceptus esset à praetoribus, paucis diebus coacturum fuisse Lacedaemonios aut classe configere inuitos, aut nauis relinquere. & Diod. etiam aliter. διὸ ἄρτι αὐτοῖς ἡσίου μεταδοῦναι εἰ αὐτῶν τῶν ἡγεμονίας, ἐπιγελλόμενος, αὐτοῖς δουῖν διαπραξῆν, ἢ ταυμαχῆν τοῖς πολέμοις ἀδελκαῖσιν, ἢ περὶ μὲν ἑσπέρων τοῦς αὐτοῖς διαζονεῖσθαι. i. Quapropter postulabat, ut se in societatem & communionem imperij reciperent, promittens eis duorum alterum, se aut coacturum hosteis classe decertare, aut terra Thracibus sibi adiunctis cum illis conflicturum.

123. Lacedaemonios eò nolle) vel ex hoc loco apparet, hunc scriptorem valde esse inquinatum ab iis, qui sibi plus nimio tribuunt atque indulgent, quique sibi valde docti, atque intelligentes videntur, cum sint pingues atque indocti. putarunt, hoc, quod deinceps sequitur, esse responsonem Atheniensium, quibus cum egerat Alcibiades de communicando secum imperio. iccirco addiderunt de suo, Respondent sed non est ita. Est enim etiam haec Alcibiadis oratio. dicebat enim Alcibiades, ut persuaderet Atheniensibus id, quod cupiebat, Lacedaemonios eò nolle classe configere, quod pedestribus copiis plus, quam nauibus, valerent, &c.

124. sibi autem facile esse) Diod. καὶ λέγοντες αὐτοῖς Ἀλκιβιάδου, ὅτι Μίνδοκος καὶ Σάβδης οἱ θράκων βασιλεῖς εἰσὶν αὐτῶν φίλοι, καὶ διωκόμενοι πολλὰ ὀμολογῶντες δαῖσιν, εἰ αὐτοῖς πῶτον διαπραγμαῖν τοῖς λακεδαίμονιους, &c. i. Cum autem Alcibiades diceret eis, Medocum & Seuthem Thraciae reges sibi amicos esse, & magnum exercitum sibi esse pollicitos, si cum Lacedaemoniis bellum gerere vellet, &c. Plutarch. εἰδόμεναι δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῦ εἶναι, τοῖς δὲ εἰκότα λέγειν, εἰ θράκας ἐκ γῆς ἐπαγαγόντων πολλοῖς, ἀνὰ πῶτον καὶ ἰταῖς, τοῖς ἐμάχου, καὶ δὲ παρὰ τὸν περὶ τὸ ἔσχατον πῶτον αὐτῶν. i. Videbatur autem aliis arro-

ganter

ganter de se predicare, aliis probabilia dicere, si Thracibus multis à terra immisissis, iaculatoribus & equitibus, in Lacedaemonios impetum faceret, & eorum copias perturbaret.

125. Seuthem) sic legendum ex Xenoph. Plutarcho, Diodoro, non ut vulgò, Scotym, aut Seueem.

126. bellum comp.) sic loquitur noster Probus & in Hamilcare, & in Annibale. Sic & Pollio ad Cicer. lib. 10. tanquam nihil peius timerent, quam ne sine maximo reip. detrimento bellum componeretur.

127. Philocles) Xenoph. tradit, praetores, & maximè Tydeum, ac Menandri, iussisse eum abire: se enim, non illum, exercitui praesse. Sic Xenoph. οἱ δὲ ἔσχατοι, μάλα δὲ Τυδείῳ, καὶ Μενάνδρῳ, ἀπένειαι αὐτῶν ἐκέλευσαν. Plutarch. οὐ τοσοῦτον οἱ ἔσχατοι, Τυδείῳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκέλευσαν ἀποχωρεῖν. i. non audierunt Alcibiadem praetores: quin Tydeus contumeliosè verbis acceptū abscedere eum iussit. Diodorus, & χεῖρα αὐτῶν ἐκέλευσαν ἀπένειαι, καὶ μὴ πῶτον ἀσπῆταισι τὸ ἔσχατον πῶτον. i. eum celeriter iusserunt abire, neque amplius ad exercitum propè accedere.

128. quod sentiebat, se, Alc.) sic Diod. οἱ δὲ ἑστὶ ἀδελφῶν ἔσχατοι νομίματα καὶ ἐλαττωμέναι εἰσὶν αὐτοῖς πῶτον μὴ πῶτον ἀπολοῦσθαι, & ἡ ἐπιπύματα τοσοῦτον ἀπῆταις Ἀλκιβιάδου, & χεῖρα αὐτῶν ἐκέλευσαν ἀπένειαι, &c. i. Atheniensium autem praetores rati, siquid aduersi accideret, eius culpam in se collatum iri: siquid, secundi euenisset, id omneis Alcibiadi attributuros, eum celeriter iusserunt abire.

129. contra ea) sic solet loqui Probus: exempli causa, in praefatione, contra ea, pleraque nostris moribus sunt decora, &c. In Agesilao. Contra ea Tissaphernes nihil aliud, quam bellum comparauit. & item alibi.

130. illud moneo iuxta hosteis) Plutarch. & Probus hoc inter se hinc differunt, quod, quae apud Probum priore loco ponuntur, de communicatione imperij, & de amicitia, & auxilio regum Thraciae, deque promissis Alcibiadis: haec posteriore loco apud Plutarch. scribuntur: quae apud Probum posteriore loco sunt, de mutanda statione nauium, ea apud Plutarch. priore loco locata sunt. Xenophon autem lib. 2. de reb. Gr. nullum de postulatis Alcibiadis, ut imperij esset particeps, nullum de magnificis eius promissis verbum facit. hoc tantum tradit, quod nunc refert Probus, his verbis. Ἀλκιβιάδης δὲ κατὰ τὸν πῶτον τοῖς μὲν ἀδελφοῖς ἐν ἀγίαλας ὄρμουσι, καὶ τοῖς οὐδέ μιν αὐτῶν. & ἡ ἐπιπύματα ἐκ Σηστοῦ μετόπισθεν πεντηκῆσθαι κατὰ τὸν πῶτον τοῖς ἄλλοις ἐν λιμένι, καὶ τοῖς πῶτον ἔχουσι πάντα ἐν ἐκεῖναι, ἐφῆ, αὐτοῖς ὄρμουσι, ἀλλὰ μετόπισθεν εἰς Σηστον παρῆναι τοῖς τε λιμένι, καὶ τοῖς πῶτον, ὅστις ταυμαχῆσθαι, ἐφῆ, εἰ αὐτοῖς βούλησθαι. i. Alcibiades autem cum ex muris & locis munitis, in quibus erat, prospexisset, Athenienses quidem in littore nauis suas constituisse, nulla vrbe propinqua, ita ut res necessarias ex Sesto longè à nauibus quindecim stadia peterent: hosteis verò in portu, & iuxta vrbem, rebus omnibus abundantibus: negavit eos commodo, aut idoneo loco nauis suas habere collocatas: & statione mutata ut ad Sestum nauis constituerent, in portu, & iuxta vrbem, suadebat, ubi cum eritis, classe confligetis, cum voletis, inquit. Plutarch. εἰδόμεναι τοῖς ἔσχατοι, ὅτι κακῶς ὄρμουσιν ἐν χωρείαις ἀγίαλοις, καὶ πῶτον ἐν ἐχέουσι, ἀλλὰ πῶτον ἐν Σηστοῦ ἐπιπύματα λαμβάνουσι, καὶ τοσοῦτον τὸ ναυπηγῶν ὅταν ἐπὶ τῆς γῆς ἔχουσι, πῶ-

P

ναυαρχον, ὅτι τις ἕλπει ἢ διασπειροῦν, αὐτοφορμωῶντες αὐτοῖς τὸλον πρὸς ἐπιταγμα-
 τὰρχων εἰρησμεῖον σωπῆ πάντα ποιεῖν. ὧν τὰ δὲ λέγοντες τῷ Ἀλκιβιάδου καὶ παρανομι-
 τας εἰς Σηεῖν μεθορμισαὶ τὸν τὸλον, ἢ πρὸς ἄλλοις ἰ. docebat. praetores Alcibia-
 des, eos incommode nauaeis constitutas habere, nempe in locis portu carentibus,
 neque urbem propinquam habere, sed longè à nauibus ex seſto res necessarias
 petentis sinere milites naualeis & classiarios, ubi in terram egressi fuerint, vaga-
 ri quocumque quis voluerit, & dissipari, praesertim classe aduersaria eis immi-
 nente, & contrariam stationem obtinente, quae ad vnius imperatoris iussum ac-
 nutum tacite omnia facere consueuerit. Cùm hæc diceret Alcibiades, & suade-
 ret, vt classẽ in aliam stationem transferrent, non attendebant praetores, neque
 obtemperabant.

131. immodestia ἀπαξία, licentia. sic supra in Lysandro. sed hæc immodestia
 militum nascebatur ex negligentia ducum, vt ibidem non obscure significauimus
 ex Aristide Sophista.

132. neque ea res illum fef.) sic Plutarch. sed pluribus verbis: ὅτι ἑὸν τὰς ἀ-
 μάρτας ἢ ἀδω αἰὼν ὀρθῶς σωθεῖτε, & ἄλλοι ἰμφορησιν, i. peccata autem Athe-
 niensium Alcibiadem non latuisse, cito res ipsa testata est.

133. per speculatores) paullo aliter Xenoph. lib. 2. tradit enim iussisse Lysandrum,
 suorum aliquot, statim vt vidissent Athenienses, suo more pronocanteis ad pu-
 gnã, & ad stationem suam reuertenteis, quod ipse eis obuiam non iret, neque
 faceret pugnae copiam, è longinquo subsequi, & cum primum animaduertissent,
 eos (quod in dies maiore fiducia & securitate facere solebant) è nauì egressos &
 dispersos, & cibaria ementeis, & suam cunctationem contemniteis, quod eis
 obuiam non iret, ad se reuerti, & in medio cursu casidem attollere: illos autem,
 quod imperatum erat, diligenter fecisse: tum Lysandrum omnibus signum nauì-
 gandi dedisse, & ita Athenienseis dispersos, & imparatos oppressisse. Diod. lib.
 13. narrat, Philoclem, qui eo die imperabat, triremeis triginta instruxisse, ceteris
 imperasse, vt reliquas nauaeis iusto militũ & remigum numero implerent atque
 ornarent: se antecessurum, & hosteis ad pugnam elicere conaturum: ipsi, cùm re-
 liquas nauaeis instruxissent, sequerentur. quod cùm Lysander à quibusdam trans-
 fugis cognouisset, confestim in Philoclem impetum fecisse, eumque in fugam ver-
 tisse, & incidisse in reliquas nauaeis imparatas, & nondum instructas.

134. tempus) καιρὸς, occasionem.

135. deleuit) confecit. omnes enim nauae in Lysandri potestatem venerunt, no-
 uem, aut decem exceptis: Philocles & Adimantus imperatores viui capti sunt:
 quorum Philocles à Lysandro supplicio affectus est, quod decreuisset Athenis, vt
 omnibus hostibus, qui in bello caperentur, pollex manus dexterae praecideretur,
 quo hastam ferre non possent, remigare possent, quemadmodum narrat Plutarch.
 in Lysand. & Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. quamquam Xenophon vt tota dextera
 manus bello captis praecideretur, ab Athenienseis. decretum fuisse scribit. Hic
 idem Philocles, vt refert Xenoph. Corinthios aliquot & Andrios bello captos è
 saxo deiecerat.

136. penitus in Thraciam) Plutarch. eum in Bithyniam profectum esse tradit:

ibique à Thracibus, qui illic erant, compilatum & spoliatum. Bithyniae autem
 partem Thracæ incolabant. Xenoph. lib. 3. ἐλλω. ἐλθὼν ὁ Δερωννίδης εἰς τὴν Βιθυ-
 νίαν ἐξέκρη.

137. pen. abdidit) significanter & proprie, penitus abdidit, quasi in intimam
 Thraciam abdidit.

138. insidias ei fecer.) sic loquitur boni scriptores. Cicero proæmio actionis pri-
 mae in Verrem. istius insidiae nefariae, quas vno tempore mihi, vobis, M. Glabrio-
 ni praetori, sociis, exteris nationibus, & cet. facere conatur.

139. Lacedaemoniorum) qui terrae & maris imperium obtinebant. Plutarch.
 ὁ ἐβουλότο ἀρχορτας γῆς ἢ θαλάσσης Λακεδαιμονίου.

140. in Asiam) in Phrygiam, in qua erat Pharnabazus: quo adiutore & inter-
 prete sperabat fore, vt sibi ad Artaxerxem aditus pateret.

141. quem quidem adeo) Plutarch. καὶ σὺν δῖνῳ δεξαμένῳ ἀμαρῆ, ἡμφοῖδος. i. &
 vna cum eo vitam degebat, cùm & eum coleret, & ab eo vicissim coleretur, at-
 que honore afficeretur.

142. Grunium) sic legendum, non vt habent libri quidam vulgati, Grimium:
 quamquam licet etiam Grunium legere, vt est in exemplis Basileensib. & idem
 valet. commemorat hunc locum & Xenoph. lib. 3. ἰλλ. non longè à principio. ἔχον-
 τες ὁ μὲ Γαμβύριον ἢ Παλαγὰ γαμβύριον· ὁ δὲ Μυρίαυ ἢ Γρωῖον. δῶρον δὲ ἢ ἀπὸ τοῦ αἰπλῆς
 ἦσαν ἄλλο βασιλῆος, & c. i. cùm alter quidem haberet Gambrium & Palægam-
 brium: alter vero Murnam & Grunium, seu Grynium. fuerant autem hæc vrbes
 à rege dono datæ Gongylo.

143. quinquag. tal. veēt.) sic loquitur in Conone. pecunie L. talenta, & c. & in
 Phocione. Munera magna pecunie.

144. Qua fort. Alcib. non erat cont.) hoc fere idem Plutarch. in Alcib. sed ex
 persona populi. facit enim populum cùm deplorantem fortunas suas, & com-
 memorantem atque enumerantem peccata sua, in quibus primo loco ponentè secun-
 dam suam in Alcibiadem iracundiam ac seuitiam: tum sperantem se ex his malis
 emerfurum, si reuertatur Alcibiades. nam neque antea cùm exsuleret, otiosa &
 quieta vita contentum fuisse, neque nunc passurum, etiam si eius rationibus satis
 bene consultum sit, vt & Lacedaemonij superbè ac contumeliosè Athenienseis
 insultent, & triginta tyranni impue in ciueis diutius perbacchentur.

145. rege Pers.) Artaxerxe, Darij filio.

146. neque dubit. se facile conf.) more suo dixit Probus, pro neque dubitabat
 quin id facile consecuturus esset.

147. Cyrum fr.) Cyrum minorem, Darij & Parysatidis fil. qui cùm in praelio
 fratrem Artaxerxem grauiter vulnerasset, ipse dum pugnae successu elatus incau-
 tius in hosteis fertur, a quodam ignobili Persa percussus cecidit. Xenoph. lib. 1. &
 126. Diod. lib. 12.

148. Lacedaemoniis) quorum dux erat Clearchus.

149. mitteretur) quidam legendum putant, admitteretur.

150. Critias) vnus ex XXX. tyrannis, de quo Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. & Pla-
 tarch. in Lys. vt mox referemus.

151. certos homines ad Lys.) sed Plutarchus tradit, non ante adductum esse Eysandrum, ut Alcibiadem de medio tollendum curaret, quam id nominatim ab Ephoris ei mandatum esset, siue quod ingenium viri ad res magnas suscipiendas promptum, atque expeditum extimescerent, siue quod Agidi gratum facere vellent. Idem ibid. paullo ante scribit, non esse mirum, si populus ea, quæ supra retuli, somniabat, cum triginta tyrannis veniret in mentem, non esse negligendum quid ageret Alcibiades, et quid cogitaret: quin Critiam tandem docuisse Lysandrum, Atheniensibus nullum iam populi politicæ vestigium retinentibus, sed paucorum imperio parentibus, licere Lacedæmonius tuto Græciæ principatum obtinere. verum Alcibiadem, quandiu viueret, tamen si Athenienses satis faciles se præberent ad paucorum potentiam ferendam, non passurum eos in hoc statu quietos permanere. Quibus consentanea sunt illa, quæ sunt apud Isocrat. oratione *ἀδελφῶν*. οὐδὲ λαικῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἐπισημοῦν ἐκείνοι κλειῶναι, καὶ τῶν ἡμετέρων καὶ παλαιῶν δῶλῶν, οὐδὲ μὲν ἡγεμόνων πῖσι δέξαι ἄλλο τῆς πόλεως, εἰ τὰ πῆρ καὶ παλαιῶν, εἰ μὴ καὶ πῖ ἀιῶσιν δῶλῶν ἀπολεσῶν. Nonne Lacedæmonij et Lysander eque studuerunt illum interficere, et potentiam nostram euertere, existimantes nihil à ciuitate sibi dari ausferi posse, quare credere et confidere deberent, ea, quæ fecissent, rata futura, etiam si muros eius diruissent, nisi etiam cum, qui hos de integro excitare possent, necarent?

152. agendum cum Pharnab.) cum Pharnab. vel coram, vel per litteras, et nuntios colloquendum.

153. societatem) quam exponit Thucyd. lib. 8. ibi. *ὅτι τῶν δὲ Συμμαχῶν ἐπιπέσειν*, et c.

154. fœderaque irrita f.) quæ commemorat etiam Thucyd. eod. lib. ibi: *ἔωσθη καὶ λαϊκῶν μόνων καὶ τῶν ἄλλων ἐπισημοῦν ἐκείνοι κλειῶναι, καὶ τῶν ἡμετέρων καὶ παλαιῶν δῶλῶν, οὐδὲ μὲν ἡγεμόνων πῖσι δέξαι ἄλλο τῆς πόλεως, εἰ τὰ πῆρ καὶ παλαιῶν, εἰ μὴ καὶ πῖ ἀιῶσιν δῶλῶν ἀπολεσῶν*. Conuentiones, Lacedæmoniorum, et sociorum cum rege Dario, et filijs Regis, et Tissapherne, fœdera et amicitiam esse, his legibus, et c. Hunc locum autem mirè contaminatum in libris omnib. vulgatis ordinis verborum perturbatione, partim coniectura ductus, partim ex vestigijs antiquæ scripturæ, perpurgavi.

155. Non tulit hoc satr.) Diod. lib. 14. de morte Alcibiadis duplicem affert historiam: unam breuem et nudam: Pharnabazum Darij satrapen, ut gratiam intreret à Lacedæmonijs, comprehensum Alcibiadem Atheniensem occidisse. *Φαρναβάζου*, inquit ille, *Δαριῶντος ἀπὸς, Ἀλκιβιάδου πρὸς ἀδελφῶν ἐπισημοῦν ἀεὶ ἐλεγε*. Alteram longiorem, et suarum causarum expositione ornata atque illustrata: cuius auctorem Ephorum scribit, quæ est huiusmodi: Alcibiadem cum cognouisset, Cyrum de bello fratri inferendo cogitare, venisse ad Pharnabazum, ab eoque petiuisse, ut sibi omnium primo liceret eo adiuvante, et aditum ad regem patefaciente, Cyri consilium regi Artaxerxi enuntiare: Pharnabazum Alcibiadi hoc inuidisse, et quod ab Alcibiade acceperat, sibi vendicantem, fidios homines ad regem misisse, qui Cyri cogitata ei significarēt: Alcibiadem à Pharnabazo repulsam passum, ad Paphlagoniæ satrapam se contulisse, ut, quod sibi negarat Pharnabazus, ab eo impetraret: Pharnabazum hoc

comperio, certos homines, qui eum in itinere interficerent, misisse, et c.

156. Susamithrem et Bagoam) ex Plutarcho didicimus, Susamithrem Pharnabazi patrum: Magaum, fratrem fuisse.

157. Misi, ij, qui misi fuerant à Pharnabazo.

158. vicinitali) Plutarch. et Diod. *κῆρυξ*. sic et M. Tull. et superauit nomen vicinitalis. Hanc vicinitalem, seu hunc vicum, Melissam scribit esse appellatum Athen. lib. 13.

159. cum ferro aggr.) libri quidam ver. habent, cum securo aggr. quæ scriptura quomodo ferri possit, aut quid sibi velit, non video, nisi dicamus, securò positum pro securè: ut arcanò, dicebant veteres pro arcanè, et tutò, pro tutè, et manifestò pro manifestè, et similia. Plutarch. *ἐν τῷ μυστικῷ εἰσὶν*. i. non ausi sunt ingredi domum, in qua erat.

160. ligna contul.) sic Plutarch. et maxime Diod. *κλιθεὶς ἐπὶ τῶν ἔργων πῆρ*. i. noctu circumdedisse domui, seu tabernaculo, in quo quiescebat, lignorū copiam.

161. circa domum stramineam) Plutarch. *ἀνὰ* dicit. i. domum. iccirco nos, domum, edendum curauimus. Quod autem Samineam quidam volunt oppidum fuisse, ratio et sententia reclamant. nam locum, in quo quiescebat, urbem fuisse dicere, ridiculum est: neque quisquam dici conuenienter potest in vrbe quiescere, potius, quam in domo, aut deuersorio. licet etiam legere, casam stramineam, idque doctis quibusdam placet. Quod autem stramineam pro Samineam reposuimus, id et alios secuti, et probabili coniectura ducti fecimus. Nam cum Alcibiades propter metum Pharnabazi et barbarorum, itineribus deuiis iter facere cogere-tur, per montes scilicet et siluas, in quibus deuersoria non erant, ut declarat et Aristoteles lib. VI. de histor. animal. cap. 29. qui scribit, Alcibiadè in monte Phrygiæ Elaphoente mortuum esse: verisimile est eum in casa aliqua straminea, aut tabernaculo stramineo quiescisse, ibique ab insidiatoribus oppressum esse. Putaui aliquando etiam legi posse, scenam stramineam. Suidas enim locum, quem incenderunt barbari, *σκηνῶν* vocat. *οἱ δὲ δουρτοὶ ἐπέσαντες σκηνῶν ὀφθαλμοῖς*. i. percussores autem, seu satellites aggressi scenam succenderunt. Et Diodor. eodem libro, sic hanc rem describit: *τοῖς δὲ καταλαβόντες ἐν τῷ κρημνῷ φρυγίας κατισλευσέντα*, et c. id est, illos autem occupato et oppresso Alcibiade in vico quodam Phrygiæ in tabernaculo deuersantem, seu quiescentem, noctu lignorū copiam circumposuisse, et c.

162. quem manu sup.) Nam, ut Plutarch. tradit, nemo ei obistere, nemo cum eo pedem conferre ausus est. Suprà autem proximè quidam libri habet, *κόψικεττον*.

163. subalare) quod ille sub alis gestare consueuerat. Videtur autem legendum suprà, quemadmodum edendum curauimus, quod gladius ei erat sub ductus, nò, ut in omnib. libris vulgatis, et si gladius ei erat sub ductus. nò enim telum familiari suo subalare ademisset, nisi ei suus sub ductus esset, neque mirum est Alcibiadem telum familiari suo ademisset, si gladius ei suus fuerat sub ductus. Aut igitur sic legendum, ut edidimus, aut dicendum aliud mendum subesse.

164. et id. quod in presentia) sic Plutarch. *ἡ ἡμεῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν νεωτέρων σιμωχῶν ἐπιπέσειν τῶν περὶ*. i. vestimenta et stragula plurima congesta in ignem coniecit.

165. eiectis) malim iniectis, seu coniectis: vel dic Alcibiadem e casa, seu tabernaculo, in quo deuersabatur, & quiescebat, vestimenta ei ei cisse, & ita vim flammæ transisse.

166. flammæ vim) sic habent multa vulgata exempla. alia, flammæ viam: quod minus probo.

167. telis missis interf.) sic Plutarch. δις ἄνωθεν περὶ Ἐλευθερίου τοῦ ἐξ Ἰωνίου. i. sed longè distantes eum iaculis & sagittis petiuerunt. Diod. aliter, κρατὶ δὲ τῶν τῆς πυρὸς, καὶ εἰς αὐτὸν ἀκονιζόντων, πελοπόνησεν. i. Alcibiadem autem ab igni, & ab iis, qui iacula in eum coniciebant, superatum, animam effluisse.

168. At mulier) Timandra, vt tradit Plutarch. cuius filiam fuisse Laïdem Corinthiam dicunt: quod confirmat Athen. lib. 12. eo loco, quo loco dicit, Alcibiadem, dum pretor, aut imperator esset, secum semper circumducere solitū & hanc Timandram, & Theodoram, puellam Atticam. Sed idem Athen. lib. 13. primum tradit, Alcibiadem sepultum, & crematum in Melissa Phrygiæ vico, non à Timandra, sed à Theodora Attica: deinde scribit, alteram illam puellam Corinthiam, non Timandram, sed Damasandram esse nominatam: additque se Alcibiadis sepulcrum vidisse, cum in urbē principē & regiam Phrygiæ Synadam iter haberet.

169. muliebri sua veste) Plutarch. καὶ τῆς αὐτῆς ἀδικαλοῦσα, καὶ ἀδικαλοῦσα χρωστικῶς, ἐκ τῆς παρόντων ἐκείνου λαμπερῆς καὶ φιλοπόμου. i. & eum suis amiculis & palliis inuolutum & contectum, pro ea, quæ suppetebat, copia, funus ei fecit splendidum atque honorificum. Solebant enim veteres cadauera veste tegere, & ita cremare, & honore sepulture afficere, sic Antonius Brutum etiam hostem mortuum repertum chlamyde purpurea valde pretiosa contexit, & libertum quendam suum, cui mandauerat vt eum sepeliret, quod id neglexisset, chlamydēque sustulisset, interfecit. Non erit àre alienum somnium, quod ei paullo antè quàm interiret, dormienti obiectum est, ascribere ex Cicerone lib. 2. de Diuinat. quod & à Plutarcho, & à Suida, & ab aliis relatum est. Sic igitur Cicero. Qui (Alcibiades) paullo ante interitum visus est in somnis, amicæ esse amictus amiculo. is cum esset proiectus inhumatus, ab omnibus desertus iaceret: amica eius corpus textit suo pallio.

170. cremasit) combustit. lege M. Tullium lib. 1. Tuscul. quæst. de variis sepulture generibus.

171. à plerisque infam.) lege hac de re Athen. lib. 12. infamatum autem, participium est à verbo infamari vsitato non malis scriptoribus.

172. duo maledicentis.) Theopompum Isocratis discipulum, acerrimo ingenio fuisse testatur M. Tullius in Bruto: Ephorum lenissimo: ex quo credibile est illum talem fuisse, qualem dicit Probus: de Timæo vel ex Suida licet cognoscere, eum amarum & acerbum fuisse aliorum accusatorem.

173. splendidissima ciuitate) has voces inculcatas semper existimaui, quod & aliis videri video. Quid si tamen ita legamus? Cum Athenis natus esset, splendidissimam ciuitatem splendore ac dignitate vitæ, & c. delectis his aliis duabus vocibus, omneis Atheniensis.

174. equiparare) equare. sic Virgil. Daphn. Nec calamis solum equiparas, sed

voce magistrum. De hac Alcibiadis natura sequaci, ingenioque versatili & flexibili, ad omnium gentium, hominumque mores, supra diximus.

175. magis firm. corp.) sunt enim pingues & valentes Thebani. Cic. de Fato. Horat. epist. lib. 2. Bæotum in crasso iurares aëre natum. ad quem locum nos sat multa.

176. acumini) Cic. Tuscul. quæst. 1. Vbi est acumen tuum? Idem lib. 1. de oratore ad Q. fr. acumen dialecticorum.

177. in patient.) Horat. lib. 1. od. 7. Me nec tam patiens Lacedæmon, & c.

178. homines vinolētos) Horat. od. 27. lib. 1. Natis in vsūm lætitiæ scyphis Pugnare Thracum est. Idem eod. lib. oda 36. Bassum Threicia vincat amysside.

179. fortiter venari) Xenophon lib. 1. Κύρου παρὰ. non longè à principio.

180. luxuriosè viuere) Horat. od. vlt. lib. 1. Persicos odi, puer, apparatus. de Persarum luxuria lege Ktēh. lib. 12.

181. poneretur) statueretur, numeraretur. sic supra in proœmio. quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur.

182. carissimus) Quidam legi volunt, clarissimus. ego nihil muto.

THRASYBVLVS.

Thrasylbulus¹ Lyci filius Atheniensis. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito an hunc primum omnium ponam. illi sine dubio neminem præfero fide, constantia, magnitudine animi, in patriam amore. nam quod multi voluerunt, pauci potuerunt, ab vno tyranno patriam liberare, huic contigit, vt à² triginta oppressam tyrannis ex seruitute in libertatem vindicaret. Sed nescio quo modo, cum eum nemo antequam his virtutibus, multi nobilitate³ præcurrerunt. Primum Peloponnesio bello⁴ multa hic sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc: quæ ille vniuersa⁵ naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna, quod in⁶ prælii concursu⁷ abit res consilio⁸ ad vires, vimque pugnantium. Itaque iure suo nonnulla ab imperatore miles plurima verò fortuna vindicat, seque hic plus valuisse, quàm ducis prudentiam, verè potest prædicare. Quare illud¹⁰ magnificentissimum factū, proprium est Thrasylbuli. nam cum¹¹ triginta

ta tyranni prepositi à Lacedæmonis, seruitute oppressas tenerent Athenas,¹² plurimos ciueis, quibus in bello¹³ pepercerat fortuna, partim patria expulissent, partim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se diuisissent: non solum¹⁴ princeps, sed & solus initio bellum his indixit. Hic enim cum¹⁵ Phylon confugisset, quod est castellum in Attica munitissimum, non plus habuit secum,¹⁶ quam triginta de suis. Hoc initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarissimæ ciuitatis.¹⁷ Neque verò hic ~~non~~ contemptus est primò à tyrannis, ~~neque~~ eius solitudo, quæ quidem res & illis contemnentibus, perniciosi, & huic despecto, saluti fuit. hæc enim illos ad persequendum¹⁸ segneis, hos autem tempore ad comparandum dato fecit robustiores. Quo magis præceptum illud omnium in animis esse debet,¹⁹ **NIHIL IN BELLO OPORTERE CONTEMNI,** nec sine causa dici, **MATREM²⁰ TIMIDI FLERE NON SOLERE.** Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctæ sunt²¹ opes, nam²² iam tum illis temporibus fortius²³ boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant. Hinc²⁴ in Piræum transit, ²⁵ Munychiamque muniuit. Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti, ab eaque turpiter repulsi, protinus in urbem armis,²⁶ impedimentisq; amissis refugerunt. Vfus est Thrasybulus non minus²⁷ prudentia, quam fortitudine. nam cedenteis violari vetuit. ciueis enim ciuibus parcere æquum censebat.²⁸ neq; quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit.²⁹ neminem iacentem veste spoliauit, nil attigit, nisi arma, quorum indigebat, &³⁰ quæ ad victum pertinebant. In secundo³¹ proelio cecidit Critias, dux tyrannorum, cum quidem aduersus Thrasybulum fortissimè pugnaret. Hoc³² deiecto Pausanias uenit

Atticis

Atticis auxilio, rex Lacedæmoniorum. Is inter Thrasybulum, & eos, qui urbem tenebant, fecit³³ pacem his³⁴ conditionibus, ne qui, præter triginta tyrannos, & decem, qui postea prætores creati, superioris more crudelitatis erant visi, afficerentur exsilio, nè ue cuiusquam bona publicarentur:³⁵ rei publicæ procuratio populo redderetur. Praclarum hoc quoque Thrasybuli, quod reconciliata pace cum plurimum in ciuitate posset, legem tulit,³⁶ ne quis ante actarum rerum accusaretur, nè ue multaretur: eamque illi legem obliuionis appellarunt, neque verò hanc tantum ferendam curauit, sed etiam,³⁷ ut valeret, effecit. nam cum quidam ex iis, qui simul cum eo in exsilio fuerant, eadem facere eorum uellent, cum quibus in gratiam reditum erat, publice prohibuit: & id, quod pollicitus erat, præstitit. Huic pro tantis meritis³⁸ honoris ergò corona à populo data est, facta è duabus virgulis oleaginis: quæ, quod amor ciuium, non uis,³⁹ expresserat, nullam habuit inuidiam,⁴⁰ magnæq; fuit gloriæ. Benè ergo Pittacus ille, qui septem sapientum numero est habitus,⁴¹ cum ei Mitylenæi multa millia iugerum agri muneri darent, nolite (rogo uos) inquit, mihi dare, quod multi inuideant, plures etiam concupiscant. quare ex istis nolo amplius, quam centum iugera, quæ & meam⁴² animi æquitatem, & uestram voluntatem indicent. nam parua munera, diutina: locupletia, non⁴³ propria esse consueuerunt. Illa igitur corona contentus Thrasybulus, neque amplius requisit, neque quemquam honore se antecessisse existimauit. Hic sequenti tempore cum prætor classem⁴⁴ ad Ciliciam appulisset, neque satis diligenter in castris eius agerentur uigiliae,⁴⁵ à barbaris ex oppido, noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.

2

Thrasybulus) Diod. lib. 14. ο Τυραϊς ονομαζόμενος. i. qui Tyrius nominabatur.
 2. à triginta) à quibus ipse in exsilium pulsus fuerat. Diod. ibid.
 3. præcurrerunt) id est superarunt, præuenterunt. sic Græci παρῆλθον. Demosth. περὶ τῶν ἄλλων, non longe à principio. exempla Germanica editionis Basileensis, & Colonienfis habent, præcurrerunt.
 4. multa hic sine Alcib.) quæ Xenoph. lib. I. de reb. Gr. & Diod. lib. 13. narrant.
 5. naturali quodam bono) ὁμοίᾳ. M. Tull. pro Cælio. Qua in ætate nisi qui se ipse sua grauitate, & castimonia, & cum disciplina domestica, tum etiam naturali quodam bono defenderet, &c.
 6. in prælij concursu) Horat. sat. I. lib. I. quid enim? concurritur, hoc à Memento aut cita mors venit, aut victoria leta.
 7. abit res consil.) id est abit res à consilio. sic infra in Timotheo. omneis que eas gentis, quæ mare illud adiacent.
 8. ad uireis, vimque) locus suspectus. ego legendum putabam, ad uireis, virtutemque pugnantium, id est militum. Nam etiam militum virtutem dicunt scriptores. M. Cic. pro M. Marcello, Militum virtus, locorum opportunitas, &c. Cæsar de bello Gallico lib. 2. non admodum longè ab extr. Milites non longiore oratione est cohortatus, quàm ut suæ pristinae virtutis memoriam retinerent, &c. eod. lib. infra. Tantam virtutem præstiterunt, &c. Idem lib. 7. Militum virtus singularis. Sed Claudius Puteanus Clementis fil. iuuenis bonarum artium ac litterarum studio in primis deditus, valdeque ingeniosus atque eruditus, & quæ virtutes raro in tali ætate reperiuntur, egregiè cordatus, continens, temperans ac modestus, existimat legendum, leui immutatione facta, ad vices, vimque pugn. ut vim intelligamus esse interpretationem nominis vices. Posteaquam enim imperator munere suo functus est, hoc est arte & consilio rem militarem & bellicam gubernauit, vices militis sunt fortiter pugnare. vices autem, hoc est parteis, munus.
 9. itaque iure suo) Hunc locum in aliis libris omnibus (qui ferè sic habent, plurima verò à fortuna vindicat, seque his plus valuisse, quàm ducis prudentia, vere p. prædic.) contaminatum, præclare (præfiscini præfatus dixerim) in suum nitorem restitui, primum deletò à, deinde mutato, his, in hic. hic autem videlicet, in prælij concursu. Nam quòd, prudentiâ, edidi, reperi ita impressum in editione Colonienfi. pro quo tamè, ut dixi, alij ferè omnes libri vulg. habet, prudentia. vnus, ne quid dissimulem, manet scrupulus. mouet enim me omnium librorum consensus in prouocabulo, his: facitque ut suspicer hoc totum, ducis prudentia, siue, ut edidi, prudentiam, esse subditum: & eo detractò, sic hunc locum esse legendum. Itaque iure suo nonnulla ab imp. mil. plur. verò fort. vindicat: seque his plus valuisse verè potest prædicare. his autem, nempe imperatore, & milite. Alioqui si quis contendat, ducis prudentiam, esse retinendum, ut verum & germanum, cur non addidit Probus, & vim, seu virtutem militum? Ut sic legatur, seque hic plus valuisse, quàm virtutem militum, & ducis prudentiam vere potest prædicare. nam ratio & veritas hanc sententiam postulant. Sunt enim tria, fortuna, impera-

tor, seu imperatoris consilium, milites, seu militum virtus. Hoc igitur videtur vel-
 le, aut debere dicere Probus. Quamuis in bello multum valeat imperatoris consi-
 lium, tamen in prælio tota res abit à consilio imperatoris, & ad uireis ac lacertos
 militum transfertur, sed plurima ab imperatore, & milite fortuna vindicat, se-
 que his plus valuisse verè potest gloriari. Sic igitur legi vellem, si libri veteres ad-
 iuuent. plurima verò à milite & imperatore fortuna vindicat, seque his plus
 val. verè pot. prædic. Consideret igitur hunc locum attentè lector. editio nostra
 tamen, tolerabilis, & probabilissima est. Videtur autè Probus locum illum Cicer.
 æmulatus esse in orat. pro M. Marcello. Nam bellicas laudes solent quidam exte-
 nuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum militibus, ne propria
 sint imperatorum. Et certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia
 sociorum, classes, comæatus multum adiuuat. maximam verò partem quasi suo
 iure fortuna sibi vindicat, & quicquid est prosperè gestum, id piene omne ducit
 suum. Sic ferè Isocr. Archid. εἰς δὲ τῶν πολέων κακίαι κατὰ φαιείας ἔχῃ ἢ πῶς ἐν τοῖς τοῖς-
 ποῖς βουλοῦμαι, ἢ τοῖς ἐν τῶν πλεῖστων κινδύοις τῶν μὲν γὰρ ἐκεί γυνομένων τὸ πλεῖστον μά-
 ρος τῆ πύρῃ μὲν πῶς. τῶν δὲ ἐν δαδὲ γινώσκων αὐτῆς τῆς ἀγνωσίας σημιῶν ὄντων. i. declaran-
 tur, & patescunt ciuitatum vitia non minus in talibus consultationibus, quàm in
 belli periculis, eorum enim, quæ illic fiunt, maximam partem, fortuna sibi vindi-
 cat: ea verò, quæ hic decreta & deliberata sunt, ciuitatis mentem, consiliūque
 indicant. Sic ferè Cæsar lib. 3. de bello ciuili. Sed fortuna plurimum potest cum in
 reliquis rebus, tum præcipuè in bello paruis momentis magnas rerum commuta-
 tiones efficit. Æschines in orat. περὶ τῶν ἑσθ. paullo aliter. Ait enim, rerum bel-
 licarum facta & euenta esse fortunæ simul & imperatoris: & in horum vtrius-
 que potestate illa esse sita: in sua fors autem & legati manu nihil præter beneuo-
 lentiam in ciueis suos & verba. sic Æschin. ἢ μὲν πύρῃ καὶ Φίλιππος ἦσαν τῶν ἔργων
 κώλοισι, ἐγὼ δὲ τῆς ἀπὸ τῶν ἡμεῶν δυνάμεως, καὶ τῆς λόγῳ. Accedat ad hos Plutarchus, ἀποφθ.
 βασιλ. princip. ἡμῶν τῶν μὲν ἀποδείξων εἰς πολλὰ πύρῃ ἀαμειμωμένῳ ἔχουσιν: αἱ δὲ γινώ-
 σκων ἀπὸ τῶν ἑργαζῶν τῶν πατρῶν καὶ πύρῃ ἀποφάσας ἢ ἀναφανήσας, ὡς ἀπὸ ἐν κατὰ πύρῃ
 κατὰ πύρῃ παρὰ τοῖς τῶν ἡμεῶν ἀποφάσας. i. sed pleræque actiones fortu-
 nam habent admixtam: quæ verò in factis & affectibus animorum, & fortunæ
 casibus expromuntur sententiæ, voces, atque orationes, eæ tanquam in speculis,
 mentem cuiusque purè spectandam præbent. à quo non admodum discrepat hoc
 Philippi Macedonis: quod refert Polyænus lib. IIII. Strategem. Φίλιππος ἐν ἐλάτῃ
 δὲ ὁμιλίᾳ, ἢ δὲ μάλιστα κατὰ πύρῃ. ἢ ἢ δὲ μάλιστα ἐφ' οἷς δὲ τῆς λόγῳ ἐκράπει,
 ἢ δὲ τῶν ὁπλων τῶν μὲν γὰρ κινωμένων αὐτῶν τοῖς ἑσθ. ἀπὸ τῶν μὲν μὲν, id est
 Philippus non pauciora sermone & colloquio, quàm prælio, conficiebat. Et verò
 magis gloriabatur, maiorésque spiritus sumebat ob eas res, quarum compos ora-
 tione fiebat, quàm ob eas, quarum potiebatur armis. Illarū enim socios se milites
 habere: harum se solum dominum esse.
 10. magnificentis.) magnificentissimum appellat, vel quod Græci λαμπροτάτων,
 aut μεγαλοπρεπέστατων, vel quod à maximo animo est profectū. Sed quantum hoc
 sit magnificum, non potuit hoc fieri, nisi eadem opera bellum patriæ inferret. aut
 dicemus, hoc non esse patriæ bellum inferre, sed tyrannis patriam liberare, & ita

tyrannis bellum inferre. M. Tull. lib. 8. epist. ad Att. epist. 3. At si resistero, & fuerit nobis in hac parte locus, idem fecero, quod in Cinnæ dominatione L. Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius, quoquo modo ea res huic quidem ceciderit: qui tamen ita dicere solebat, se id ferè vidisse, quod factum est: sed hoc male, quam armatum ad patriæ mœnia accedere. aliter Thrasylubus, & fortasse melius, & c.

11. triginta tyranni; de quib. & in Alcib. & in Lysandro.

12. plurimos ciueis) mille quingentos indicta causa necarunt, inquit Æschines in orat. *ἄλλοι δὲ ἄλλοι κτλ. ἐνίοι δὲ καὶ αὐτοὶ, ὅτι πειράχονται ἐξυβρίσασθαι καὶ πλεονεξίᾳ καὶ φιλοτιμοσύνῃ πλείων ἀκρίτων ἀπέκλειναι.*

13. peperc. fort.) sic Ennius, Quorum virtuti belli fortuna pepercit.

14. princeps) id est primus sic sepe loquuntur boni scriptores.

15. Phylē) Φυλή δὴ ἦμος οἰκιστὴς Φυλῆς, Stephanus. Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. ἐκ τῆς ὄψεως Θεσσαλοῦ ὀρμηθῆς ἐκ Θεβῶν ὡς οὖν ἐξ ὁμοιωτικῆς Φυλῆς καταλαμβαλεῖ χειρὸν ἰσχυρὸν ἰ. Ex hoc tempore Thrasylubus Thebis eruptione facta, cum septuaginta circiter viris Phylum occupat, locum munitum. Diod. lib. 14. *ἦν δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἀνακλιουμένων ἐπὶ τοῖς γειτοῦσι, καὶ φιλοφρόνως τοῖς φυλάδασι ὑποδείχοντων, Θεσσαλοῦ ὁ Τυρῆνις ὀνομαζόμενος, ὃν ἀδελφεὸς ἦν. ὑπὸ δὲ τῆς πειράχοντα πρυτανεύοντος, σιωπερῶντων αὐτῶν λαθραῖα τῆς Θεβῶν, κατέλαβε τὸ χειρὸν τῆς Ἀθηναίων ὀνομαζόμενον Φυλῆν. ἢ τῆς πρυτανείας ὀχυρὸν τε σὺ δόξα, καὶ τῆς Ἀδελφῶν ἀπέχοντα τοῖς ἰσχυρῶν, ὡς τι πολλὰ ἀφορμαὶ αὐτοῖς παρὰ χειρὸν τοῖς τῶν ἐφοδῶν. i Thebanis autem ea, quæ fiebant, indignè ferentibus, & exsules comiter accipientibus, Thrasylubus, qui Tyriens dicebatur, cuius Atheniensis quidem ille, sed à triginta tyrannis in exsilium pulsus, adiuantibus eum occultè iisdem Thebanis, locum Atticæ Phylum nomine occupauit. Erat autem castellum & valde natura, manūque munitum, & Athenis distans stadia centum, ita vt multas facultates eis ad irruptionem in oppidum faciendam præberet.*

16. quàm triginta) immo circiter septuaginta tradit fuisse Xenophon.

17. neque verò hic contemt. hic quoque locus valde corruptus est in libris vulgatis, & variè impressus. Alij sic habent, Neque verò hic non contemt. est primò à tyr. neque eius sollicitudo: vt Veneti & Florentini. Alij, Neque verò hic modò cont. est pr. à tyr. sed eius solitudo: & ita Basilienfis: alij, Neque verò hic modò contemtus est primò à tyrannis sed eius sollicitudo: alij aliter. Ego aut nihil, aut parum admodum à scripturæ ver. vestigijs recedens, & Probi sensum, meo quidem iudicio, sententiámque persequens, sic edendum curavi, Neque verò hic contemtus est primò à tyrannis, sed eius solitudo. quorum verborum sententia non est obscura. hoc enim significant, Thrasylubum non fuisse primò à tyrannis contemtum, quòd scirent eum scilicet esse virum acrem, fortem, ac strenuum, & quod caput est, prudentem: sed eius imbecillitatem, & militum paucitatem: quam vocat Probus solitudinem, ex personatyrannorum, ὑποκειμένης vocem, modò, quæ est in alijs libris, ego subditam esse existimaui, propter particulam aduersandi, sed. in cuius locum alij libri habent negationis particulam, non, ex ipso vocabulo modo, natam.

18. segneis) tardos & pigros.

19. tempore ad comp. d. locus suspectus. nam vel legendum videtur, ad se comparandum, seu se comparandos, vel ad exercitum comparandum, vel hoc totum, ad se comparandum, vt superuacaneum, delendum. sed iudicet lector ingeniosus.

19. nihil in bello oportere contemni) congruit cum hoc loco ille in Pelop. Hoc loco licet interponere, & si siunctum à re proposita est, nimia fiducia quæ calamitati soleat esse. Exstat huius rei exemplum apud Isocratem in Euagora, ubi loquitur de Artaxerxe. *τὸ μὴ γὰρ ἀκούειν τοῦ ἀρχιστρατεύου καὶ προέμενον, ὡς πρὸς τὸ μὴ προσηγορευμένον δὲν εἰλαθεῖν αὐτὸν εἰς τὸ βασιλεῖον ἔστρατα. ὡς δὲ τῶν οὐκ ἀποδιδόντων ὅσον, ὡς τε μεταξὺ παύλων δὲ, πολεμῶν ὡς αὐτὸν ἐπεχέριστο, διηγεῖται μὴ ἔπιπαιον, ἢ μὴ πᾶντα πασι δόξωσι βυβλῶν σάμβου. i. Artaxerxes enim audiens Cyri bellicos apparatus, ita eum contempsit, vt quia non curaret, propemodum imprudens eum in regia sua constituerit: in Euagoram autem ita timide fuit animatus, vt intere adum ab illo beneficiis afficiebatur, bellum ei inferre conatus sit, æqua non faciens quidem ille, sed tamen non male suis rebus consulens. exstat & aliud apud Xenoph. lib. 4. de reb. Gr. ibi. *καταφρονήσεις δὲ πῆρ καὶ ἀφουκλίως, διὰ τὸ κενὸν ὡς προέμενον ἐστὶν ἀρχῆς, λαμβανόντων τῶν στρατιωτῶν τὰ ἐπιπιδεῖα, ἐπέπαιον αὐτοῖς ἐφάρμακος, & c. Cum autem aliquando contigisset, vt milites contemtim, & incaute, quia antea ab eis nihil erat inuolutum, neque offensum, res necessarias sumerent, de improviso irruit in eos Pharnabazus. Apud eundem tamen lib. 3. Agesilaus hostem contemnere vtile esse censet, quòd ea res robur & viuis afferat militibus. Et Polyænus refert hoc inter stratagemata lib. 2. his verbis: *Ἀγέσιλαος ἐπὶ τῆς Ἀσίας τοῖς στρατιώταις, ἐπεισε καταφρονεῖν τῶν βαρβάρων, οἷς τῶς ἐδεδόκεισαν, ἀγχιμαλώτους ἔφρασε ὑποδιδόντας, καὶ τῆς ἐλπίδος ἐπαδείξας. Ἐκ τούτου ὁμοιωτικῶς αὐτῶν ἀδελφῶν, καὶ λαοὶ καὶ διὰ τῶν στρατιωτῶν τῶν δὲ κάσιων καὶ τῶν ἐδὴ καὶ πολυτελῶν καὶ κινῶν λαοφρονεῖς εἰπὼν, ὡς οἱ μὴ πᾶν ἀγῶνα ἐχέουσι, οὐτοι εἰσὶν ὑπὸ ἄνδρα τῶν τα. id est Agesilaus in Asia militibus persuasit vt barbaros contemnerent quos antea metuebant, captiuus Persis exutis, & corporibus eorum infirmis, & candidis propter luxuriam & mollitiem ante oculos Græcorum expositis, ornatu verò & vestitu Persico sumptuoso, ac pretioso demonstrato: illoque ad extremum Laconicè addito, aduersus quos præliamur, hi sunt: de quibus certamus, hæc sunt. Sed hoc non pugnat cum eo, quod præcipit Probus. Eò enim pertinet hoc Probi præceptum, vt milites cauti sint, & excubent, videantque ne ab hostibus opprimantur imparati, quod diligentissimè, & vsquequaque teneri debet. At quod Agesilaus censet, eò valet vt milites aduersariorum ignavia perspecta & cognita, maiore fiducia, & fortiore animo pugnent. argumento est ei, quòd dico, Agesilai factum. non enim suis militibus edicit, vt in vtramque aurem dormiant, & vigilias agere desinant: sed apud Xenophontem voce præconis prædicari iubet, vt barbarorum captiuorum corpora nudentur, & ita vendantur. Ita enim fore, vt, cum sui illos viderint esse cute candida, quia nunquam sine veste sint: corpore molli, & tenero, & ad laborem inepto, quia semper curribus vehantur, existiment nihil interesse, vtrum cum illis, an cum mulieribus pugnent. verba Xenophontis non ascribam, vt tanto sim breuior. sed reperiet ea lector, si fortè requireret, non admodum longè ab extremo. Vtile est tamen interdum imperatori.***

nampe cum amplioem habet exercitum, et plureis numero milites, quam aduersarij, hanc opinionem hostibus afferre, suos esse, numero pauciores, quam re vera sint, ut horum paucitate contenta, audeant illi praelium inire: deinde spe et opinione falsi terga vertant: Et contra expedit, cum pauciores milites habet, contrariam opinionem in hostium animis gignere, et amplioris exercitus speciem praebere, ut ne horum paucitate contenta, audeant manu conferere, et nostros numero impares adoriri, vel ut multitudinis speciem animo obiectam, et cogitatione informatam metuentes despondeant animum. Idque licet cum ex aliis multis exemplis intelligere, tum ex Iphicratis optimi imperatoris strategemate, quod ponit Polyænus lib. 3. Strategematum. Cuius haec verba sunt. Ἰφικράτης εἰς τοὺς πλείους τοῦ πολέμου ἐχρῆσθαι πώτας, βουλόμενος λαθεῖν ἢ αὐτὰ καταφρονούντας αὐτοὺς λάβοι, μὴ αὐτὸς εὐαδῶς τοῖς δύο στρατοῦσι εἰς ἄλλοις ποιεῖσθαι, ὅτι τῶν αὐτῶν ἀπὸ μέρους ἀπαυτῶσθαι καὶ τὰ ὅπλα ἐπιπλήλαι ἔχειν. εἰ δὲ ὀλίγοι ἐχρῆσι, ὅπως μὴ καταφρονούντων, τὴν ἑνα στρατὸν δύο εὐαδῶς ποιεῖσθαι προστάξει. Ἐπειδὴ ἄλλοι χεῖρον μετακίνατο. ὅτι τὸν πολέμου τοῖς εὐαδῶς καταμαδόντων, καὶ τὸ πλῆθος καταπλάσσωτων, πηλικὰ δὲ προσπίπτει μὲν ἄλλοι. i. Iphicrates si quidem pauciores milites, quam hostes, haberet, volens id eis occultare, ut eos contemnentis opprimeret: duos milites unum ex gramine lectum facere iubebat. (cuiusmodi lecti militares et castrenses esse consueverunt) atque in hoc vicissim quiescere, et arma armis imponere, atque aggregare, non suo quaeque loco collocare. Sin paucos haberet, ut ne contemneretur, unum militem duos lectos facere imperabat: Atque ita castra celeriter in alium locum mouebat. Vbi autem aduersarij lectos viderant, et multitudine simulata perterriti fuerant, tum impetu facto praelium committebat.

20. matrem timidi) quia qui timidus est, consideratus et cautus est. qui cautus est autem, is a periculo ferè tutus est. Timidus igitur accipiendus est hic non pro ignaui, sed pro eo, qui timere solet, potius, quam confidere, natura. Nam (ut scribit Aristot. lib. 2. rhet. ὁ φόβος βυλλόμενος πείσσει. i. timor facit ad consultandum promptos atque expeditos. Contra (ut est apud Thucyd. lib. 2. in orat. funebri Periclis) ἀμαθία ἐστὶν ἄπειρος, λογισμὸς δὲ ὀλιγὸν φέρει. i. inscientia, seu incogitantia audaciam, cogitatio autem et consideratio timorem et cunctationem affert. Itaque M. Tullius lib. VI. epistolarum ad familiarem, epist. XV. ita de se scribit. Nam si quisquam est timidus in magnis, periculosis que rebus, semperque magis aduersos rerum exitus metuens, quam sperans secundos, is ego sum: et si hoc vitium est, eo me non carere confiteor. Idem lib. 4. epist. XIII. scribit, cum praedicebat, si vicissent Pompeiani, quam crudelis esset futura victoria: sin victi essent, quantum esset ciuium partim amplissimorum, partim optimorum interitus futurus, ab his ipsis nimium timidum potius, quam satis prudentem existimari solitum. Tanta est timiditati cum prudentia societas, et coniunctio.

21. opes) copias, potentiam. sic M. Tull. lib. 14. epistolarum ad Att. ep. 4. reliquae res opes et copias desiderant. Tradit tamen Diodorus lib. XVIII. pag. 414. breui tempore conuenisse homines mille et ducentos: et his copiis eductis eum irrupisse mane inopinato ac de improviso in triginta tyrannorum castra, multisque eorum interfectis, illos Athenas se recipere coegisse.

22. Nam iam tum illis temp.) Etiam hic locus declarat, auctorem harum vitam vixisse iis temporibus, quibus Romani erant liberi, nondumque ab imperatoribus, seu tyrannis erat oppressa ciuitas ac libertas.

23. fort. boni pro lib.) sic M. Tull. eod. lib. epist. VI. ad Att. Nihil enim tam otioso, quam tyrannocionos in caelo esse, tyranni facta defendi. Sed vides consules, vides reliquos magistratus, si isti magistratus: vides languorem bonorum. exsultant letitia in municipiis. dici non potest quantopere gaudeant, ut ad me concurrant, ut audire cupiant verba mea de re. nec ulla interea decreta. Idem eod. lib. epist. 15. Quid ergo? culpa ista Brutorum? minime illorum quidem, sed aliorum Brutorum, qui se cautos et sapientis putant, quibus satis fuit. Letari, non nullis etiam gratulari, nullis permanere.

24. hinc in Piraeum) sic Diod. lib. 14. nisi quod tradit, hoc factum esse post irruptionem illam nocturnam, seu potius matutinam factam in castra aduersariorum, quam modo retuli. verba eius sunt haec. μὲν δὲ τὸν μαχίω ὁ Θεοσόβουλος ἔδωκεν ἡ ἀρμυσὶν ἐπὶ τὴν Πυραία, καὶ καταλάβετο τὸν Μορυνχίαν, λόφον ἔρημον καὶ κερπύρον. i. Post praelium autem Thrasymbulus statim inuasit in Piraeum, et occupauit Munychiam, collem desertum, et natura munitum. Cum Diodoro congruit et Xenopho lib. 2. Addit praeterea, in eo praelio ex equitibus Nicostratum pulchrum occubuisse, et alios duos in lectis oppressos esse.

25. Munichia) Munichia, ut Harpocratio docet, locus est mari vicinus in Attica. Stephan. Μουνυχία, ἡμικλῶ ἀπὸ κλιῶς. i. Munychia portus Atticae. Strabo lib. 2. λόφος ἐστὶν ἡ Μορυνχία χερσονήσων, ἢ κωίλος καὶ ὑπὸ νότος πλοῦ μέρος φύσει τε καὶ ἑπιπέδης. ὡς περὶ οἰκιστῶν δὲ χεῖρας, ὁμοίως δὲ μικρὰ τὴν εἰσοδὸν ἔχων. i. Collis autem, seu tumulus, est Munychia, Cherronesi speciem praebens, et magna ex parte subcauus, et suffossus et natura, et de industria, ita ut domicilia recipiat: introitum autem habens oris angustii.

26. impedimentis que) impedimenta in castris et in exercitu, ea res sunt, quae portantur, aut vehuntur necessitatis, aut commoditatis gratia: etiam extra castra, ut Cicero pro Milone. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis.

27. non minus prudentia) Conon tamen Thrasymbulum, Thrasymbulum appellabat, tamquam audacior, quam prudentior, seu consideratior, ut est apud Aristot. lib. 2. rhetoric.

28. Neque quisquam est vuln.) sic Caesar lib. I. de bello ciuili. Caesar in eam spem venerat, se sine pugna, et sine vulnere suorum rem conficere posse, quod refrumentaria aduersarios interclusisset. Cur etiam secundo praelio aliquos ex suis amitteret? cur vulnerari pateretur optimè meritis de se milites? cur denique fortunam periclitaretur? praesertim cum non minus esset imperatoris consilio superare, quam gladio. Mouebatur etiam misericordia ciuium, quos interficiendos videbat: quibus saluis atque incolumibus rem obtinere malebat. M. Tull. pro M. Marcello. Vidimus tuam victoriam praeliorum exitu terminatam, gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus. quos amisimus ciueis, eos vis Martis percussit, non ira victoria, ut dubitare debeat nemo, quin multos, si posset, C. Caesar ab

obliuionis decretum, vel, vt mox Probus, obliuionis legē appellat: & Val. Max. lib. 4. cap. I. Plebiscitum, inquit, interposuit, nequa prateritarum rerum mentio fieret: hęc obliuio, quam Athenienses ἀμνηστία vocant, concussum & labentem ciuitatis statū in pristinū reuocauit. Huiusmodi lex nuper à Rege nostro Christianissimo, Carolo IX. a. d. X. Kalendas Aprileis, anno MD. LXVIII. post alterū bellum ciuile, horribilissimum & calamitosissimum, quod anno superiore coortū, & per vniuersam Galliam septem circiter menses versatum est, compositum, lata, & capite sancita est: cuius verba ea, quę ad hanc obliuionem iniuriarum, & concordiam ciuium pertinent, (cui rex clementissimus consulere, quàm suo dolori parere maluit, adscribam, & quantum consequi poterō, posteritati prodam, ad sempiternam, aut cerre quàm maximè diurnā inaudita regis nostri erga suos ciueis clementiæ memoriā. Hęc igitur legis sunt verba, vt autem in posturum omnes turbarum, & tumultuum, & seditionum occasiones præcise, & sublatae sint, atque vt ciuium nostrorum animos ac voluntates inter se melius conglutinemus, & facilius recōciliemus, huiusque cōcordiæ sic renouate, ac redintegrate obseruationem pro ea, quam ciues nostri nobis debent, pietate, stabilitate, ac sanctitate: ediximus, edicimus: hoc nostrum consilium, hęc nostra mens est: hoc volumus, hoc nobis placet: omnes iniurias, atque offensiones superiores, quas temporis iniquitas, & occasiones ex ea natę inter ciueis nostros pepererunt: omnia mala praterita quę ex superioribus motibus, ac tumultibus manarunt, funditus extinguunt, eorumque memoriā sempiterna obliuione deleri, atque obrui, vt proinde sint, quasi omnino nunquam euenissent: vetamusque diuertissimè, planissimè, atque apertissimè, & capite sancimus, ne qui ex nostris ciuibus, cuiuscumque sint ordinis, loci, gradus, aut fortuna, audeant inter se lacessere, prouocare, irritare, praterita obliuendo, aut exprobrando, ne ve vlla de re anteacta inter se altercari, rixari iurgare, & contendere, ne ve conuiciari, & maledicere, ne ve facto, aut verbo contumelioso inter se offendere, ac lacerare: sed potius sibi moderentur, ac temperent, concordiamque & pacem in omni vna degenda, colant, tanquam fratres, & amici, & boni, concordēsque ciues. Qui secus faxint, quique auctores, & origo iniurię atque offensionis inde ortę fuerint, continuo, & sententię de plano lata, sine vlla alia iuris, iudicijque formula, ex hac lege & eius summo iure pœnas luunt.

37. vt Valerius non est enim satis legem ferri, sed etiam debet seruari, alioquin & inanis est, & frustra fertur. Quin, quod grauius est, scriptor, aut lator legis contemnitur, & contumeliosè laediur, si lex ab eo lata non valeat, & negligatur. Quare quisquis legum ferendarum ius, & potestatem habet primū debet nouas leges quam paucissimas ferre: deinde quas tulit, eas debet summo studio, modis omnibus seruandas curare.

38. honoris ergō sic restitui, nam libri vulgati non habent ergō.

39. expresserat) subintellige eam nempe coronam, & à ciuibus, vt sit à ciuibus expresserat, id est ciueis adduxerat, & impulerat, vt eam Thrasylulo daret, sic apud M. Tull. oratione contra Rullum ad populum. Rectè facta exigua laus, & ab inuitis expressa proponitur. Idem lib. 3. accus. cum tam iniquas pactiones.

vi & metu expressas cognouerit. Idem pro Sextio. Non recito decretum officio aliquo expressum. Omnino malim sic legi, quę & eā amor ciuiū, non vis express. 40. magnęque fuit gloria) sic habent codices emendatiores, & ita legendum, non, vt in aliis, magnęque fuit gloria.

41. cum ei Mitylenę multa m. iug.) Variè hoc refertur à scriptorib. Plutarch. ὡς ἔχει. πολιτ. sic. ἢ εἰς τὸ ὀκτώσατον χόρας τῆς πολιτείας, ἢ ὡς αἰ ἐθλοὶ λαβεῖν καλοῦσθαι, ἢ λαβεῖν ἑσάτω, ὅσον ἐπὶ λαδὲ τὸ ἀκόντιον αὐτῆς βαλόντας. i. Nam eius terra, quam ciuibus quaesierat ac pepererat, tantum agri, quantum vellet, sumere iussus, tantum sumsit, quantum percurrere potuit iaculum ab eo iactum. Diog. Laërtius in Pittaco. sic. καὶ χόρας αὐτῆς ἀπένημασι οἱ μὴ πολλοὶ αἰοί. ὁ δὲ ἱερὰν αἰτίαν ἦεν τῶν πηλοῦσι καλεῖται. i. & agrum ei tribuerunt Mitylenę: at ille eum, vt sacer esset, remisit: qui nunc Pittacęus appellatur. Valerius Max. lib. 6. cap. 5. sic. Atque etiā cum ei recuperati agri dimidia pars offerretur, auertit animum ab eo munere, deforme iudicans, virtutis gloriam magnitudine prædę minuere.

42. animi equitatem) animi equitas, est animi habitus, quo quis mediocria concupiscit, & humana fert moderatè. M. Tull. orat. in Rullum in senatu. Et enim si eius equitatem animi probè noui, vendet non inuitus. Idem pro Q. Ligar. Hęc tu modum vitę tuę non salute reip. sed equitate animi definies?

43. non propria) id est non stabilia, neque diuturna. Horat. sat. 6. lib. 2. nihil amplius oro, Maia nate, nisi vt propria hęc mihi munera faxis. Virgil. lib. VI. Ἄν. propria hęc si dona fuissent.

44. ad Ciliciam) sic legendum, non siciliam, quod & Longolius iam antè viderat. Eurymedon enim & Aspendum, circa quem locum occisus est Thrasylulus, in Cilicia sunt, aut certè in Pamphylia. Cilicia autem & Pamphylia sunt inter se finitimę. Hac porrò de re sic Diod. lib. 14. Θεσιόβουλος ὃ ὁ ἦν ἀθιωαῖος ἑσπερῆς, οὐκ ἦν τῆς Δέσσης καὶ τῆς Ἰθάκης, ἀπὸ τοῦ ἑσπερῆος ἀσπενδῶν, ὡρμίσατο τοὺς περὶ τῆς Εὐρυμέδοντα ποταμοῦ, χεῖματα δὲ εἰληφόρος αὐτῶν ὡς ἦν ἀσπενδῶν, ὅμως ἕνδεσ ἦν ἑσπερῆος ἐδῆσαν τῶν χόρας. Ἰσοκράτης ὃ νεκλός, οἱ μὲν ἀσπενδῶν χελεπῆος ἐπέστρεψεν ἔτι τῆς ἀδικήμασιν, ἐπέθεν τῆς ἀθιωαῖος, καὶ πῶν τε Θεσιόβουλος, καὶ ἕνας ἀλλοὺς ἀσπενδῶν, οἱ δὲ, & c. i. Thrasylulus autem Atheniensium imperator, cum è Lesbo cum classe Aspendum veheretur, nauis in Eurymedonte flumine constituit. Cum autem pecuniam ab Aspendiis accepisset, nihilominus nonnulli ex eius militibus agrum Aspendium hostili more populati sunt, quas iniurias cum molestè ferrent Aspendi, prima noctis vigilia in Atheniensis impetum fecerunt, & cum Thrasylulum ipsum, tum nonnullos alios interfecerunt. Xenoph. lib. 4. de reb. Gr. Ἔθλην τε πολλὰν ἠρρολογῆ, ἢ εἰς Ἀσπενδῶν ἀφικόμενος, ὡρμίσατο τοὺς τοὺς εἰς τῶν Εὐρυμέδοντα ποταμοῦ. ἢ δὴ εἰ αὐτῶν ἔχοντες χεῖματα ὡς ἦν ἀσπενδῶν, ἀδικησάντων ἔτι οὐκ ἄλλων τῶν ἑσπερῆος τῶν, ὁρμίσαντες οἱ ἀσπενδῶν τῆς νεκλός ὅτι πῶν τῶν κατεκλήθησαν ἐν τῆς σιλῶν αὐτῶν. i. Thrasylulus cum ex aliis multis urbibus pecuniam coegerat, tum Aspendi profectus nauis ad Eurymedontem appulit, cum autem coacta iam ab Aspendiis pecunia, milites eius nihilominus in agris aliquas iniurias eorum colonis fecissent, irati Aspendi noctu irruptione facta eum in tabernaculo confoderunt.

45. à barbaris) ab Aspendiis.

ÆMILII PROBI
CONON.

Conon¹ Atheniensis Peloponnesio bello accessit ad rem publicam, in eoque eius² opera magni fuit. nam &³ pretor pedestribus exercitibus præfuit, & præfectus classis res magnas mari gessit. Quas ob causas⁴ præcipuus ei honos habitus est. namque⁵ omnibus vnus insulis præfuit. in qua potestate⁶ Pharas cepit, coloniam Lacedæmoniorum. Fuit etiam extremo Peloponnesio bello prætor, cum⁷ apud Aegos flumen copiam Atheniensium à Lysandro sunt deuicta. Sed tum⁸ affuit, eoque peius res administrata est. nam &⁹ prudens rei militaris, &¹⁰ diligens erat imperij. Itaque nemini erat his temporibus dubium, si affuisset, illam Atheniensis calamitatem accepturas non fuisse. Rebus autem afflictis cum patriam¹¹ obsideri audisset, non quaesuit, ubi ipse¹² tuto uiueret, sed unde præsidio posset esse ciuibus suis. Itaque¹³ contulit se ad Pharnabazum¹⁴ satrapen Ioniae & Lydiae, eundemque¹⁵ generum regis & propinquum: apud quem ut multum gratia valeret, multo labore, multisque effecit periculis. Nam cum Lacedæmonij Atheniensibus deuictis in societate non manerent, quam¹⁶ cum Artaxerxe fecerant,¹⁷ Agesilaumque bellatum misissent in Asiam, maxime impulsit¹⁸ à Tissapherne, qui ex¹⁹ intimis regis ab amicitia eius defecerat, & cum Lacedæmoniis coierat societatem: hunc aduersus Pharnabazum habitus est imperator,²⁰ re quidem vera exercitui præfuit Conon, eiusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic militum ducem summum Agesilaum impediuit, sapèque eius consiliis obstetit. neque²¹ verò non fuit apertum, si ille non fuisset, Agesilaum Asiam²² Tauro tenuis regi fuisse erepturum. Qui postea quam domum à suis ciuibus²³ reua-

catus est, quod Bæotij & Athenienses Lacedæmoniis bellum indixerant, Conon nibilo secius apud præfectos regis versabatur, iisque omnibus magno erat vsui. Defecerat à rege Tissaphernes, neque id tam Artaxerxi, quam ceteris, erat apertum. multis enim, magnisque meritis apud regem, etiam cum in²⁴ officio non maneret, valebat. neque admirandum, si non facile ad credendum inducebatur,²⁵ reminiscens eius se opera Cyrum fratrem superasse.²⁶ Huius accusandi gratia Conon à Pharnabazo ad regem missus, postquam uenit, primum ex more Persarum ad²⁷ chiliarchum, qui secundum gradum imperij tenebat, Tithraustem accessit, seque ostendit cum rege colloqui uelle. nemo enim sine hoc admittitur. huic ille inquit, nulla mora est: sed tu delibera utrum colloqui malis, an per litteras²⁸ edere, quæ cogitas. necesse est enim, si in conspectum ueneris, uenerari te regem, quod²⁹ αἰσχροῦ illi uocant, hoc si tibi graue est, per me nibilo secius editis mandatis conficies, quod studes. Tum Conon, mihi uerò, inquit, non est graue quemuis honorem habere regi, sed vereor, ne³⁰ ciuitati meæ sit opprobrium, si, cum ex ea ciuitate sim profectus, quæ ceteris gentibus imperare consueuerit, potius barbarorum, quam illius, more fungar. Itaque quæ uolebat,³¹ huic scripta tradidit. Quibus cognitis rex tantum auctoritate eius motus est, ut Tissaphernem hostem iudicaret, & Lacedæmonios bello persequi iusserit,³² & ei permiserit, quem uellet eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conon negauit³³ sui esse consilij, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet: sed se suadere, Pharnabazo id negotij daret. Hinc magnis muneribus donatus ad mare est missus, ut Cypriis, & Phœnicibus, ceterisque ciuitatibus maritimis nauis longas imperaret, classemque, qua proxima

estate mare tueri posset, dato adiutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedaemoniis est nuntiatum, non sine cura rem administrarunt, quod maius bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum contenderent. nam ³⁴ducem fortem, & prudentem, ³⁵regis opibus praefuturum, ac secum dimicaturum videbant: quem neque consilio, neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem, ³⁶proficiscuntur Pisandro duce. ³⁷Hos Conon apud Cnidum adortus magno praelio fugat, multas naueis capit, complureis deprimit. Qua ³⁸victoria non solum Athenae, sed etiam cuncta Graecia, quae sub Lacedaemoniorum fuerat imperio, liberata est. ³⁹Conon cum parte nauium in patriam venit, ⁴⁰muros dirutos a Lysandro utrosque & Piraei, & Athenarum reficiendos curat: ⁴¹pecuniaeq; L. talenta, quae a Pharnabazo acceperat, ciuibus suis donat. Accidit huic, quod ceteris mortalibus, & ⁴²inconsideratior in secunda, quam in aduersa esset fortuna. nam classe Peloponnesiorum deuicta, ⁴³cum ultum se iniurias patriae putaret, plura concupiuit, quam efficere potuit. Neque ⁴⁴tamen ea non pia & probanda fuerunt, quod potius patriae opes augeri, quam regis, maluit. nam cum magnam auctoritatem sibi pugna illa nauali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset non solum inter barbaros, sed etiam inter omnes Graeciae ciuitates, clam dare operam coepit, ut Ioniam & Aeoliam restitueret Atheniensibus. ⁴⁵Id cum minus diligenter esset celatum, Tiribazus, qui Sardibus praerat, Cononem euocauit, simulans ad regem se mittere eum velle. Magna festinatione huius nuntio parens cum venisset, in vincula coniectus est: in quibus aliquandiu fuit. Nonnulli eum ad regem abductum, ibique ⁴⁶perisse scriptum reliquerunt. Contra ea ⁴⁷Dion

historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit. illud addubitat, utrum Tiribazo sciente, an imprudente sit factum.

CONON.

Conon) Timothei filius:
 2. in eoque eius opera magni fuit) sic restitui, Cl. Puteani coniectura secutus planè rectam & veram. lectionis autem varietas satis declarat, locum esse corruptum in libris vulgatis. alij enim habent, in eoque opere magnus fuit: alij, in eoque opera eius magnus fuit vsus: alij, in eoque eius opere magnus fuit: quae postrema quamuis sit perspicue mendosa, reperitur tamen in antiquiss. exemplis, videreturque non longe abesse à sincera scriptura. quod vidit Puteanus. cum enim vocem, vsus, aut, vsui, in eo codice non reperisset, suspicatus est, eam esse ab aliquo additam, & legendum, in eoque eius opera magni fuit, quo modo iterum locutus est Probus in Daia me nō longè à princip. Namque hic multis milibus regionum interfectis magni fuit eius opera.
 3. praetor) ἡ ἀρχὴ, ut saepe alibi.
 4. praecipuus) ἐξίμιος, ἡ ἀρχὴ.
 5. omnib. vnus inf. praef.) hoc neque apud Xenoph. neque apud Diod. neque apud alium quemquam reperi: nisi forte id tempus intelligamus, quo tempore victis ad Cnidum Lacedaemoniis adiutore Pharnabazo, classi regis Persarū praefectus, omnes insulas à Lacedaemoniis auertit. & Gracos superbo Lacedaemoniorum dominio liberauit, qua de re infra cognoscemus.
 6. Pharas) sic restitui, libris omnibus reclamantibus veritatis vocem, & historiae fidem secutus. Phere enim vrbs est Thessaliae, neque vquam eò colonia à Lacedaemoniis deducta est. Pharas autem commemorat Pausanias in Achaicis. Δύμω δὲ τοῦ Ἡλίου τοῦ τοῦ μὲν δὲ αὐτῶν Ὀδρεῶν, ἡ Ἐπείρου. Stephanus, Ἐπείρου, πέντε μίλια ἀπὸ τῆς Ἐπείρου, ὅθεν ἴσταν οἱ ἀγαγεῖται ἀπὸ τοῦ ἑσθίου δὲ τῆς Ἀχαιῶν. Itaque apud Plin. lib. 4. cap. 5. legendum puto Pharas, non Phere. & apud Xenoph. lib. 4. de reb. Graec. κατὰ τὸν δῆμον, δὲ τοῦ τοῦ εἰς Ἐπείρου, ἐστὶν ἡ πόλις τῆς Ἐπείρου. id est, Cum autem nauigasset Pharas, hanc regionem populatus est. & ferro incendiōque vastauit. Existimant etiam aliquando legendum Patras. Patra enim vrbs est Achaica. Plin. lib. 4. cap. 4. Patra colonia in longissimo promuntorio Peloponnesi condita, ex aduerso Aetoliae, & fluminis Eueni. Neque est, qui d. quisquam mihi dicat, Plinium simi licet dicere, colonia, non colonia Lacedaemoniorum, quasi probabilius sit, cum per coloniam, significare coloniam Romanorum: quia Romani post pugnam Aetiae eam eò coloniam deduxerunt, ut testatur Strabo lib. 8. Illud enim non me mouet. Nam ex Pausania in Laconicis in princ. licet intelligere, Lacedaemonios me moneri Patras de duxisse, ibi. ἔστι τῶν τοῦ Γαλαξίου ἐν τῇ Περσῆς οὐκ ἔστιν ἐν τῇ Ἀχαιῶν, ἡ δὲ Πάτρας πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Ἐπείρῳ, καλεῖται δὲ τὸ Πάτρας ἐστὶν, οὐκ ἐστὶν ἀλλοτρίη λακεδαιμόνιοι τὸ οὐκ ἐστὶν οὐδὲν οὐκ ἐστὶν τὸ ἑστὶν & c. i. hoc Agide regnate Lacedaemonij Patrum Praegetis fil. cum urbem in Achaia, quam Patras etiam ad nosiam aiatem ab hoc Pa-

treo vocant, conderet, adiuerunt ad eam frequentandam & incolendam. Adiuutores autem etiam Graidi Echelati filio fuerunt (cuius Echelati pater fuit Penthilius Orestis filius) cum ille nauibus in coloniam illam proficisceretur. Patras commemorat & Thucyd. lib. 2. paullo ante contionem Onemi Lacedaemonij. Verum tamen nunc Pharas porius legendum arbitror, quo modo edendum curauit.

7. cum apud Aegos flumē de hoc flumine, & hac pugna dictū est in Lysandro.

8. sed tum asuit id est non interfuit ei praelio. scribendum esse asuit sine b. & alij ante nos docuerunt, & nos in commentariis Horatianis secundae editionis, & item alibi aduenimus. Sed quod ad rem attinet, falsum est quod dicit Probus, si quidem vera sunt, quae Xenophon, Isocrates, Diod. Siculus, & ceteri tradunt. Xenoph. lib. 2. de reb. Gr. Κόνων δὲ ἰδὼν ἐπιπλοῦσθαι, ἐσήμαινε ἕς τὰς ναῦς βουδᾶν καὶ κράτης, &c. id est, Conon autem cum videret aduentum atque irruptionem nauium hostilium, signum dabat, ut milites & remiges celeriter nauis conscenderent, summisque viribus subsidio venirent. & Plutarch. in Lysand. Κόνων δὲ ᾤδων ὅτι ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι, καὶ ᾤδων ὅτι ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι, &c. i. Conon autem Atheniensium praetor cum primum ē terra classē Lacedaemoniorum repente aduentantem, atque inuadentem vidit, exclamauit, ut omnes in nauis conscenderent, & malo, quod instaret, valde commotus ac perturbatus, alios nominatim appellabat, alios orabat, alios cogebat nauis instruere atque ornare, &c. Præterea constat Cononem post hanc pugnam cum aliquot nauibus fugisse, atque ad Euagoram se contulisse, ut notauimus supra in Alcibiade, & Lysandro id quod Isocrates in laudibus Euagoræ ponit, & obseruat Aristoteles lib. 2. rhetor. atque ex hoc præceptum laudandi sumit, his verbis καὶ ᾤδων ἑὺαγόρου ὅτι ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι, ὡς ἑὺαγόρου ἤλθεν. i. Conon enim plaga accepta à fortuna, omnibus aliis relictis ad Euagoram profectus est. Iterum Isocrat. ad Philipp. Κόνων δὲ ἔπολλοις ἐπιστολῆσιν αὐτῆσδε αὐτῶν ἐπαρῶν ἑὺαγόρου ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι, καὶ ᾤδων ὅτι ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι, &c. i. Conon autem non multis post annis egit his planè contraria. expertus enim in praelio fortunam aduersam, non sua, sed suorum collegarum culpa, domum quidem ne reuerteretur, pudore deterritus est: cum autem in Cyprum nauigasset, & aliquantum temporis in curandis & gerendis negotiis priuatis consumisset, &c. Diod. lib. 14. παρεμυχῶς τῆσδε ἰδῶν, ἐν Κύπρῳ διετέλλε παρ' ἑὺαγόρου τῆσδε βασιλῆσδε. i. cum autem bellicosissimus esset Conon, in Cypro commorabatur apud Euagoram regem. Isocrates in Euagora. Κόνωνα δὲ τὸν διὰ πλείους ἄρετας ἀποπύσαντα ἄλλῃ ἐλλωσῶν ἱσθῶσδε ἰδῶν ὅτι ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι, ὡς ἑὺαγόρου ἤλθεν. id est Cononē autem, qui propter plurimas virtutes Græcorum princeps fuit, quis nescit post calamitatem ciuilitatis, ex omnibus Euagoram delegisse, atque ad eum se contulisse?

9. prudens rei militaris) prudens iunctum cum patrio casu, notandum. sic in terdum M. Tull. ut orat. pro P. Quintio. Ceterarum rerum pater familias prudens, &c. & Horat. lib. 4. oda 9. est animus tibi Rerumque prudens, & secundis

tundis Temporibus, ambūsq; rectus.

10. diligens erat imperij) Diligens imperij. sic M. Tull. pro Cælio, sub extr. Castissimo viro, atque omnis officij diligentissimo. Idem pro Cn. Plancio. hominem studiosissimum & diligentissimum salutis meae. Idem pro L. Flacco. cum ciuitate mihi res est acerrima, & consiciendarum litterarum diligentissima.

11. obsideri) ab Agesilao & Lysandro, ut supra dictum est in Lysandro.

12. ubi ipse tutō) sic Cicero lib. 8. epist. ad Att. ep. I. ei statim rescripsi, hominēque certum mihi de comitibus meis, non me querere ubi tutissimē essem.

13. contulit se ad Pharnab.) Cononem ad Pharnabazum se contulisse, licet & ex Xenophonte cognoscere lib. 4. de reb. Gr. cum multis aliis locis, tum eo loco, ubi narrat, à Pharnabazo & Conone Lacedaemonios praelio nauali ad Cnidum esse victos. & ex Diod. Sicul. lib. 14. ibi. Φαρναβάζος δὲ ἄλλῃ πρὸς κακὴν μνησθῆσθαι αὐτῶν ἠμεινοῦσθαι, αὐτῶν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ συνέπισιν αὐτῶν τὸν ἐπιμάσθαι, καὶ ἀρχῶν ἐπιστῆσθαι Κόνωνα, τὸν ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι, καὶ ᾤδων ὅτι ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι. i. Pharnabazus autem factis cum Lacedaemoniis indutiis, ad regem Persarum ascendit, eique persuasit, ut classē compararet, & classi Cononem Atheniensem præficeret. hic enim erat peritus certaminum bellicorum. Quo modo autem vel ad eum, quem dico, Pharnabazum, vel ad regem Artax. peruenerit, multis verbis exponit Plutarchus in Artaxerxe: ex quibus non est prætereundum id, quod ille narrat, Cononem epistolam ad regem de suis consiliis & cogitatis misisse: quam epistolam fortasse significat Probus, infra.

14. Satrapen) præfectum.

15. generum) Apamam enim, unam ex Artaxerxis filiabus, uxorem duxerat, ut tradit Plutarch. in Artaxerxe.

16. quam cum Artax. fecerant, Plutarch. ibid. dicit eam esse appellatam ειρηνη τὴν ἐπ' Ἀνταλίδου, pacem factam Antalcide interprete & legato: si fas est, inquit ille, contumeliam & proditionem, pacem appellare. Hanc commemorat & Xenophon lib. 4. de reb. Gr. sed hæc pax posterius facta est quàm Agesilao in Asiam classē, exercitūque iratēcesset, ut intelligere licet ex Plutarcho in apophth. Lacon. ibi. ἐπὶ δὲ Κόνων καὶ Φαρναβάζος τῆσδε βασιλέως νεωπικῆσδε ἡγεμονίᾳ, &c. Videtur igitur ea societas esse intelligēda, quam Lacedaemonij cum Dario secundo, huius Artaxerxis, qui Μνήμων, id est Memor, dictus est, & Cyri patre, fecerunt: de qua Thucyd. lib. 8. sed discrepat à Xenophonte, & Plutarcho Probus. Illi enim narrant, Agesilaum eò in Asiam à Lacedaemoniis esse missum, quòd audierant, regem Persarum Artaxerxem, exercitum & classē aduersus Græcos parare: Xenoph. & Plutarch. in Agesilao. Non igitur Lacedaemonij, sed Persæ in societate non manebant.

17. Agesilaumque bell. mis.) hac de re in Agesilao Probus, & nos ad illū locū.

18. à Tissapherne) tradit Xenoph. in Agesilao, huic regis iussu caput à Tithrauste esse abscissum. ὁ δὲ πρὸς τῶν βασιλέωσδε νομίμασδε τῶσδε φέρτωσδε αὐτῶν ἰδῶν ὅτι ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι, καὶ ᾤδων ὅτι ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἰδῶν ἐπιπλοῦσθαι τὸν στόλον, ἀπεβίβηκε, ἀπέβηκεν ἑμβάσθαι. id est, Rex autem Persarum ratus in Tissapherne causam residere, quamobrem res suæ male gerantur, & male procedant, Tithrauste misso iussit ei caput præcidi. Idem tra-

stabiliores ac tutiores, quam quæ temerè, & præter opinionem: & homines fere calamitatem facilius repellunt, quam secundam fortunam tuentur. Sic idem Probus in Timoleonte, & id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam, quam aduersam fortunam.

43. cum ultum) alij libri habent, cum vlciſci: alij cum ultum. ego ultum malo. Nam re vera ultus erat patriæ iniurias, muris reſectis, & de integro excitatis, quos illi diruerant. Patriæ iniurias autem, id est iniurias à Lacedæmoniis patriæ illatas.

44. Neque tamen ea non pia) si fuerunt pia, fuerunt & probanda quicquid enim pius est, probandum est, sed vereor ne non fuerint pia, quia non honesta, & perfidiosa. non enim quicquid pro patria suscipitur, & geritur, pius est: sed quod, cum honestum, & rectum sit, utile patriæ, aut salutare est. Nihil autem honestum est, quod contra fidem est.

45. Id cum minus diligenter) valde hic discrepant inter se historici. nam Xenophon quidem lib. 4. ἐπιλω. narrat, Lacedæmonios, posteaquam cognouissent Cononem muros vrbis & Piræei à Lysandro dirutos, pecunia regia de integro excitasse, & vrbeis Ionie & Eolie in continente sitas ad Athenienses transferre cogitare, constituisse his de rebus Tiribazum præfectum regum docere, confesse fore hoc pacto, vt ille aut secum societatem coiret, aut cononi sumtus in classem suppeditare desineret: Qua re audita, Athenienses contra cum conone legatos quatuor, Hermogenem, Dionem, callisthenem, callimedontem ad Tiribazum misisse, legatos etiam à sociis, qui vnà proficiscerentur, euocasse: quorum orationibus auditis Tiribazum clam Antalcidæ Lacedæmoniorum legato pecuniam dedisse, vt classe ab iis instructa, Athenienses, & eorum socij cupidius pacem expeterent atque exoptarent: cononem autem rāquam iniuriam regifacientem, in vincula coniecisse. Sic Xenophon (locum enim lectori indicare tantum volo) οἱ δὲ λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες ὅτι Κόνων καὶ τὸ πῆρος τοῖς ἀθηναίοις ἐν τῶν βασιλείως χειρὶ ἄσφοτον, &c. Diod. verò lib. 14. scribit, Tiribazum cononi, obres prospere ab eo gestas, inuidisse, & hac causa pretexta, quod vrbeis Atheniensibus acquireret classe & copiis regis, eum Sardcis perductum in vincula coniecisse. sic Diod. Τριτάτος δὲ ὁ τῶν κτ' πλὴν Ἀσίας πρῶτον δευτέρων ἀφηνειόμενος, ἐφ' ὅτε τῶν Κόνωνος ἀποδείξαι, καὶ ἀσφασι μὲν λαβῶν ὅτι τῶν βασιλικῶν δευτέρων πύλαις ἀθωαίως κατέκλιται, ἀσφασι δὲ αὐτὸν εἰς Σαρδῶν συλλελαβὲ, καὶ δῆσαι ἐς φυλακὴν κατέστη. Isocras aperte significat in Panegy. cononem immeritò à Persis esse comprehensum, sic enim ille in barbaros inughens, eorumque infidelitatem, & inæquabilitatem ingenij coarguens. ὡς ἂν ἀπῶς εἶπεν, καὶ μὴ κατ' ἐκαστοῦ, ἀλλ' ὡς ἐπὶ πλὴν, τίς ἢ τῶν πολεμιστῶν αὐτοῖς ἐν βίῳ δαυμονήσας ἀπὸ λαν, ἢ τῶν ἄν' ἐκείνων γενομένων, ἐν ἀκρίτοις τῶν βίον ἐπιλυθησιν, ἢ Κόνωνα μὲν, ὃς ἄσφ' τῆς Ἀσίας στρατηγὸς πλὴν λακεδαιμονίων ἔρχεται κατὰ λαν, ἐπὶ θανάτων συλλελαβὲν ἐπιλυθησιν. Θεμιστοκλῆα δὲ, ὃς ἄσφ' τῆς Ελλάδος αὐτοῖς κατὰ νηυσὶ μάχιστο, καὶ μεγίστων δωρεῶν ἠξίωσεν; i. Atque vt semel dicam, neque singula persequar, sed ea tantum, quæ plerumque eueniunt, commemorem, quis aut eorum, qui bellum eis intulerunt, non opulentior & beator factus ab eis discessit: aut eorum, qui sese eis subiecerunt, non malè ab iis mulca-

fflos

tus, &

tus, & contumeliosè acceptus mortem obiit. Non cononem quidem, qui pro Asia imperandi munere functus, Lacedæmoniorum opes fregit, imperiumque euerit, ad eum necandum comprehendere ausi sunt: Themistoclem verò, qui eos pro Græcia pugnans prælio nauali superauit, etiam amplius muneribus ornarunt?

46. ibique periisse) Diodor. Sicul. de eo supplicium sumtum esse significat lib. 15. his verbis. Ἐπιλυθησιν ὁ Ἰφικράτης μὲν συλλελαβὲν, καὶ ἔμμελλας πύλαις, καὶ ἀσφ' Κόνωνα ἐπὶ τῶν ὁ ἀθωαίως, i. Iphicrates veritus ne comprehenderetur, & supplicio afficeretur, vt cono Atheniensis.

47. Dinon historicus) hunc Dinonem commemorat Plutarch. in Themistocle pag. X. Εφορος δὲ, καὶ Δέμων, καὶ Κλείπτορος, καὶ Ηερακλείδης, &c. & sepe alibi. Et item Athenæus non vno loco.

DION.

DION¹ Hipparini filius, Syracusanus, nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide Dionysiorum. ²namque ille superior ³Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio, ⁴ex qua duos filios Hipparinum & Nysæum procreauit, totidemque filias Sophrosynen, & Areten. quarum priorem Dionysio filio eidem, cui regnum reliquit, ⁵nuptum dedit, alteram Dioni. Dion autem præter nobilem propinquitatem, generosamque maiorum famam, multa alia ab natura habuit bona: in his ingenium docile, ⁶come, aptum ad arteis optimas, ⁷magnam corporis dignitatem, ⁸quæ non minimum commendat: magnas præterea diuitias à patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerit. Erat ⁹intimus Dionysio priori, ¹⁰neque minus propter mores, quam affinitatem. namque etsi Dionysij crudelitas ei displicebat, tamen saluum esse ¹¹propter necessitudinem, magis etiam suorum causa studebat. ¹²aderat in magnis rebus: eiusque consilio multum mouebatur tyrannus, nisi qua in re maior ipsius cupiditas ¹³intercesserat. ¹⁴Legationes verò omnes, quæ essent illustriores, per Dionem administrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter admini-

T

strando, crudelissimum nomen tyranni¹⁵ sua humanitate leniebat. Hunc à Dionysio missum Karthaginienses susceperunt,¹⁶ ut neminem umquam Græca lingua loquentem magis sint admirati.¹⁷ Neque verò hæc Dionysium fugiebant, nam quanto esset sibi ornamento sentiebat, quo fiebat, ut uni huic maximè indulgeret, neque eum secus diligeret, ac filium.¹⁸ qui quidem cum Platonem Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata,¹⁹ adolescenti negare non potuit, quin eum²⁰ arcesseret, cum Dion eius audiendi cupiditate flagraret.²¹ Dedit ergo huic veniam,²² magnâque eum ambitione Syracusas perduxit, quem Dion adeo admiratus est, atque adamavit, ut se totum ei traderet, neque verò minus Plato²³ delectatus est Dione. Itaque cum à Dionysio tyranno²⁴ crudeliter violatus esset,²⁵ quippe quem venundari iussisset, tamen²⁶ eodem rediit, eiusdem Dionis precibus adductus. Interim²⁷ in morbum incidit Dionysius: quo cum grauiter²⁸ conflictaretur, quæsiuit à medicis Dion, quemadmodum se haberet,²⁹ simulque ab his petiit, si forte maiori esset in periculo, ut sibi faterentur.³⁰ nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno,³¹ quod sororis suæ filios ex illo natos partem regni putabat debere habere. Id³² medici non tacuerunt, & ad Dionysium filium sermonem retulerunt, quo ille commotus, ne³³ agendi cum eo esset Dioni potestas, patri³⁴ soporem medicos dare coegit. Hoc³⁵ ager sumto, somno sopitus, diem obiit supremum.³⁶ Tale initium fuit Dionis & Dionysij simultatis,³⁷ eaque multis rebus aucta est: sed tamen primis temporibus aliquandiu simulata inter eos amicitia mansit, cumque Dion non desineret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret, & eius consilium vteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari,³⁸ morem ei gessit, eodem-

que tempore³⁹ Philistum historicum Syracusas⁴⁰ reduxit, hominem⁴¹ amicum non magis tyranno, quam tyrannidi. Sed de hoc in eo meo⁴² libro plura sunt exposita, qui de historicis conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, ut⁴³ persuaserit tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis, à qua⁴⁴ voluntate Philisti consilio deterritus, aliquanto crudelior esse cœpit. Qui quidem cum à Dione se superare videret⁴⁵ ingenio, auctoritate, amore populi,⁴⁶ verens, ne si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, nauem⁴⁷ ei triremem dedit, qua⁴⁸ Corinthum deueheretur, ostendens,⁴⁹ se id utriusque facere causa, ne, cum⁵⁰ inter se timerent, alteruter alterum præoccuparet. Id cum factum multi⁵¹ indignarentur, magna⁵² esset inuidia tyranno, Dionysius omnia,⁵³ quæ moueri poterant, Dionem⁵⁴ naueis imposuit, ad eumque misit. Sic enim existimari valebat, id se non odio hominis, sed suæ salutis fecisse causa. Postea verò quàm audiuit, eum in Peloponneso manum⁵⁵ comparare, sibi que bellum facere conari: Aretem⁵⁶ Dionis uxorem alij nuptum dedit:⁵⁷ filiumque eius sic⁵⁸ educari iussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus, nã puero prius, quàm pubes esset, scorta adducebantur: vino, epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio relinquebatur. Is⁵⁹ usque eò vitæ statum commutatum ferre non potuit, ut, postquam in patriam rediit pater (namque⁶⁰ appositi erant custodes, qui eum à pristino victu deducerent) se è⁶¹ superiore parte adium deiecerit, atque ita interierit. Sed illuc reuertor. Postquam Corinthum peruénit Dion, & eodem perfugit⁶² Heraclides ab eodem expulsus Dionysio, qui præfectus fuerat equitum: omni ratione bellum comparare cœpt-

runt. sed non multum proficiebant, quod⁶³ multorum annorum tyrannis magnarum⁶⁴ opum putabatur. quam ob causam⁶⁵ pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non⁶⁶ tam suis copiis, quam odio tyranni, maximo animo,⁶⁷ duabus onerariis nauibus,⁶⁸ quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis nauibus, decem equitum, centumque peditum millibus, profectus oppugnatum, quod omnibus gentibus admirabile est visum,⁶⁹ adeo facile perculit, ut post diem tertium, quam Siciliam attigerat,⁷⁰ Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest,⁷¹ nullum esse imperium tutum, nisi beniuolentia munitum. Eo⁷² tempore aberat Dionysius, & in Italia⁷³ classem opperiebatur, aduersariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum.⁷⁴ quae res eum fefellit. nam Dion iis ipsis, qui sub aduersarij fuerant potestate,⁷⁵ regios spiritus represit, totiusque eius partis Sicilia⁷⁶ potitus est, quae sub Dionysij potestate fuerat: parique modo urbis Syracusarum, praeter arcem &⁷⁷ Insulam adiunctam oppido. eoq; rem perduxit, ut talibus⁷⁸ pactionibus pacem tyrannus facere vellet, Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas⁷⁹ Apollocrates, cui⁸⁰ maximam fidem vni habebat Dionysius. Has tam prosperas, tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio, quod fortuna sua mobilitate, quem⁸¹ paulo antè extulerat,⁸² demergere est adorta: primum in filio, de quo commemoravi supra,⁸³ suam vim exercuit. nam cum⁸⁴ uxorem⁸⁵ reduxisset, quae alij fuerat tradita,⁸⁶ filiumque vellet reuocare ad virtutem, à perdita luxuria, accepit grauisimum parens vulnus⁸⁷ morte filij.⁸⁸ deinde orta dissensione inter eum, & Heraclidem: qui⁸⁹ Dioni principatum non concedens,⁹⁰ factionem comparauit. neque enim minus

valebat apud optimateis: quorum consensu praerat classi, cum Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit animo a quo Dion, & versum illum. Homeri retulit⁹¹ ex secunda rhapsodia: in quo haec sententia est, Non⁹² posse bene geri remp. multorum imperiis.⁹³ quod dictum magna inuidia commota est. namque aperuisse videbatur, se omnia in sua potestate esse velle. hanc ille non⁹⁴ lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit, Heraclidemq; cum Syracusas venisset,⁹⁵ interficiendum curauit. Quod factum⁹⁶ omnibus maximè⁹⁷ timorem iniecit. nemo enim illo interfecto se tutum putabat. Ille autem aduersario remoto⁹⁸ licentius eorum bona, quos sciebat aduersus se sensisse, militibus dispertiuit. quibus diuisis cum quotidiani maximi fierent sumtus,⁹⁹ celeriter pecunia deesse coepit.¹⁰⁰ neque quò manus porrigeret, suppetebat, nisi¹⁰¹ in amicorum possessiones. id eiusmodi erat, ut, cum milites reconciliaffet,¹⁰² amitteret optimateis. quarum rerum cura frangebatur, &¹⁰³ insuetus malè audiendi non aequo animo ferebat, de se ab iis¹⁰⁴ malè existimari, quorum paullo antè in caelum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem¹⁰⁵ offensa in eum militum voluntate liberius loquebatur, & tyrannum non ferendum dictitabat. Haec ille intuens, cum¹⁰⁶ quemadmodum sedaret, nesciret, &¹⁰⁷ quorsum evaderet, timeret.¹⁰⁸ Callicrates quidam, ciuis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat,¹⁰⁹ homo & callidus, & ad fraudem acutus,¹¹⁰ sine ulla religione ac fide, adit ad Dionem, & ait, eum in magno periculo esse propter offensionem populi, & odium militum: quod nullo modo euitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet¹¹¹ illi inimicum,¹¹² quem inuenisset idoneum.¹¹³ facile omnium animos cogniturum, aduersariosq;

que sublaturum, quòd inimici¹¹⁴ eius¹¹⁵ dissidenti suos sensus aperturi forent. Tali consilio probato¹¹⁶ excipit has partes ipse Callicrates: & se armat¹¹⁷ imprudentia Dionis: ad eum interficiendum socios conquirat, aduersarios eius conuenit,¹¹⁸ coniuratione confirmat. Res, multis consciis quæ gereretur, elata refertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Areten. Illæ timore perterritæ¹¹⁹ conueniunt, cuius de periculo timebant. At ille negat, à Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quæ agerentur, fieri¹²⁰ præcepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratem in¹²¹ adem Proserpina deducunt, ac iurare cogunt, nihil ab illo periculi fore Dionis.¹²² Ille hac religione non modò ab incepto non deterritus, sed¹²³ ad maturandum concitatus est, verens ne prius consilium aperiretur suum, quàm¹²⁴ conata perfecisset. Hac mète proximo die festo, cum à conuentu remotum se Dion domi teneret, atque in¹²⁵ conclauis edito recubisset: consciis loca munitoria oppidi tradidit,¹²⁶ domum custodibus sepsit:¹²⁷ à foribus qui non discederent, certos præfecit: nauem triremem armatis ornat.¹²⁸ Philocratique, fratri suo, tradit: eamque in portu agitari iubet, ut si exercere remiges vellet, cogitās, si forte consiliis obstitisset fortuna,¹²⁹ ut haberet,¹³⁰ quòd fugeret ad salutem. suorum autem è numero¹³¹ Zacynthios adolefcentis quosdam elegit, cum audacissimos, tum viribus maximis: hisque dat negotium, ut ad Dionem eant¹³² inermes,¹³³ sic ut conueniendi eius gratia viderentur venire. Hi propter notitiam sunt intromissi. At illi, ut limen eius intrarunt,¹³⁴ foribus obseratis in lecto cubantem inuadunt:¹³⁵ colligant, fit strepitus, adèd ut exaudiri posset foris. Hic, sicut antè sepe dictum est, quàm inuisa sit¹³⁶ singularis potentia, & miseranda¹³⁷ vita, qui se metu, quàm amari ma-

lunt, cuius facile intellectu fuit. namque illi ipsi custodes,¹³⁸ si propitia fuissent voluntate, foribus effractis seruare eum potuissent, quòd illi inermes telum foris flagitantes viuum tenebant. cui cum succurreret nemo,¹³⁹ Lyco quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est. Confecta cade cum multitudo visendi gratia introisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. nam¹⁴⁰ celeri rumore dilato Dionis vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspitione ducti immerenteis inermis, ut sceleratos, occidunt. Huius de morte ut palam factum est,¹⁴¹ mirabiliter vulgi immutata est voluntas. nam qui viuum eum tyrannum vocitabant, eundem liberatorem patriæ, tyrannique expulsorem prædicabant. Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine, si possent, ab¹⁴² Acherunte cuperent redimere. Itaque in¹⁴³ urbe, celeberrimo loco,¹⁴⁴ elatus publicè, sepulcri monumento donatus est. diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus,¹⁴⁵ quartum post annum, quàm ex Peloponneso in Siciliam redierat.

DION.

DION Hipparini fil.) sic Diod. Sicul. lib. 16. Ἐπὶ δὲ τούτων Δίων ὁ Ἰππάρκου, οὗ ἑταίρων ὑπάρχων ἑπιφανέστατος, ἐφύθη ἐν τῆς Συρακίας, καὶ ἴδεν τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς ἢ ἄλλοις οὐ σὺ ἑταίροις, ἢ τοῖς ἄλλοις σικελιώταις, &c. i. Licinio, & C. Sulpicio coff. Dio Hipparini fil. Syracusanorum clariss. ex Sicilia exsulanus, & propter animi magnitudinem, Syracusanos, & alios Siculos liberauit, &c. sic & Suidas.

2. Namque ille superior) qui duodequadragesimo annos tyrannidem obtinuit, cum V. & XX. annos natus dominatum occupasset, inquit M. Tullius lib. V. Tuscul. quæst. & ita Diod. Siculus lib. 14. κατ' ὄλιγον δὲ χρόνον Διονύσιος εἰς ἀπόωσιαν ἐμπιστὴν ἐπέλαττα διαταύσας ἐπιπελάκοντα καὶ ὀκτώϊδ ἐστὶν παύλο π. St Dionysius morbo implicitus mortuus est, cum duo de quadraginta regnasset annos.

3. Aristom. sor. Dion.) sic Diod. lib. 4. Habuit enim duas uxores Dionysius superior, ut tradit eo, quem dixi, libro, Diodorus, vnam nomine Dorida, natione

Locram, Xeneti viri ciuium suorum nobilissimi fil. alteram Syracusanam, nomine Aristomacham, Hipparini filiam, Dionis sororem: ex qua duos liberos procreauit, Hipparinum, & Narsaeum: vel, vt Probus, Nysaeum. Sed Aelianus lib. 13. variae histor. aliter. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο γυναῖκας ἡγάγη Διονύσιος, Δωρίδα, τὴν Λοκρῖδα, & Ἀρεταίην τὴν Ἰταπεινὴν, Δίωτος ὁ ἀδελφεὸς αὐτοῦ ἐκάστην ἐπέλεξε ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἢ ἰσοκαλοῦσθαι ἑκάστου μὲν ἢ δὲ ἐπιφανέστατα ὑπέβλεπε, i. vno die duas uxores duxit Dionysius: Dorida Locram, seu Locridem: & Aristenetam Hipparini fil. Dionis sororem: & cum utraque cubabat victisim: & altera quidem sequebatur eum in castra, & militiam: altera reuertentem excipiebat. Idem Aelianus non solum ab aliis, sed etiam a se ipse distidens, & discrepans, lib. 12. Aristomacham facit Dionis uxorem, Areten sororem: & ita Dionysij uxorem. sic enim ille. Δίωτος δὲ ἄρχοντος Συρακούσων ἀποδραμόντος εἰς Λοκροὺς Διονυσίου, ἐπέλεξε αὐτὸν ἢ ἄρρητον (seu ἀρῆτον) ἢ τὴν Δίωτος ἀδελφὴν καὶ μετὰ τὴν αὐτὴν, ἢ δὲ Ἀρεταίαν ἢ ἰσοκαλοῦσθαι ἑκάστου μὲν ἢ δὲ ἐπιφανέστατα ὑπέβλεπε, i. vno die duas uxores duxit Dionysius: tunc Arete quidem Dionis soror eum salutauit: Aristomache vero sequebatur a tergo pra pudore faciem tegens, & salutare non audes vt virum, quoniam vi coacta legem thori cum eo communis no seruauerat castam, & impollutam, & c. Sequamur igitur alios potius, quam Aelianum, praesertim cum Plutarchus cum illis congruat. sic enim Plutarch. in Dione. Διονύσιος δὲ τὴν Ἀρεταίαν ἀλάστον, καὶ κρατισταύρους, αὐτῶν ἀγαπᾶν δύο γυναῖκας αἶμα, τὴν μὲν ἐκ Λοκρῶν ὄνομα Δωρίδα, τὴν δὲ Ἰταπεινὴν, Ἀρεταίαν, ὅτι ἰταπεινὴν ἡρώσθησαν τὸν αὐτὸν ἐκ τῶν συρακούσων, & Διονύσιος προαφῆσεν ὅτι παρὰ τὴν ἀπάραττον ἐπὶ τὸν πόλεμον ἠρέδην στρατηγός, i. Dionysius autem imperium adeptus, & robur nactus, rursus duas uxores ducit vno tempore, alteram ex Locris, nomine Doridem: alteram Syracusanam, Aristomacham, Hipparini fil. viri inter Syracusanos principis & primarij, qui- que Dionysij collega fuerat, quo tempore primum ad bellum gerendum imperator factus est. & M. Tull. lib. V. Tuscul. Cumque duas uxores haberet, Aristomacham ciuem suam, Doridem autem Locrensem: sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia specularetur, & perscrutaretur antea.

4. ex qua d. fil. Hipp.) Diod. Sicul. eod. lib. Hipparinum & Narsaeum. Plutarchus in Dione, non negat quidem ille, Dionysio maiori ex Aristomacham filios esse natos, sed scribit, ex peregrina Dionysium, cuius hic vita scribitur, antequam illa grauida fieret, natum esse, & Aristomacham diu infancundam fuisse. Sed quod ad rem attinet, Plutarchus tradit Areten nupsisse prius Thearidae Dionysij fratri: eo mortuo vero, Dionis, cum esset sororis filia sic Plutarchus in Dione. Σωφροσύνῃ μὲν Διονύσιος τὰς ἡρώσθησαν, Ἀρετὴν δὲ Θεαριδίῳ τῷ ἀδελφῷ. πλεονεχίαντος δὲ τὸ ἀδελφοῦ Θεαριδίου Δίωτος ἔλεξε Ἀρετὴν ἀδελφεῖς ἡρώσθησαν. Idem paullo post scribit vreis liberos Dionysio ex Locrensi uxore esse natos: quattuor ex Aristomacha, duos mares, totidemque feminas.

5. nuptum dedit) sic supra locutus est siue Nepos, siue Probus in Pausania, des vi filiam tuam nuptum, & iterum infra, Areten Dionis uxorem alij nuptum dedit. In Timoleonte vero in extr. cum filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset, & c.

set, & c. Terent. Andria, datur illa hodie Pamphilo nuptum? Idem in Hecyra. Perij. ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?

6. come) Atqui fuit contumax, & acerbis natura, vel Platonis, qui cum optime nouerat, testimonio: qui eum reprehendens in epistola quadam, sic ad eum scribit: ἐνδυμοὺς ὅ ὅτι δοκεῖς ὑμῖν ἐν δέεισι πρὸς τὸ πρῶτον καὶ μετὰ τὸ πρῶτον. μηδὲ οὐκ ἔλαττανέτω σε, ὅ π δὲ τὸ δέεισεν τίς αὐτοῦ ἑστῆς, καὶ τὸ πρῶτον ὄντιν ἢ δὲ αὐτοῦ δέει αὐτὸν τοιοῦτος, id est cogita autem te nonnullis videri non satis ad homines obseruandos & colendos propensum, noli igitur ignorare rerum agendarum facultatem ex eo, quod quis placeat hominibus, & eorum benevolentia comparari: contumacia autem, seu praefractus animus solitudini contubernalis est. Sic & Plutarch. in Dione. ἀρῆτη δὲ καὶ ἐστὶν ὑπὸ τὸν ἥτορ εἶχε αὐτὴν, καὶ ἀπερίττειται δις ὅσοντος ἐν ἐκπύσει, & δις ἑξ ἑμῶν, & c. id est, habebant autem profectus mores eius tumorem quandam, & asperitatem aduentibus difficilem, & rem aliquam contrahere cum eo volentibus insuauem, & c. Idem sub extr. eandem morum asperitatem notat, & verba illa superiora Platonis profert.

7. magnam corp. dign.) M. Tull. off. i. Cum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: venustatem, muliebrem ducere debemus: dignitatem, virilem. Idem pro Caelio. Quis est enim, cui via ista non pateat? qui isti aetati, ac dignitati non possit, quam velit, petulanter, etiam si sine vlla suspitione, at non sine argumento, maledicere? sic enim legit Agretius, vetus grammaticus.

8. quae non minimum commendat.) sic legendum est, non, vt vulgo, commendatur. natum mendum est ex ignoracione verbi. commendat enim hoc loco valet, ornat, facit amabilem, benevolentiam: atque amorem conciliat: & subintelligendum est, homines, seu viros. sic Cicero lib. I. de orat. sub extr. & in voce, quae vna maxime eloquentiam vel commendat, vel sustinet, & c. Idem off. 2. P. Rutilij adolescentiam ad opinionem & innocentiam, & iuris scientiam P. Mucij commendauit domus. Idem oratione post reditum in sen. cum eum praeter simulatam, versutamque tristitiam, nulla res commendaret. Idem iterum de oratore ad Q. Fr. oratio placida, summissa, lenis reos commendat. Horat. epist. 15. lib. I.

- Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.
9. Erat intimus) vsus est eod. nomine ad eand. rem & supra in Conone.
 10. neque minus propter m.) Plutarch. paullo aliter. ἐν ἀρχῇ ἁπὸ εἰς ἡμιμὴν ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς ὑστερον δὲ τὸ φρονεῖν διδοὺς πύρρων, ἣ δὲ καὶ ἔωπὸν ἡγάγετο ἡδὲ τὸ πύρρων. i. Initio quidem in honore & pretio erat propter sororem: post autem siue prudentia specimine edito, iam per se diligebatur a tyranno.
 11. propter necessit.) propter affinitatem.
 12. aderat) aderat tyranno Dion: adhibebat Dionem tyrannus in consilium magnis de rebus.
 13. intercesserat) obstiterat: vel interposita fuerat.
 14. Legationes vero omnes, sic Plutarch. in Dione. ἐ μὲν ὄρε Δίωτος ἑλαστον εἶχε ἡδὲ τὸ Διονύσιον ἡμιμῆς, ἢ πρὸς αὐτὸν, διὰ τὸ πρῶτον εἶχε τε ταῖς μεγάλαις διαμείβαι, συμποσίων ὄρε τὸ Καρχηδονίους ἐταυμάσθη δὲ φερόντως, i. non tamen iccirco Dio minus honora-

tus, aut fidus erat apud Dionysium, sed & legationes maximas administrabat, atque obibat, & cum ad Karthaginiese mitteretur, magnam sui admirationem commouerat, atque excitarat.

15. sua humanitate leniebat) sic edendum curavi, coniectura ductus. Nam cum in exemplis Aldinis, & Florentinis, & nonnullis aliis, reperissem scriptum, tenebat, neque hoc verbum ad hunc locum mihi quadrare posse videretur, ex tenebat, leui & facili immutatione feci, leniebat, neque me mouet lectio Germanica, in qua est, tegebat. hoc enim tegebat, ex tenebat, factum est, coniectura facili illa quidem, & propinqua, quæ ad litteras attinet, sed quæ ad verbi vim, & sermonis Romani consuetudinem, minus apta. crudelitatem enim, aut crudele nomen humanitate, lenire, conuenienter, & translatione illustri dicitur: tegere verò nõ item, quod si quis huic verbo locus quaereretur, factum, aut facinus crudele tegi aptius diceretur, quàm nomen, meo quidem iudicio.

16. vt nem. vmq. Gr. l.l.m. f.adm.) sic fere Plutarchus, vt supra proximè retulimus.

17. Neque verò hæc Dion. fug. id est, neque verò hæc Dionysio, priori scilicet, obscurâ, aut ignota erant. sic loquuntur oprimi scriptores. M. Tull. pro Cæcina. alia si qua forte est actio, quæ nos fugiat, dic quæ sit. discere cupio. Innumerabilia sunt & apud hunc eundem, & apud alios exempla.

18. qui quidem cum Platon.) Platonem Tarentum venisse, & cum Archita locutum esse, ex ipsius Platonis ad Dionis propinquos epistola intelligere licet. refert M. Tull. in Catone maiore his verbis: cum quidem ei sermone interfuisset Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Camillo, P. Claudio coff., reperio. Refert & Diogenes Laërt. in Platon.

19. adolescenti) Dioni: qui, vt tradit Plutarchus, Platonem audiuit, prius quàm Plato tyrannum conueniret: ab eoque fuit, cum valde esset docilis, & ingenio acerrimo, ad studium virtutis & sapietie mirificè instammatu: quod & Plato in epistola quadam scripsit. Δίων μὲν γὰρ δὴ μάλα θυμώτης ὦν, πρὸς τὴν ἑλλάδα, καὶ πρὸς τοὺς πότι τῶν ἐμοῦ λόγους λεγομένων, οὕτως ὀξείως ὑπὸ κρούσει καὶ σφόδρα, ὡς οὐδεὶς πρόποτων ἐγὼ πρὸς σπουδῶν νέων. καὶ τὸ ἐπιλοπινοῦν βίον ζῆν ἐδέχιστο δὲ σφοδρόν τως ἦν πονῶν ἰταλιῶτων τε καὶ σικελιωτῶν, ἀρετῶν πλεονεξίαν ἰδοῦν, τῆς τε ἀλλης σφί φησὶ ἕστα πικρῆς. i. Dio enim cum esset valde docilis, cum ad alia, tum ad ea, quæ à me tunc de virtute dicebantur, ita facilem, acremque se præbuit auditor em, vt nemo vquam adolescens, quem conuenirem, aut in quem inciderim, magis: & reliquo vitæ tempore ita viuere instituit, vt egregiè præter alios Italos & Siculos virtutem voluptati, & ceteris similibus deliciis anteferebat.

20. arcesseret) sic habent omnia exempla, quæ quidem viderim. quod eò dico, vt sepius lectorem minus in lingua Latina exercitatum, admoneam, verbum accerso non esse Latinum.

21. Dedit ergo huic veniam) concessit Dionysius Dioni, vt Plato arcesseretur. sic locutus est & supra in Themist. sub extr. & item alibi.

22. magna que eum ambit.) id est, & eum ambitiosè atque honorificè Syracusas pertraxit. magna ambitione, id est magnis collatis in eum honoribus, & eius

gratiâ aucupans sic M. Tullius dixit in epist. I. lib. X. ad Att. petiuitque à me, vt eam ne ambitiosè corrigere antequam ederent. ambitiosè corrigere dixit, pro eo, quod est, in corrigendo assentari, & non liberè, neque audacter corrigere. idè lib. 13. ad famil. dixit, sine ambitione commendare. Vel dic ambitiosè, seu magna ambitione dictum esse pro eo, quod Græci vsurpant, φιλοτιμῶς, quod eodè récidit.

23. delectatus est) propter eius ingenium & virtutem.

24. crudeliter viol.) causam, quam obrem tali iniuria Platonem affecerit tyrannus, hanc affert Plutarchus, quia Dionysius Platonis de virtute viri boni, & de iustitia disputantis orationem ferre non potuerit, cum diceret, quemuis potius, quàm tyrannum, esse fortem: & vitam iustorum esse beatam, tyrannorum miseram, & calamitosam. Laërtius addit, tyrannum Platonis sermone offensum Platoni dixisse, verba eius γαρον πᾶν, id est senium, & senile delirium redolere: illum autem respondisse, ὅδ δὲ τυραννίδα, id est, at tua tyrannidem, seu tyranni mores olent. Sic sunt tyranni, & mali principes: omni honesta, & libera, & seuera, & vera oratione offenduntur, nihil libenter audiunt, nihilque amplectuntur, nisi flagitiosum, aut humile, aut sceleratum, aut ridiculum, aut falsum.

25. quippe quem venundari) Plutarch. in Dione, & Diogenes in Platone. Quin Plutarch. tradit, nominatim mandasse Dionysium Pollidi, vt eum vel in cursu interficeret, (erat enim Pollis in Æginam nauigaturus) vel venderet. Diodorus Sicul. lib. 15. τὸ μὲν πρῶτον ἀποδοχῆς ἡξίω τῆς μεγίστης δόρων αὐτῶν παρὸν ἡσυχῆ ἔχοντα ἀξίω τῆς φιλοσοφίας ὑστερον δὲ ἐκ τῶν λόγων πρὸς κώλας αὐτοῦ, παντελῶς ἀπικλοῦσθαι, καὶ πρὸς ἀλλοτρίους εἰς τὸ πρὸς τῆς εἰς, ὡς αὐτῶν πρὸς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ εἰκοσι. i. primum, quidem Dionysius Platonem accepit honorificentissimè, quod eum videbat libertatem vsurpare philosophia dignam: posterius verò quibusdam eius sermonibus offensus, prorsus ab eo alienatus est, eumque in forum productum, tanquam mæcipium, vendidit minis viginti.

26. eodem rediit) multis verbis rationes secundi in Siciliam aduentus exponit Plato in epistola quadam. Sed sciendum est, mortuo iam priore Dionysio, Platonem iterum in Siciliam nauigasse, & secundi Dionysij arcessitu, cum ille Platoni polliceretur per litteras, se omnia Dioni exsulanti, quæ vellet Plato, remissurum, largiturum, & concessurum, Syracusas repetuisse.

27. in morbum incid.) morbi causam fuisse, immoderatas epulas, compotationes, & ebrietatem tradit Diodorus Sicul. lib. 15, his verbis. ἐστὼν δὲ λαμπερῆς τοῖς φίλοις, καὶ τοῖς πότις φιλοπρότερον τῆ μέθῃ δοῦς ἑαυτῶν, εἰς ἀρρωστίας σποδοστέρας ἐπέπεσε δὲ τὸ πᾶν ἵος ἦν ἐμφροῦν ἔκταν ὑγῶν. i. Cum autem opiparis conuiuibus suos amicos acciperet, & sese in poculis cupidius ac liberalius inuigaret, & ebrietati totum se dedisset: in morbum grauiorem incidit propter humorum copiam.

28. conflictaretur) iactaretur, vexaretur, laboraret. sic M. Tullius dixit conflictari molestiis, Celsus conflictari doloribus, Cæsar conflictari graui annonâ, Tacitus conflictari tempestatibus.

29. simulque ab iis) secutus sum aliquot exempla, quæ sic habent, Colon. Basil. Paris. Nam alia quædam habent, de iis petiit.

30. Nam velle se cum eo coll.) Plutarch. in Di. ne. ἐπεὶ δὲ τὸ σῶν δὲ Διονύσιος, ἐδδ-

- 30. ξαν ἀβλαβῶς ἔχον, ἐπιχείρησεν αὐτῷ διαλέγεσθαι ὅτι ἔκ τῆς Δεισιμαχίας τέκνων ὁ Δίων.
- i. Posteaquam autē Dionysius morbo laborans visus est non esse vitalis, ex eoque morbo moriturus, conatus est Dio cum eo de filiis ex Aristomacha natis colloqui.
- 31. quōd sororis s. fil.) duos enim ex Aristomacha filios masculos procrearat, totidemque filias feminas Dionysius prior.
- 32. Id medici non tac.) Plutarch. οἱ δὲ ἰατροὶ τῷ μέλλοντι τῶ ἀρχῶν διαδοχῆσαι χάριτος, κερδοὶ παρέρχον. i. medici autem ab eo, qui imperium erat excepturus, gratiam ineuntes, tempus Dioni non præbuerunt, scilicet cum Dionysio moribundo colloquendi.
- 33. ne agendi) agendi cum patre, id est colloquendi.
- 34. soporem) id est pharmacum soporiferum. sic enim Plutarch. ex Timæo historico. ὡς δὲ Τίμαιος φησὶ, τὸ φάρμακον ὑπνοποιῖ αἰπῶν ἢ δύνει, ἀφείλοντο τῶ ἀδουσι αὐτῷ, θαλάτῃ σιβάσαντες τὸ ὑπνόν. i. quemadmodum. autem Timæus ait, etiam medicamento soporifero petenti dato, sensum ei moriendi ademerūt, somno cum morte connexo. Somnus autem à morte nulla re differt, præterquam temporis brevitate, ex quo mortem, longum somnum, ἡ χαλκίον, ἡ νύδμον, ἡ νύρεπνόν. i. appellat poetæ Græci. Horat. oda XI. lib. 3. ne longus tibi somnus, unde Non times, detur, ad quem locum plura à nobis notata sunt in commentar.
- 35. Hoc ager sumto) alij quidam codices habent, Hoc ergo sumto, &c.
- 36. Tale initium fuit Dion.) Aliter Plutarchus & Diodorus. apud Plutarch. in Dione nullum hac de re verbum, quin tradit ille, Dionysium posteriore Dione animi magnitudinem valde admiratum esse, & propensam in se voluntatem vehementer dilexisse. ὁ μὲ οὖν Διονύσιος ἀσφύως τῷ μεγαλοψυχίῳ ἐθαύμασε, καὶ τῶ ἀσφύμιῳ ἠγάπησε. Diod. lib. 16. autem ab utroque discrepans. εἶπεν δὲ ἄλλο τῶν ἀσφύμιῳ καὶ τῶ λαμπερότατι τῆς ψυχῆς εἰς ἑαυτὴν ἤλθε παραίτω, δόξας ἀλλοτρίως ἔχειν καὶ τῶν αὐτῶν πᾶσι. i. Dion autem propter nobilitatem, & magnitudinem animi in susceptionem venit Dionysio tyranno (minori) quippe idoneus ei visus, qui tyrannidem euertere posset.
- 37. eaque multis rebus) Plutarchus apertissimas & maximas odij & simultatis, & inuidie in Dionem causas fuisse scribit, vitæ degendæ dissimilitudinem, & victus consuetudinem à communicatione & societate alienam, easque creuisse crebris comitum, & intimorum Dionysij vocibus, quibus illius animum in Dionem exulcerabant, suspicionemque regni à Dione appetiti illi iniuciebant.
- 38. morem ei gesit) ad Platonem scripsit, ut testatur Plato, exstatque eius epistole summa in epistolis Platonis. sic autem Plato. ἐπιπέμει δὲ ἑπιστολὰν πάλιν μακρὰν, εἰδώς ὡς πρὸς Δίωνα διεκίμνω, καὶ τῶ αὖ τῷ Δίωτι ἀσφύμιῳ ἢ ἔμε πρὸν, καὶ εἰς Συρακούσας ἐλθόν. i. misit autem ad me Dionysius epistolam valde longam, sciens quo animo esset erga Dionem, & quantopere cuperet Dion me navigare, & Syracusas ire, &c. multæque ab eodem in eandem sententiam ad illum scriptæ epistole Athenas ventitabant, (inquit Plutarchus.) Addit eodem loco Plato, ad se scripsisse etiam Architam Tarentinum, aliisque ciueis Tarentinos, Dionysij studium sapientiæ commemorantibus, & collaudantibus.
- 39. Philistum historicum) quem multis locis commemorat Diodorus: & max.

- mè lib. 15. ubi eum Thuriis exfulasse narrat commemorat & Plutarchus, aitque fuisse litteris eruditum, & morum tyrannicorum peritum. de eodem & Suidas.
- 40. reduxit) ab exfulio. Plutarch. ἐπιστῶν αὐτῶν ἀπὸ τῆς φυγῆς μετὰ πέμπεσαι Φιλιστῶν. i. persuaserunt Dionysio ij, qui metuebant ne Plato Dionysium immutaret, atque à vita tyrannica ad philosophicam traduceret, ut Philistum ab exfulio reuocaret, ac restitueret, eum Platoni opponere cogitantes. Exfulabat autem Philistus circum Adriam à Dionysio maiore pulsus, ut tradit Plutarchus: ut Diod. Siculus lib. 15. Thuriis, ut modò diximus.
- 41. hominem amicum non m. tyr.) sic legendum, non ut habent exempla Veneta & Florentina, hominem inimicum, &c. sic enim Plutarch. ὁ δὲ δὴ Φίλιστος ἐξαρξῆς τῆ τῆ παραίδι καθίστα, ἄρρη ἀσφύμιῳ τῶν ἐαυτῷ παρέχον, καὶ τῶ ἀκραν διεφύλαξε φρουραρχῶν ὄντι ποιῶν χροῖον. i. Philistus enim & ab initio se in tyrannidem à Dionysio maiore constitutam optimè animatum præbuit, & arcem custodit, præsidio, quod in ea positum erat, præfectus ad longum tempus.
- 42. in eo meo libro) quem desideramus.
- 43. ut persuaserit) Itaque narrat Plutarchus, cum aliquanto post Platonis aduentum tempore, in quodam sacrificio tyrannico, & celebri, præco prædicasset, & precatus esset illud visitatum & sollempne, διαίδρην τῶν παραίδι ἀσάλδων πολλοῖς χροῖον. i. ut tyrannis multa secula permaneat immota & incolumis: tyrannum astantem dixisse, non desines nobis malè precari? quod Philistum valde pupugit, veritum ne Platonis apud tyrannum auctoritas, & oratio, tempore & consuetudine esset inexpugnabilis atque inuicta. Huc libet ascribere, quod refert Ælianus lib. 4. variae historiae. ὅτι κατὰ τὴν Πλάτωνος εἰς Σικελίαν κλητῶς, πολλὰ ὄντι πολλοῖς ἐπιστάταις τῷ Διονυσίῳ, καὶ ἀλλήλοισιν αὐτῶν ὄντι τὸ ἀμαδόντος Διονυσίου, αὐτῶς ἀβλαβῶς, ἀσφύμιῳ τῶ δὲ ποιησαυτος δὲ Δεισιμαχίας. πῶς δὲ φασὶ συρακούσων ἀσφύμιῳ εἰν τὰς ἑαυτῶν Ομήρου μὴ ἀπαίδευτοι, ἠδὲν τῆ ὄψι ἑπιπέμει. τὸ δὲ Ἰλιαδὸς εἰκίνα ἀσφύμιῳ εἰλῆται ὀλιγομεγῶσιν ἑξων Βελδοσπύῳ δὲ ἄρῃ ἑροπῆται ἀσφύμιῳ ἀεσπῶν. i. Reuersus in Siciliam Plato Dionysij minoris arcessit, qui multas ad eum epistolas miserat, cum ab eo in currum sublatu esset, & ipse quidem tyrannus aurigarat, Plato verò ei comes assideret, aiunt Syracusanum quendam, virum politum & venustum, neque carminum Homerum rudem, hoc aspectu delectatum, versus illos Homericos paulillum inflexos, atque immutatos, ad rem accommodate protulisse: Magnum autem sonitum dedit ingens faginus axis. Ponere: namque hominem mirum, egregiumque ferebat præstanti virtute virum.
- 44. à qua voluntate) Dionem apud tyrannum criminando, & multas, grauissimæque suspensiones in illum commouendo. accessit & Dionis epistola ad Karthaginensium magistratus & procuratores data, intercepta, & ad Dionysium allata.
- 45. ingenio) Vides omnem præstantiam inuisam, & suspectam esse tyrannis, & malis principibus, etiam ingenij ac virtutis. Contrà veri reges & boni principes præstantibus ingenio & doctrina, & virtute viros amplectuntur, augent honoribus, præmiis ornant. Sallust. Coniur. Catil. princip. Nam regib. boni, quam mali, suspectiores sunt: semperque iis aliena virtus formidolosa est.
- 46. verens, ne, si eum secum) Plato in epst. suprâ commemorata, μὴ δὲ ἀσφύμιῳ

ταως παρτω Διωνα Διονυσιος αντωδρος επιελθειν τη τυραννιδι, σμικρον εις πλοιν εμειναισιν δεεσθηεν ανιμωσ. i. in se autem fere post meum aduentum fortasse quarto Dionysius Dionem arguens, quod tyrannidi insidias compararet, eum in nauiculam impostum turpiter et ignominiose eiecit.

47. πλυμεν ει τριρ.) Plato σμικρον πλοιν, paruum nauigium. Plutarch. ακαπον, nauem piscatoriam.

48. Corinthum) Plutarch. in Italiam: Diodorus propius accedens, in Peloponnesum. Corinthus enim est in Peloponneso.

49. ostendens, se id vtr.) Plutarch. tradit in Dione, Dionysium lecta Dionis ad Karthaginienfis epistola, adhibito et presente Dione, ex qua Dionysius arguebat Dionem cum Karthaginensibus aduersus se, et tyrannidem consensisse, et societatem coiuisset, cum Dion pro se dicere, et se purgare conaretur, statim non facta Dionis respondendi potestate, sed e vestigio, imposto in nauiculam piscatoriam Dione, madasse nauitis ad se vocatis, vt eum in Italiam exponerent. sic Plutarch. απολογιστω δε βυλοδρω τω Διωνος, εκ ανωδρους, ανθ' ουδουσ, ως ετρε. θειδροσ εις ακαπον, ωρεσεται ες τωσ ναυταισ κομιζονται αυτον εν σφιν εις Ιταλιαν. Diodorus autem lib. 15. nullum de epistola verbum facit, neque in vlla fere alia re cum Plutarcho congruit, sed ait Dionysium veritum, ne a Dione opprimeretur, statuisse illum comprehendere, et de medio tollere: Dionem vero hoc comperto, seu animaduerso, primum apud quosdam amicos delituisset, deinde ex Sicilia cum Megacle fratre, et Heraclide tribuno militum in Peloponnesum fugisse. Sic Diodorus. ο δε Διων ανωδρουσ το αυω ωρεσεται εκρυφθη ωδωδ' εν σφιν φιλων, μτ' δε τωπα εφυσθη εν τωσ Σικελιασ εις πελοποννησον ελθαι αυ' εαυτωδ τον αδελφον Μεγακλω, και Χαειμαειδωσ, et cet.

Plutarchus rursus post illa, quae supra ex eo retuli, scribit, cum his, quae hic a Probo narratur, propemodum concinens, cum ex eo, quod fecisset Dionysius, magnus per totam urbem strepitus esset coortus, tota ciuitas erecta esset nouarum rerum expectatione, domus ipsius tyranni muliebri ploratu, et luctu personaret: illum metu perterritum Dionis amicos, et mulieres esse consolatu, quasi non esset hoc exsulium, sed peregrinatio, et absentia, ne forte ipse offensus, et commotus Dionis contumacia, et animi elatione, aliquid grauius in eum statuere, aut facere cogeretur, cuius ipsum postea paeniteret. Hoc spectauit M. Tullius, cum illud scripsit lib. 15. epist. ad Att. epist. 10. agrefereus, rumorem esse de Bruto in Asiam mittendo, Cassio in Siciliam, vt frumentum emendum, et ad urbem mittendum curarent, quod illa prouincia, seu legatio esset illis viris indigna, et relegati potius, quam legatio: ludos vero non facere, inquit, quid facilius? frumentum imponere. quae est alia Dionis legatio? aut quod munus in rep. sordidius?

50. inter se timerent) sic dictum, vt inter se amare. Terent. Adelp. amanti inter se: pro quo vulgus, amanti se inter se.

51. indignarentur) indignè ferrent, quod Graeci dicunt ἀγανακτείν.

52. magnaque esset inuid. tyr.) id est et magna inuidia conflaret tyrano, et c.

53. omnia, quae mou. pot.) Plutarchus paullo aliter, quam Probus, δυο δε ταισ ωδωδ' εδωεσ τωσ Διωνος οικιαουσ ενελθουσιν ανημεδρωεσ οσα βουλοιντο σφιν εκεινου, χημιαπα θεθεσσαι πωσ, απωρην ωδωεσ αυτον εις πελοποννησον αυω δε εσται μεγαλη τω Διωνω, η ωρεδεν ε τυραννιδωσ.

54. in nauis) alij libri habent in nauim.

55. manum comparare) quod eum fecisse tradit Diodorus eod. lib. καταπλωσασ. αν εισ τιω Κόλυδον, τωσ με κωσθουσ ηξίουσ σωεπιδωεσ εδωεσ τωσ ελεθελειασ σφιν σωεκοιστων αυτωδ δε μωδοφορουσ σωηγη, και πωσπληιασ σωηθηροικε, et c. i. cum autem Corinthum nauim appulisset, a Corinthiis postulabat, vt se libertatis Syracusanorum adiutores praerent: ipse autem mercenarios milites colligebat, et arma coaceruabat, et c.

56. Areten Dionis vx.) Hanc Plutarchus tradit inuitam a Dionysio Timocrati, vni ex eius amicis, esse in matrimonium collocatam.

57. filiumque eius) Aretaem, vt vult Timaeus, a matre sic appellatum: Hipparrinum, vt tradit Timonides Dionis familiaris: cui potius credendum esse censet Plutarchus.

58. sic educari iussit) legant, et relegant hunc locum patres, et ex co-intelligent, nullam se in filiis iniuriam accipere posse grauiorem, quam si quis eos virtuosa educatione a virtute abducat, mollique et dissoluta, et luxurioso victum cultuque corrumpat: contra non posse se peius de filiis suis mereri, quam si eos intemperanter et profuse, et molliter, et luxuriose, et libidinosè viuere sinat.

59. Is vsque eod vitae statum) Plutarch. in Dione, Dionis filium adolescentulum dolore et ira puerili impulsus se e tecto praecipitem egisse tradit: nihil praeterca. sic ille. εν υνωδ ελυπησ η δρηεσ μιμναι η παιδικων απαρχω λαθεουσασ ερηψαν εαυτον απω τωσ εσθουσ εν τω κεφαλω, η διεφθαρην. hunc casum commemorat et in ωδωεσ μωδωτ. ωρεσ Απολλων.

60. appositi erant custodes) venustè, et eleganter dictum. sic enim Latini loqui solent, addere, vel apponere custodes. notauimus ad illum locum Horatij oda. 4. lib. 3. nequitiae additus Custos.

61. è superiore parte aed.) απο τωσ εσθουσ. Plutarch.

62. Heraclides) homo turbulentus, seditiosus, mobilis, infidus, rei militaris imperitus. Plutarch.

63. quod mult. ann tyrannis) Sic legendum, non, vt vulgò, multorum annorum tyrannus. Non enim tyrannus, sed tyrannis multorum erat annorum. Atque hanc lectionem confirmant, quae mox dicemus: et quae ipse Probus ait infra non longè, ibi, quinquaginta annorum imperium.

64. magnarum opum) Itaque Dionysius maior dicebat, se relinquere filio tyrannidem adamante, seu vinculis adamantinis victam. Plutarch. in Dione. Diod. Siculus lib. 15. η η' αυωδ τω πατρωσ λεγμεδωλω αδαματη δε εδωεσ περιμυδωε. i. et cam, quae a patre dicebatur adamante vincita tyrannis. Alianus lib. 6. και τωπωσ. βασι...

παρρηῶν ὁ Διονύσιος, ἀδελφεὺν δὲ δεινὸν ἄπο τῶν ἀρχῶν κεκλήσθαι. i. his confisus Dionysius putabat se imperium adamante vincitum possidere. Ex quibus verbis perspicuum est, legendum esse supra tyrannis, non tyrannus.

65. pauci ad so. iet.) Diodor. Siculus eod. lib. contrā. Ἐχθρὸν δὲ πολλῶν ὑπακούοντων, ἔσθ' ἰ, cum autem celeriter multi Dionem audirent, & sequerentur, ἔσθ' c. sed dic paucos fuisse, spectata Dionysij potentia, aduersus quem bellum comparabatur: multos ex persona Dionis profugi & exsulis. vel potius, paucos fuisse Syracusanos exsules, qui periculi societatem cum Dione coire voluerint: multos fuisse ex reliqua Graecia, tradit enim Diodorus, triginta Syracusanos, qui in Peloponeso exsulabant, Dionem secutos esse.

66. non tam suis copiis) quae erant exiguae & tenues, si tyrannicas opes spectes, quae quales, & quantae essent, iam iam ex Diodoro referemus.

67. duabus oner. nauib.) Diod. Siculus eod. lib. ἐλαχίστας δὲ τῶν ποδῶν πᾶντων χησιδύρας ἀφορμῆς μάλιστα διωσείων τῶν καὶ τῶν Εὐρώπῃν κατέλυσεν ἀγέλης. Ἔς γὰρ ἀντιεστύθεν, ὅτι δὲ οὐ φορηγίς γαυσι καὶ παρθύσας παρεγγέτο διωσείων ναῖς μὲν μακρὰς ἔχοντες περὶ κακοσίας, στραπώτας δὲ περὶ μὲν εἰς ἄνεκα μωραῖδας ἰππίδας μωραῖας ὁ πᾶν δὲ, καὶ σῆπυ, καὶ χημύξ. Ὅσαυτῶν τῶν ποδῶν δὲ, ὅσην εἰς τῶν κεκλήσθαι τὸν ἰδύλοντα χορηγίαν δεικνύει τῆς ποσειδηόνος διωσείων χησείων δὲ τῶν εἰρημύρων, πόλι μὲν ἔχοντα μάλιστα τῶν ἐκλιώδων λιμύρας δὲ καὶ νεωείας, ἃ κατὰ οὐδὲν ἀσμενίας ἀκροπόλεως ἀελάωτας ἔπ' δὲ συμμάχων διωσείων ἔχοντα πᾶντος. i. Minimis autem omnium ante se tyrannidem euertit insperato. Quis enim speraret, eum duabus nauibus onerariis nauigantem tyranno superiorem futurum, qui nauibus longas haberet quadringentas, militum peditem millia centum, equitum circiter decem, armorum, & frumenti, & pecuniarum tantum apparatus, quantum credibile est eum habuisse, qui copiosè & prolixè suppeditaturus esset comitatum iis, quas diximus copias, & praeter ea, quae dicta sunt, qui urbem haberet Graeciarum urbium maximam? portus, & naualia, & arceis exstructas inexpugnabileis? postremò qui superiorum potentium multitudine instructus esset?

68. quinquaginta annor. imp.) etiam hic locus emendationem illam nostram confirmat, tyrannis pro vulgato, & recepto, tyrannus.

69. adeò facile perculit) adeò facile peruertit, & prostrauit. de vi huius verbi satis multa diximus in commentariis Horatianis, & notis Ciceronianis, mendosè autem habent exempla Veneta & Florentina, pertulit.

70. Syracusas introierit) & vnà cum eo Megacles eius frater, & Callippus Atheniensis, & aliquot exsules Syracusani, omnes coronati: sed medius inter fratrem & Callippum Dion praee omnibus insignis atque illustris, & armis luculentis totus vndique collucens. Laetitia autem ciuitatis, & dies festos, & epulas ob spem recuper. ind. & breui tempore libertatis, & gratulationes, & vota pulchrè describunt Plutarchus, & Diod. Sicul. libris & locis supra indicatis.

71. Nullum esse imperium tut.) Faxit deus optimus max. vt hec edificant reges, atque in animis infixum teneant. essent eorum opes st. biliore: essent eorum ciues be. atiores: non necesse haberent illi in praesidio externo spem salutis & incolumitatis

tatis suae constituere, suorum voluntatibus diffisi, neque stipatores corporis, & custodes capitis aduenas adhibere, à suis ciuibus sibi metuentes. Praclare igitur Dio, cum Dionysio suaderet, vt Platonem Athenis arcesset, totumque se ei viro traderet philosophiae praecipis, & documentis imbuendum, docens, adamantina vincula imperij (quod eius pater Dionysius dicere solebat) non esse vim & metum, neque magnum robustorum iuuenum numerum, & ingentem barbarorum corporis custodum multitudinem, neque arceis montibus impositas, vt ait Flaccus, sed ciuium beniuolentiam, & propensam in principem voluntatem, ex eius virtute, & iustitia in illorum animis insitam: quae quamuis sint contentis illis, & duris vinculis molliora, esse tamen ad diuturnitatem imperij solidiora, ac validiora. Quòd autem tyranni arceis munitas in urbibus condunt non aduersus hosteis externos, sed aduersus ciueis suos, quos habent hostium loco: vehementer errant, & pessimè sibi consulunt, & qui sunt illis auctores, vt id faciant, pessimè de eis merentur. nam talibus arcibus ciuium in illos odium magis ac magis incenditur atque augetur. At odia populorum plus possunt ad pestem atque interitum, quam loca vel munitissima ad stabilitatem ac salutem. Huc pertinet quòd infra in eadem vita dicitur, nisi quòd de iis intelligitur, qui in libera ciuitate dominari, & tyrannidem obtinere volunt, quales fuerunt Dionysius, & Caesar. Sic igitur Probus. Hic, sicut ante saepe dictum est, quam inuisa sit singularis potetia, & miseranda eorum vita, qui se metui, quam amari malunt, cuius facile intellectu fuit. sic M. Tull. de Off. lib. 2. Rerum autem omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quam diligere: nec alienius, quam timere. Praclare enim Ennius, quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, perisse expetit. Multorum autem odii nullas opes posse obsistere, si antea fuit ignotum, nuper est cognitum. sequitur paucis post. malus enim est custos diuturnitatis metus: contraque beniuolentia, fidelis vel ad perpetuitatem. ibidem paullo post. Quòd igitur latissime patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes, & potetiam valet plurimum, id amplectamur, vt metus absit, caritas retineatur.

72. Eo tempore aberat Dionys.) commiseratque arceis custodiam Timocrati illi, de quo supra. erat autem circa Cauloniam in Italia, venitque Syracusas septimo post Dionis introitum die: Diod. Siculus lib. 15.

73. classē opperiebatur) classē exspectabat: cui praecerat Philistus: qui cum venisset tandem cum multis triremibus, sed serò, naui, qua ueheretur, capta: manus sibi attulit: vel, vt alij tradunt, in potestatem aduersariorum venit ab eisque faedè & contumeliosè trucidatus est. Plutarch. & Diod. Siculus lib. 16.

74. quae res eum fef.) quae opinio eum fefellit.

75. regios spiritus) βασιλῆας, seu πρῶτον τὸν φρόνημα: i. regia superbiā ac ferociā.

76. potitus est) verbum potior cum patrio casu numeri singularis iunxit, vt & aliās.

77. & Insulam) Insula, pars erat urbis Syracusarum, & instar urbis, vt ait M. Tullius in Verr. Syracusae enim constabant, ex quattuor urbibus. Sic M. Tull. lib. III. accusation. Syracusas describens, Ea tanta est urbs (inquit) vt ex quattuor urbibus cōsistere dicatur: quarum vna est ea, quam dixi, Insula: quae duobus

portubus cincta, in utriusque portus ostium, aditumque projecta est: in qua domus est, quæ regis Hieronis fuit: qua prætores uti solent, in ea sunt edes sacræ complures, sed duæ, quæ longè ceteris antecellunt, Dianæ una, & altera, quæ fuit ante istius aduētum ornatißima, Mineruæ. In hac in insula extrema, est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluitu maris & cet. Altera est vrbs Syracusis, cui nomen Acradina est, in qua forum maximum, & c. Tertia est vrbs, quæ, quod in ea parte fortunæ sanum antiquum fuit, Tuche nominata est: in qua gymnasium amplissimum est, & complures edes sacræ: coliturque ea pars, & habitatur frequentissimè. Quarta autem est, quæ quia postrema edificata est, Neapolis nominatur, & c. Sic Liuius lib. XXV. annal. Epicles ab Insula, quam ipsi Nasos vocant, citato profectus agmine, & c. sequitur paucis post verbis, retro in Acradinam agmen conuertit, non tam vim, multitudinèque hostium metuens, quàm nequa intestina fraus per occasionem oriretur, clausasque inter tumultum Acradinæ, atque insulæ inueniret portas, & c. sequitur XXX. fere post verbis, Marcellus ut Euryalum neque tradi, neque capere vidit posse, inter Neapolim & Tycham (nomina partium vrbis & instar urbium sunt) posuit castra, & c. Quoniam autem supra ex Cicerone cognouimus, duas ædeis sacras, alteram Dianæ, alteram Mineruæ fuisse in ea Syracusarum parte, quæ Insula, seu Nasos nominabatur: proponam ac proferam lectori bonis litteris politico nummos argenteos (eorum notas, & inscriptiones, inquam) quorum mihi fecerunt copiam Hæricus Memmius, vir clariss. & Clemens Teueninus, homo totius antiquitatis inuestigator atque indagator diligentissimus. Hi igitur nummi habebant altera in parte Mineruæ caput impressum galeatæ: in altera Dianam totam canibus venaticis succinctam, passis comis, veste recincta, nudis genibus, & cruribus: gestantem, humero leuo pharetram: qualem describit Virgil. lib. I. Æneid. virginem Spartanam, aut Harpalicam illam Thressam, his verbis. Namque humeris de moreabilem suspenderat arcum Venatrix: dederatque comam diffundere ventis, Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentis. Postremò scriptum erat circum oras nummorum extremas, Græcis litteris, ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Hos igitur duos nummos his notis impressos, planè inter se simileis nuper vidi mihi à duobus illis viris indicatos. Duos autem præterea alios (quoniam in Syracusarum & nummorum ad eas pertinentium mentionem incidimus) non ita pridem in ædibus Hærici Memmij, & attentè consideravi, cum apud eum ego, & Hieronymus Chomedæus, affinis meus, vir optimus, & disertissimus, harum rerum non indiligens obseruator, & I. A. Baifius Lazari Baifij F. homo paternarum virtutum æmulus, pransi effemus: quorum alter in antica parte præ se fert caput vrbis Syracusarum in muliebrem figuram conformatum, cum hac inscriptione, recta linea, ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ: in postica, spicam, & tres delphos circum spicam ita dispositos, ut si à singulis ad singulos lineæ producantur, triquetra figura appareat: quæ nota significant, opinor, partim agrorum illius insulæ fertilitatem, & frumenti feracitatem, quæ vel ex M. Tullij Frumentia perspicere potest, partim navigationis & maris opportunitatem: alter, quod ad anticæ partis notam atque inscriptionem attinet, nihil à superiore differt: in postica verò parte habet quadri-

gas impressas: quæ significant, opinor, regum, & principum Syracusanorum Olympicas, & Isthmicas, & ceteras Circensæis victorias: quas Pindarus tamen magis, quàm vlli nummi, immortalitati consecrauit. 78. ut talib. pactionib.) Diod. Siculus eod. lib. Διοιοσιος δὲ τὸ μὲν ἀρχαῖον πατρὸς φίλων ἀποβαλὼν, καὶ στρατηγὸν μὲν ἔπιρον ἀξιοχρεώσασθαι ἐχάρη, αὐτὸς δὲ διωάμενος φέρειν τὸ πρὸς πολέμου βαρὸς, καὶ ἐπιμύχῃ ἀποσβύσαι, ἀπὸ τῶν Δίωνος, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν τῶν ἡμισυ αὐτῶν τῶν ἀρχῶν ἀξιοχρεώσασθαι, ὕστερον δὲ βυβλόμενος ὄλλω ἐξήχευεν. τὸ δὲ & c. i. Dionysius autem amicorum quidem suorum ad agendum promtissimo & efficacissimo, amisso: alterum autem, imperatorem idoneum non habens, cum ipse onus belli sustinere non posset: legatos ad Dionem misit primum quidem, dimidiam imperij partem tradens, deinde verò totum tradere paratus, & c. Plutarch. paullo aliter. καὶ δὲ τῶν Φιλίστου τελευτῶν Διοιοσιος ἐπιμύχῃ ἀπὸ τῶν Δίωνος, τῶν μὲν ἀπὸ τῶν ἡμισυ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἀξιοχρεώσασθαι, ὕστερον δὲ βυβλόμενος ὄλλω ἐξήχευεν. τὸ δὲ & c. i. post mortem autem Philisti, misit ad Dionem legatos Dionysius, arcem, & arma, & milites conductos, & integrum in quinque mensis stipendium tradens, postulansque, ut sibi, pactis fœderibus, in Italiã abire, & illi habitanti agri Syracusani, cui Gyata nomen est, fructus percipere liceret: quæ regio est lata, & opima, pertinens à mari ad mediterraneam Siciliæ partem. cum autem Dio legatis respondere noluisset, sed eos ad Syracusanos reiecisset, & c. 79. Apollocrates) Dionysij filius natus maior. 80. cui max. fid. hab. vni Dionysius) sic legendum, non ut vulgo, Dion. hic autem Apollocrates arcem tandem Dioni dedit, partim rei frumentariæ inopia, partim vi oppugnantium coactus. 81. quem paullo antè extulerat) hic est fortunæ ludus sollempnis, & vsitatus. Horat. oda 29. lib. 3. Fortuna sæuo lata negotio, Ludum insolentem ludere pertinax, Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alij benigna. 82. demergere) deprimere. tralatio est ab iis, qui in aquam merguntur. neque malè opposuit inter se demergere, & efferre. Nam sic Virgilius de Neptuno lib. I. Æneid. qui intelligitur in aquam fuisse demersus, placidum caput extulit vnda. 83. suam vim exercuit) alij libri habent, suam seuitiam exercuit: & supra, in filium. Omnino hoc totum, suam vim, seu suam seuitiam exercuit, videtur esse subditum. nam hoc detractò, oratio mollius, & facilius curret, & sententia planior erit: idèmq; Claudio Puteano videbatur. Ita igitur legèdum, hoc, quod alienum est, delete, quod fortuna sua mob. q. p. a. ext. d. est adorta, primum in filio, de quo commemoravi supra. Nam cum & c. Hic enim ordo est, adorta est eum fortuna primum in filio, & c. deinde orta diff. & c. 84. uxorem) Areten, quæ Timocrati nupsit, expulso Dione. 85. reduxisset) de integro duxisset, oratu Aristomachæ sororis. narrant enim historici, Dione arce potito, Aristomacham quidem sororem Dionis, Hipparino eius filio secum adducto, cupidè Dioni obuiam procißisse, Areten verò pudore deterritam, quod alteri viro, nempe Timocrati, ut supra diximus, nupsisset, à ter-

go sterisse, neque ausam esse in viri conspectum prodire: Dionem tamen audita Aristomacha sorore uxorem purgante, cum diceret, illam necessitate coactam alij viro nupsisse, totoque illo tempore miseram fuisse, illacrymatum, uxorem osculatum esse, etque domum suam redire iussit, filium Hipparinum reddidisse.

86. filium quem Dionysius corruperat, ut supra dictum est, vino, epulis, scortis, denique viuendi genere molli, profuso, luxurioso, et libidinoso.

87. morte filij de qua supra dictum est.

88. deinde orta diss.) semel atque iterum inter se dissensisse Dionem et Heraclidem, totiesque in gratiam reductos esse narrat Plutarch. Diod. Siculus autem tradit, inter Syracusanos seditionem coortam esse, alius summam imperij Heraclidi, alius Dioni deferre volentib.

89. qui Dioni princip. non conc.) exstat apud Plutarchum Heraclidis oratio, qua Dionem apud Syracusanos accusat, quod Dion solus imperaret, ipse tamquam priuatus, rerum gerendarum non esset particeps: quod arcem non subruisset, quod populo Dionysij maioris sepulcrum rescindere, et cadauer insepultum proicere volenti obstitisset, quod Corintho consiliarios, et imperij collegas arcesseret, ciueis indignos esse, qui remp. gerant, existimans, et c.

90. factionem) seditionem, siue malorum consensum, et conpirationem. Salust. bello Catil. Erat eodem tempore Cn. Piso adolescens nobilis: summæ audacie, egens, factiosus: quem ad perturbandam remp. inopia, atque mali mores stimulant. Idem ibid. in C. Manlij ad Q. Martium regem mandatis, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunæ cedere. Sed de hac voce supra.

91. ex secundo rhapsod.) ex secundo lib. Iliad. sic enim appellantur Homeri libri, vel ἀπὸ τοῦ ῥαψῶδης ἢ ὠδῆ. i. à consueudis et connectendis carminibus, seu canticibus: vel ἀπὸ τῆς ῥαψῶδος ἢ ὠδῆς. i. à virga et cantu, quod qui carmina recitarent, virgam tenerent. Sed priorem sententiam magis probant eruditiores. Erat autem Homeri carmina disiecta, et dissipata, seu potius confusa ante quam à Pisistrato in libros, seu rhapsodias digesta sint, ut testatur et M. Tullius lib. III. de orat. ad Q. Fr.

92. Non posse bene geri) sic Homer. lib. 2. sub persona Ulyssis. Οὐδ' ἰδρὸς πῶς πῶς περ βασιλεύσομεν ἀπὸ τῶν ἀρχαίων. Οὐκ ἀγαθὸν πλεῖστον εἶς κείρανος ἔστω, εἴς βασιλεύς, ὃ ἔδωκε θεὸς πάσι ἀνωλομῆτιω. i. Non vlllo Græci pacto regnabimus omnes. Multorum capitum dominatio inutilis: vnus Rex, dominusque esto, vafri cui filius vltro Saturni dedit altitonans, regnator Olympi.

93. quod dict. m. inuid. conf.) i. quod dictum Dioni valde fuit inuidiosum, vel magnam Dioni inuidiam confluuit.

94. non lenire obsequio) cum minimè comis esset Dion, minimèque blandus, sed acerbior et asperior natura. quod vitium, si vitium est, ut est, etiam Plato in eo reprehendit, eumque admonuit, ut intelligeret, blandiendo, et placendo hominibus res magnas geri: addiditque ad extremum illud, contumacia, et superbiæ solitudinem esse contubernalem: sic Plato epist. ad Dionem. ἀδύνατον δὲ καὶ ὄτι δόξαις ἐπιπρὸν ἐν δέσποτι τοῦ ἀρεσθηκοῦτος θεοεπιτυχίας τῆς, μὴ οὐδὲν καὶ γὰρ ἐν τῷ θεῷ τὸ ἀρεσθητικὸν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ ἀρεσθητικὸν ἐστὶν ἢ δὲ αὐτῶν δὲ ἀρεσθητικὸν ἐπιτυχίας. i. confidens

autem etiam te quibusdam videri minus quam conuenit, ad obseruandos et colendos homines propensum natura. noli igitur ignorare etiam res geri obsequio et blanditiis. contumacia verò solitudini contubernalis est.

95. interficiendum curauit) cum eum videret insanabilem, cum aliquoties iam cum eo in gratiam rediisset, cum denique antea milibus eum interficere volentibus, ut seditiosum, et factiosum, et popularem, et turbulentum, et inuidum, et maleuolum, et bonis consiliis, ac rationibus obstantem, longa oratione habita eripuisset, ac seruasset.

96. Quod factum omnib.) Plutarch. ἐλύθη δὲ σφοδρὰ σὺν ἑκατοῖσι ἀποθανόντων: molestissimè autem tulerunt mortem Heraclidis Syracusani.

97. timorem iniecit) sic loquitur sepe Cicero, ut contra Rullum in senatu sub extr. spem improbis ostendisset, timorem bonis iniecit, et item alibi. Sic et nonster Probus supra in Alcibiade. magnus multitudini timor est iniectus.

98. licentius eorum bona) Immo cum Dion Syracusanos sibi aduersanteis lucculenta pugna superasset, acceptarum iniuriarum memor non fuit, sed cum præcones ad eum missi essent orantes, ut tollere, et sepelire liceret eos, qui in acie cecidissent, eis vnicuique dedit, potestatemque tollendi fecit: et captiuos omnes, qui mulsi erant, nullo pretio redemptionis causa accepto, liberos dimisit. Diod. Siculus lib. 16.

99. celeriter pecunia deesse c.) Nam largitio non habet fundum, ut ait M. Tullius off. lib. 2. Quod non solum verum est in priuatis hominibus, verum etiam in ciuitatibus, et regibus. Neque enim debent reges existimare, pecuniam, quantumuis effuse largiantur, et quantumuis multis, numquam sibi defuturam. Quin res ipsa declarat, interdum regum opes ac diuitias immoderatis sumptibus, infinitisque donationibus ac largitionibus exhauriri. Quod cum fit: (fit autem sepius, quam reip. expediat) quia reges egere neque didicerunt, neque possunt, ad priuatorum possessiones manus porrigant necesse est, ut ait Probus. Quod si Tiberius ille apud Cornelium Tacitum lib. 2. annal. cum M. Hortalus adolescens nobilissimus, Q. Hortensij Hortali nepos, olim Augusti liberalitate ad uxorem ducendam inuitatus, atque illectus, et quattuor filijs susceptis, ad summam egestatem reductus, peteret à senatu, et ab eo ipso, quem dixi, principe, ut inopiam suam leuarent, respondit ei, non oportere numero, atque etate liberorum urgere modestiam senatus, et eandem vim in principem transferre, ac veluti erarium perfringere: ne si ambitione exhaustum fuerit, per scelera supplendum sit: quanto constantius ac fidentius respondere debent Christiani principes quibusdam auuidissimis, uisdémque aut nequissimis, aut turbulentissimis hominibus, qui quamuis partim domi suæ sint abundantissimi et copiosissimi, partim numquam de regibus bene meriti fuerint, numquamque vllam præclaram operam reip. nauarint: non in bello, non in sententia dicenda sint vtilis: denique non vllis bonis artibus, aut litteris eruditi, non vlla doctrina expoliti sint: assidue tamen ab illis petunt, perpetuò suas commentitias iacturas, nulla enim fuerunt vnumquam, commemorant: semper inopiam rei suæ familiaris, quæ refertissima, et florentissima est, falsis lacrymis deplorant: assidue rogant, assidue flagitant: quanto igitur probat

bilius, atque equus bonus princeps talibus ararij, aut fisci hirudinibus ita respondet. Si vobis, quantum vultis, & quoties petitis, donabo: quod viris bonis & dignis donem, breui tempore non habebō: aut, si etiam habebō, tamen viris de me & de rep. bene meritis, quibus hæc debentur, vobis largiendo, iniuriam facere videbor. Quod si fiscum largitionibus intempestivis, & sumptibus non solum superuacaneis, verum etiam indecoris, atque iniustis exhausero: cum per iniuriã supplere necesse habebō: quæ à persona, quam sustineo: à nomine, quod gero, alienissima est. Idcirco enim reges & sumus, & appellamur, vt populos ratione & consilio regamus, vt ciueis nostros iniuria prohibeamus: bonos, & bene de patria meritos premiis ornemus: improbos, & malè meritos pœnis afficiamus. Quare vobis ea, quæ viris bonis, & sapientibus, & bene de rep. meritis, & doctis, & reip. vtilibus parata sunt, ego non donabo. Hi enim mihi, & imperio meo presidio sunt, atque ornamento: vos, quantum in vobis est, summo dedecori, maximòque malo.

100. neque quò manus porr.) nonnulla exempla sic habent, neque amplius quid porrigeret, suppetebat, nisi amicorum possessiones. ego hanc lectionem retineo, illique antepono.

101. nisi in amicor. poss.) non memini me hoc de Dione legere apud Plutarch. aut Diod. aut omnino apud quemquam: eum, suis bonis consumptis, alienis manus afferre necesse habuisse, aut etiam, quod grauius est, amicos suos spoliasse.

102. amitteret optim.) Atqui cum aliquando Heraclidæ sententia Dion vnus imperator pronuntiatuſ ac declaratuſ esset, optimatibus approbantibus: turba nautica, & opificum illiberalium multitudo reclamauit. auctor Plutarchus in Dione.

103. insuetus malè aud.) sic loquitur M. Tullius lib. 2. epist. ad Att. epist. 21. tam vehemens vir, tamque acer in ferro, & tam insuetus contumeliæ. sic Cæsar. Insuetus laboris, pugnae, nauigandi. Eadem ratione dixit Sallust. bello Ingerth. pars insolita rerum bellicarum.

104. malè existimari) quid sit de aliquo malè existimare, cognoscere ex M. Tull. off. 2. licet, si quis forte hoc discere habet necesse. sic ille. Non enim omnes eos contemnunt, de quibus malè existimant. nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, & ad faciendam iniuriam instructos, eos contemnunt quidem numquam, sed de iis malè existimant. & contra, bene de aliquo existimare. Idem lib. 16. epist. ad familiares, epist. 4. De medico bene existimari scribis, & ego sic audio.

105. offensa in eum mil. vol.) id est alienata ab eo militum voluntate. Cic. Tusc. quæst. propter alienam & offensam populi voluntatem.

106. quemadmodum sedaret, nesciret) cum sedandi rationem non reperiret, ἀ-μνηστων, ἢ ἀπορων.

107. & quorsum euad. tim.) & cum timeret quem exitum haberent, quòve erumperent. euaderent autem legendum, non, vt vulgò, euaderet. idque videtur etiam Claudius Puteanus.

108. Callicrates quidam) Immo Callippus, vt volunt Plutarchus, & Diodo-

rus. sed credibile est, hunc Callicratem Callippi fratrem fuisse, & Probum Callippi fratrem pro Callippo sumfisse: quemadmodum poëta interdum Pollucem pro Castore appellant. Fuisse autem duos fratres, licet ex Plätone intelligere, in epistola ad Dionem propinquos. ὑπερον καπὼν οἰκὸν δὲ Δίων, ἀδελφῶ δὲ πατρὸς ἐραμαβάνει Α. Διώνην, ἐκ οὗ φιλοσοφίας μαρτότε φίλων, ἀπὸ οὗ τὸ ἀειπαύτου ἐπαρείας τῶν τὸ πλεῖστον φίλων, ἢ οὐκ τὸ ἐπιζῆσι τε καὶ μῶεν, ἢ ἐπιθῶλει παρμαπύεται. i. posterius autem domum reuertens Dio, fratres duos Athenis assumit, non ex Philosophia factos sibi amicos, sed ex hac quotidiana & circumforanea plurimorum amicitia: sodalitate, quæ ex inuitationibus hospitalibus, & ex initiandi, sacræque inspicendi ritu comparari solet.

109. homo & callidus &c.) Plutarch. μιανώτατος. i. impurissimus. Idem paucis pist. διέφθαρκε, καὶ παρεσθλάζε ἕνας τῶν ἑταίρων ἐπὶ τὸν Δίωνα, κακοῦντος αὐτῶν ἀρχῆς, καὶ πουργοτάτω πιιστάμνος. i. corruppebat, & subornabat aduenas quosdam in Dionem, orsus ab initio malitiosissimo, & versutissimo.

110. sine vlla religione ac fide) impium fuisse, ex iureiurando illo sanctissimo & religiosissimo, quod violauit ac perfregit, de quo mox dicemus, satis apparet: perfidum, ex eo, quòd fidem & amicitiam violauit.

111. illi) Dionis.

112. quem inuenisset idoneum) quem, scilicet suorum, & quem ex suis amicis, inuenisset idoneum ad hoc simulandum.

113. facile omn. animos cogn.) hanc rationem consilij sui Callippus, siue Callicrates afferebat.

114. eius) Dionis.

115. dissidenti) illi Dionis amico, qui se simularet ab eo dissidere, & eius esse inimicum. Libet huc ascribere ex Plutarcho huius Callicratis, seu Callippi singularem improbitatem, ac malitiam. αἰεὶ γὰρ ἕνας φωναὶ τῶν στρατιωτῶν παρὸς ἐκείνον ἢ κλεγεμάνας ἀηδῶς αἰαφῆρων, ἢ πεπλοσμένους ἔσ' αὐτὸν, τοιαύτω ὀξοισίαι ἐλαβὲ δὲ τὸ πῖστιν, ὡς τε ἐν τῇ χαρῇ ἐν κρυφα, καὶ ἀγλαλέραται μὲν παρρησίας δὲ βούλοιο καὶ τὸ Δίωνα, αὐτὸν καλῶντος, ἢ αὐτὸν εἰς λαὸν αὐτῶν τῶν ἑταίρων καὶ δυσμενῶς ἐχόντων. οὐ δὲ τῶνται συνέβαινε τῶν μὲν πονηρῶν καὶ νοσητῶν τῶν βλάσκων τῶν καὶ σιωπῶν αὐτῶν Καλλιπῶν. εἰ δὲ ἕως ἀπώσασθαι τῶν λόγων αὐτῶν, καὶ τῶν πῖστων, ὅθεν παρὸς τὸν Δίωνα, μὴ τῶν ἐπὶ ἐσθλάσαι, μὴ δὲ χαλεπῶν ἐκείνον, ὡς αὐτὸς ἐπὶ τῆ, τῶν Καλλιπῶν παρρησιῶν. i. Nam cum semper voces quasdam militum contumeliosas in Dionem, aut verè iactatas & prolatas, aut à se confictas, ad eum referret: talem licentiam nactus est propter fidem, quam illi habebat Dio, vt occultè cum quibuscumque vellet, congregaretur, & liberè contra Dionem loqueretur ipso Dionè iubente, vt ne quis ex iis, qui subofenso, & malculo in Dionem essent animo, ignotus esset. Ex his autem eueniebat, vt Callippus improbos, & saucios, & Dioni iniquos citò reperiret, & sibi conciliaret: sin quis orationem eius, qua tentaretur, aspernatus, Dionis enuntia- ret, vt ille non permoueretur, neque succenseret, tamquam quæ mandarata ipse, perficiente, atque exsequente Callippo.

116. excipit) suscipit, seu recipit has partes quasi traditas. venusta tralatio, ab iis, qui pilam, aut aliquid simile traditum excipiunt.

117. imprudentia Dionis) ignorantia Dionis: quia quo consilio Callippus, seu Callicrates ita loqueretur, & milites concitaret, ignorabat, neque sibi insidias comparari existimabat.

118. contumacitate) σωωμοσιε, iureiurando communi.

119. conveniunt) subintellige eum, nempe Dionem, cuius de periculo, &c. sic solet loqui Probus, ut praetermittat nomen, seu pronomen antecedens, ut grammatici appellant. Sed haec paullo aliter Plutarch. ἡδὲ δὲ τὸ Δίωνα, καὶ τοὺς γυναικας ὑπονοήσας ἑστῶσι βουλομένων εἶχε καὶ μὴ ὑπέσχετο ἔργον τοῦ πεινᾶ χέειν. i. iam verò & Dionem, & mulieribus suspicio quaedam earum rerum, quae agebantur, oriebatur: & indicia undique ad eas veniebant.

120. praeeptum suo) ἔξ ὑποθήκης ἐαυτοῦ.

121. in aedem Proserp.) sic Plutarch. in Dione. τὰς δὲ γυναικας ὄρων ὁ Κάλιππος ἔξεταζούσας ἀκριβῶς τὸ πρῶτον, ἠλθε πρὸς αὐτὰς ἀρνούμενος, καὶ πῖπν, λέβουλονται, διδόναι βουλομένων· αἱ δὲ ἠξίον αὐτὸν ὁμῶσαι τὸ μέγαν ὄριον· ἔπειθ' ἐπιπέσειν. κατὰ τὰς εἰς τὸ ἦν θερμοφῶρον πύλον ὁ δίδως τὴν πῖπν, ἰερών ὑγῶν γνομένων, πρὸς ἀλλήλους τὴν πρῶτον εἰς τὸ θεῶν, καὶ ἑαυτῶν δὲ ἀγαθῶν ἐπιπέσειν. i. Videns autem Callippus mulieres rem accuratè exquirentes & scrutanteis, venit ad eas negans, & lacrymans, & fidem, quam vellent, dare volens. illae autem postulabant, ut magnum iusiurandum iuraret, quod erat tale. Descendit in templum legiferarum deorum is, qui fidem daturus est: & interea dum sacra quaedam sunt, amictum deae purpureum induit, & tenens manu facem ardentem iurat.

122. Ille hac religione) Plutarch. τὴν ταπεινότητα ὁ Κάλιππος πεινᾶ καὶ τὸν ὄριον ὑπομῶσαι, οὐτὼ κερπέλασε ἦν θεῶν, ὡς πρὸς αὐτὰς τὴν ἐρητίαν, ἢ ὡς πρὸς θεοῦ, ὅρα τὸν φθόνον ἐν τοῖς κορυφαίοις. &c. i. haec omnia cum fecisset Callippus, & iurasset, sic deos irrisit, ut expectato die festo eius deae, per quam iurarat, eo ipso die aedem admiserit.

123. ad maturand.) ad facinus accelerandum, & maturè, id est primo quoque tempore faciendum. Sallust. de coniur. Catil. facinoris maturandi causa. Horat. lib. I. od. 7. maturare necem.

124. conata) Nonius, conatus masc. Neutro Accius, Atreo, Ego incipio, conata exsequar.

125. in conclavi edito) Plutarch. καὶ κατὰ τὸν οἶκον ἐν οἰκίᾳ πλίνθιναι πρὸς ἔχοντα μὲν τὸν φίλων. i. &c. cum Dio in conclavi quodam, in quo lecti inerant, cum amicis federet.

126. domum custodib. sepserit.) Plutarch. οἱ μὲν ἔξω τῶν οἰκίαν πρὸς ἐστῶσαν. i. alij foris domum circumsteterunt.

127. à forib. qui non disc.) Plutarch. οἱ δὲ πρὸς τὰς θύρας τὸ οἶκον, καὶ τὰς θυλάκων ἦσαν. i. alij ad fores domus, & fenestras astabant. Est autem hic ordo, certos praefecit, qui à foribus non discederent. Mendosè porro legitur in nonnullis codicibus, discedebant.

128. Philocrati) immo Callippus & Callicrates fratres erant, ut diximus, ex aliorum auctoritate.

129. ut haberet) cogitans ita facere expedire, ut haberet, &c.

130. quò fugeret) quò confugeret.

131. Zacynthios adolefc.) sic Plutarch. & Diod. qui Ζακύνθιος dicunt fuisse. i. Zacynthios. est autem Zacynthus insula non longè à Cephalenia. Quidam tamè hic legi volunt, sagūthinos. sed Polyb. lib. 3. Sagunthum, Ζακύνθου appellat. quae urbs est in finibus Iberiae & Celtiberiae, non longè à mari. Non est dissimulandum tamèn, videri ex Stephano sagunthū, & Zacynthū uno eodemque nomine apud Graecos significari. sic enim Stephanus, Ζακύνθου πόλις ἐστὶ Ζακύνθου τὸ Δαρδανίου. Οὐμρος. καὶ ὑληεσσα Ζακύνθου. διὸ τὴν ἐπιπέσειν. τὴν Διόνος.

132. inermes) ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἐπιπέσειν ἐν τοῖς, καὶ τῶν. i. ingressi sunt sine gladiis, tunicali.

133. sic ut conven.) id est tanquam conveniendi &c. malim legi, sic ut si conven. verumtamen nihil mutò.

134. forib. obscratis) forib. clausis. i. Lutarch fores ab iis qui erant extrà clausas, seu potius adductas & attractas esse tradit. οἱ μὲν ἔξω ἔπιπν. ἀπὸ τῶν θύρας, &c. c. obscrare, & rescrare, inter se opponuntur: & utrumque à nomine, sera, factum est.

135. colligant) Plutarch. κατὰ τὴν ἐπιπέσειν, καὶ συνεπέσειν αἱ εἰς δὲ ἐπὶ αἰσθητοῦ, ἢ τὸν ἐπιπέσειν. i. conabantur continere, & conterere, (vel συνθλίβειν, comprimere, vel συμπιέζειν. spiritum intercludere: quod fortasse significatur per verbum συνεπέσειν) ut autem nihil proficiebant, gladium poscebant.

136. singularis potentia) μοναρχία, τυρανία. Etiam ex hoc loco licet intelligere, huius libri auctorem non vixisse atate Theodosij, neque omnino ullius superiorū imperatorum. sed in libertate fuisse educatum, & tyrannidi, ac regia potestati fuisse inimicum acerrimum.

137. vita, qui, vita eorum, qui. sic solet loqui Probus.

138. facile intellectu) sic legendum est, non, ut habent codices Veneti, & Florentini, intellecta.

138. si propitia) emendata scriptura. nonnulli alij codices habent, prona, &c. mendosè opinor: alij pessimè, propiore. Propitia autem, id est placata, non irata, pia. Terent. A delph. parentes propitij.

139. Lyco quidam Syr.) Plutarch. ἡγεμονίας ἡμοῦντος Διόνος συνεπέσειν ὁρῶν ἐπὶ τῶν Ζακύνθιων εἰς τὴν δουλείαν ἐξελθόντων, κατὰ τὸν ἰερέων, τὸν Δίωνα κρατούμενοι πάλαι, καὶ δεδιπνῶσαν ἀπὸ τῶν Ζακύνθων. i. mora interposita, Lyco Syracusanus cuidam ex Zacynthiis per fenestram pugionem porrigit, quo, veluti victimam, Dionem, qui iam pridem tenebatur, & perterrebatur, iugularunt. Diod. lib. 16. Διόνος τὸν συνεπέσειν σφαγῆς ὑπὸ Ζακύνθων τὸν μεθ' ὄριον. i. Dione imperatore à Zacynthiis conductis iugulato.

140. nam celeri rumore dilato) dilato. i. dissipato. sic autem legendum nò delato. sic Plautus dicit, differre famam: & Terent. differre rumorem: cui par est, didere Virgil lib. 7. Diditur hic subitò Troiana per agmina rumor.

141. mirabiliter vulgi) Callippus tamen Dione interfecto principatum excepit, & mensis tredecim imperavit, ut tradit Diodorus siculus. Plutarchus verò narrat, eum initio quidem clarum, & illustrem fuisse, & Syracusas tenuisse: sed bre-

ui post tempore pœnas dedisse, & à Leptine quodam & Polyperchonte eo ipso pugione, quo Dio cœsus erat, percussus interiisse.

142. ab Acherunte) ab inferis. sic M. Tull. post reditum in senatu. & omneis Metellos præstantiss. civis pane ex Acherunte excitatos,

143. in vrbe, celeberrimo loco) malim legi, in vrbe celeberrimo loco. Fuit autem hic eximius honor. nam non solebant veteres quemquam in vrbe sepelire, nisi forte imperatores. Ser. Sulpicius ad M. Cicer. lib. 4. epist. ad familiareis. Ab Atheniensibus, locum sepulture intra vrbem vt darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserat. Idem lib. 5. Tusc. Cuius ego quaestor ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negarent, septum vndique, & vestitum vepribus, & dumetis indagavi sepulcrum, & c. sequitur, Ego autem cum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Atraganae magna frequentia sepulcrorum) animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, & c. Quin apud Homerum, & ceteros poetas Græcos monumenta omnia etiam regum & principum, sunt extra vrbiū portas. exempla proferrem, nisi properarem.

144. elatus p.) de hoc verbo supra. sic autem distinguendum est, elatus publice: vt illa, in vrbe, vel in vrbe celeberrimo loco, cohererant cum his, sepulcri monumento donatus est. Præterea hoc sepulcri monumento me suboffendit, putoque vocem, sepulcri, esse suppositam, & delendam. sic Seruius in epistola modò commemorata: posteaque curauimus, vt iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmorcum faciendum locarent. & Tusc. V. eodem loco, quem modò indicauimus, tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento inscriptos acceperam, & c. At paullo antè sepulcrum appellarat.

145. quartum post annum) cur non dixit quarto post anno? Virgil. Tityro, longo post tempore venit. ad quem locū lege Seruium. sed vtrumque genus loquendi est vsitatum. M. Tull. lib. 9. epist. ad Att. Hoc scribis post diem quartum, quàm ab vrbe discessimus. Idem pro Rosc. Amer. aliquot post mensis occisus est. Idem alibi. Multis post annis pecunia recuperata est. Plantus, paucos dies post Tarenti mortuus est.

IPHICRATES.

Phicrates Atheniensis non tam genere, aut magnitudine rerum gestarū, quàm disciplina militari nobilitatus est. fuit enim talis dux, vt non solum ætatis suæ cum primis compararetur, sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur. multum verò in bello est versatus, saepe exercitiis præfuit, nusquam culpa malè rem gessit, semper consilio vicit, tantumq; eo valuit, vt multa in re militari partim noua attulerit, partim meliora fecerit. namque ille pe-

destria arma mutauit, cum ante illum imperatorem maximis clypeis, breuibusque hastis, minutis gladiis, vterentur. Ille contrariò⁶ peltam pro⁷ parma fecit, a qua postea peltae pedites appellantur, vt ad motus, concursusque essent leuiiores.⁹ hasta modum duplicauit.¹⁰ gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutauit, & pro ferreis atque aeneis¹¹ lineas dedit. quo facto expeditiores milites reddidit.¹² nam pondere detracto, vt æquè corpus tegerent, & leues essent, curauit. Bellum cum¹³ Thracibus gessit: ¹⁴Seuthen socium Atheniensium in regnum restituit.¹⁵ Apud Corinthum tanta seueritate exercitui præfuit, vt nullæ umquam in Græcia neque exercitatiores copiae,¹⁶ neque magis dicto audientes fuerint duci: in eamque consuetudinem adduxit, vt, cum prælij signum ab imperatore esset datum, sine ducis opera sic ordinatae consisterent; vt singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur. Hoc¹⁷ exercitu moram Lacedæmoniorum¹⁸ interceptit: quod maximè tota celebratum est Græcia.¹⁹ Iterum eodem bello omneis copias eorum fugauit. quo facto magnam adeptus est gloriam.²⁰ Cum Artaxerxes²¹ Aegyptio regi bellum inferre voluit, Iphicratem ab Atheniensibus petiuit ducem,²² quem præficeret exercitui²³ conducto, cuius numerus²⁴ duodecim millium fuit. quem quidem sic omni disciplina militari erudiuit, vt, quemadmodum quondam²⁵ Fabiani milites Romani appellati sunt, sic Iphicratenes apud Græcos in summa laude fuerint.²⁶ Idem subsidio Lacedæmonii profectus, Epaminonda retardauit impetus. nam nisi eius aduentus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quàm captam incendio delessent. Fuit autem & animo magno, & corpore: imperatoriæque forma, vt ipso aspectu cuius²⁷ iniiceret admiratio-

nem sui: sed in labore²⁸ remissus nimis, parumque patiens, ut Theopompus memoriae prodidit. bonus vero civis, fideque magna. quod cum in aliis rebus declarauerit, tum maxime in²⁹ Amyntæ Macedonis liberis tuendis. namque³⁰ Eurydice, mater Perdicæ & Philippi, cum his duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit, eiusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem placatis in se suorum civium animis.³¹ Causam capitis semel dixit³² bello sociali simul cum Timotheo, eoque iudicio est absolutus. Meneſthea filium reliquit ex³³ Threſſa natū, ³⁴ Coti regis filia. Is cum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret: matrem, inquit. id cum omnibus mirum videretur: at ille, merito, inquit, facio. nam pater,³⁵ quantum in se fuit, Thracem me genuit: ³⁶ contra mater Atheniensem.

I P H I C R A T E S.

NON tam genere, aut magnit.) sic edendum curavi, rectius, quam quo modo est in vulgatis, quorum alij habent, non tam magnitudine rerum gestarum, quam disc. mil. Alij, non tam genere, quam magnit. r. g. quam discipl. mil. Fuit autem habitus sutoris filius. Plutarch. ἀποφθ. στρατηγ. Ἰφικράτης δοκῶν ἔλ. ἡὲς συνοπτιομοῦ. Iphicrates cum sutoris filius haberetur. sic & Suidas. Significat & Aristoteles eum obscuro genere fuisse natum lib. I. rhet. καὶ ὁ Ἰφικράτης αὐτῶν ἐνεκωμιάζει λέγων, ὅτι αὐτῶν ὑπὸ τῆς γῶπας. id est ex quibus hæc suppeteret, seu parta essent. & eod. lib. infra, ὅτι οἶων, εἰς δὲ α. id est ex qualibus, ad qualia pervenisset. Neque obstat illud Plutarchi, præceptis politicis, ubi dicit, eum, cum ab Aristophonte dicendi facultate in contione, seu in iudicio vinceretur, respondisse, βελτιῶν μὲν ὁ ἦν ἀπὸ τῆς ἀποκριτικῆς, θραύμα δὲ τοῦ μὲν ἀμεινον. i. melior quidem est aduersariorum actor, sed mea fabula præstat. significabat, res suas gestas, & facta sua esse præclara, sed ab oratione aduersarij vinci.

- 2. quam discipl. mil.) fuit tamen idem, & bonus rhetor, exstantque multa apud Aristot. in rhet. ex eius orationib. prolata. Suidas. Ἰφικράτης ἀθηνῶν οὐνοπτιῶν πατρὸς ἐστὶν ἀπὸ τῆς ἰ. Iphicrates sutoris filius, Atheniensis rhetor, & imperator.
- 3. nusquam culpa male r. g.) Xenophon tamen reprehendit eius consilium in re militari lib. 4. de reb. Gr. in extr. εἰ μὲν οὖν ἄλλο τι καλῶς ἐστρατηγήσει, ἢ ψεῦδος εἰκίνα μῦθοι, ἀπὸ τῆς χροῖας εἰκίνα ἔσονται πάντα διελκῶν τε μὲν μάττω, τε δὲ ἀπὸ μφόρας πειραξομένη αὐτῶν. ὅτι ἄρῃσας μὲν γὰρ φυλάττειν ὅτι τῶν ὀνησῶν, ὅπως μὴ διωγῶνται οἱ βιοῦντες.

ἀπὸ τῆς οἰκίας, παρέλιπεν ἀφύλακτον ἢ κακίον. ὅθεν καὶ χρεῖας παροδοῦ μαστῆν δὲ βουλομῆτος εἰ παρρηλυθῶ τις εἴεν οἱ θεῶν οἱ πῶ ὄνησιν, ἐπιμυσσοποιεῖς τοῖς τε ἀθλωμασιν ἰππίας, καὶ τοῖς κορινθίοις ἀπαιτας, & c. i. Si quid igitur aliud ex ratione artis imperatorie & militaris rectè gessit Iphicrates, non vitupero. Illa verò, quæ illo tempore gessit, reperio omnia partim frustra, partim inutiliter ab eo esse administrata. Conatus enim in Onéo impedire, ne Βασιλῆος domum reuerti possent, transitum ad Cenchreas sine custodiareliquit. Cum autem scire vellet, utrum Onéum transissent Thebani, necne, misit explorandi gratia omneis Atheniensium, & Corinthiorum equites. Atqui non minus pauci idonei sunt ad speculandum, quam multi: & si referre pedem oporteat, multo facilius est paucis, quam multis & viam expeditam inuenire, & tacite se recipere. multos autem producere, & adiuuere ad hostes, & tamen hostibus numero inferiores, & impares, nonne est magnæ imprudentiæ?

4. ut multa in re mil.) Consentanea his tradit Diodorus Sicul. lib. 13. ex iisdem historicis descripta, vnde Probus expressit. Sic ille. καὶ αὐτοὶ οἰκίον δὲ βῆσιν. ὅθεν καὶ Ἰφικράτης ἀπέστειλε ἰστρούμῆτα. ὅθεν γὰρ ὁ ἄλλος δὲ δοτα στρατηγικῆν τε ἀλγύσιαν ἐρηκίνας, καὶ ὅθεν τῶν σπῆν οἰκίαν ἀγαθῶν φύσιν καὶ χρεῖαν ἀπὸ τῆς φόρω. ὅθεν ἐλαμῆσαι ὄμῆρον αὐτῶν αὐτῶν πῶν εἰ τῶν ἀποκρίτικῶν πολέμων πολυχρόνιοι ἐμπειροῦντες ἦν στρατωπῆων ἔργων, ὅτι οἰσῶν πολλὰ ἦν εἰς τὴν πόλιν ἰστρούμῆτων, καὶ μάστιγα ἦν καὶ τῆς καὶ ἰστρούμῆτων φιλοπῆμῆτων. i. Non est autem à re alienum, quæ traduntur de Iphicratis virtute, & scribere. hunc enim accepimus, & acumen imperatorium habuisse, & ad omnem inuentionem vtilem natura præstanti vsum esse. Itaque vsu diuturno rerum militarium adiuncto, quem in bello Persico sibi comparauit, cum multa ad bellum vtilia excogitasse, tum maxime in iis, quæ ad armaturam pertinent, elaborasse, operamque posuisse.

5. namque ille pedestr.) Diod. ibidem. ἦν γὰρ ἐλλήνων μεγάλαις ἀσπίσι χρωσθέντων, καὶ διὰ τὸ πῶν δουκινήτων ὄντων, σωεῖλε τὰς ἀσπίδας, καὶ κατεσκεύασε πέλτας συμμῆτρους ἀμφοτέρων δὲ στρατοῦ μῆτος, τῶν τε σκέπην ἰκανῶς τε ἔσμετα, καὶ ἔδωκε δὲ τοῖς χρωσθέντοισι τῶν πέλτας ἀπὸ τῶν καυφότητων, παντελῶς δουκινήτων ὑπάρχων. i. Nam cum Greci magnis clypeis vterentur, atque iccirco ægrè mouerentur, clypeos contraxit, & peltas fecit magnitudine moderata, & conuenienti commensu, utrumque præclarè affectus, & ut illæ satis tegerent corpora, & ut qui peltis vterentur, propter eorum leuitatem, agili omnino & mobili corpore esse possent.

6. peltam) pelta, scutum breue est & fere quadratum, aut folij hedore figuram præ se ferens: denique parma breuius, & mobilius. sic apud Liuium lib. 8. Latini clypeis antea Romanis vsi sunt: deinde posteaquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere, & c.

7. pro parma) Nonius. Parma est scutum breue. sallust. historiar. lib. III. Hæ locorum perignari, & soliti necltere ex viminibus vasa agreſtia, ibi tum, quòd inopia scutorum fuerat, ad ea arte se quisque in formam parmæ equestris armabat. Virgil. lib. VIII. En. Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba.

8. à qua postea peltaste) Diod. ibid. τῶν δὲ ἀπὸ τῆς πέλτας πελταστῶν μετονομασθέντων. i. tunc autem à pelta peltaste nomine mutato dicti sunt, cum antea dicebantur.

tur ὁ πῖπυ id est grauioris armaturæ pedites.
 9. hastæ modum dupl.) Diod. ἡξυοὶ τὰ δὲ ἐστὶν ἡμιονίω μαγέθῃ. i. hastas magnitudine sesquialtera auxit: hoc est tantas fecit, vt totam magnitudinem antiquarum continerent, & præterea dimidiam.
 10. gladii long. f.) Diod. τὰ δὲ ἔφην ἕδον διπλασία καὶ πεντάσσι. i. gladios autem propemodum duplo maiores fecit.
 11. lineas) fuerunt tamen & heroicis temporibus λινοῦ ἑσπας, id est milites, qui vterentur thoracibus lineis, vt testatur Hom. Il. β. de Aiace Oileo. ὀλίγος μὲν ἔλω λινοῦ θώραξ. Nonnulli legunt hic, linteas, & ita habent exempla Germanica, sed non admodum interest, vtro modo legas.
 12. nam pondere detracto, vt aequè corp. tegerent) sic Diod. τὴν περὶ πῖπυ καλῶς τὰ ἑσπας. & c. nam supra retulimus. sic autem legendum esse, non vt habent libri Veneti & Florentini, quòdque corpus tegeret, & c. neque vt Germ. quod æquè corpus tegeret, & c. & Diodori verba, & scripturæ varietas, & sententia, declarant. Hoc enim significat Probus, loricas ab Iphicrate repertas, pondere detracto, nihilo minus corpus texisse, quàm antiquas, & fuisse præterea leniores. quod consentaneum est cum iis, quæ scripsit Diodorus.
 13. bellum cum Thracib. gef.) vel ex Frontino, Iphicratè bellum gefisse aduersus Thracas intelligere licet: qui hoc scribit de Iphicrate lib. I. Strategem cap. 6. Iphicrates cum propter condicionem locorum, lögum agmen deduceret, & nuntiatum ei esset, hosteis summum agmen aggressuros, cohorteis in vtraque latera secedere, & consistere iussit, ceteros fugere, & iter maturare. transeunte autem toto agmine, certissimos quosque retinuit, & ita passim circa prædam occupatos hosteis, iam etiam fatigatos, ipse recentibus & ordinatis suis aggressus fudit, exiitque præda. Exstat & aliud eiusdè strategema in eisdè apud eundè lib. II. cap. 12. Præterea Æschines in oratione περὶ τῶν ἑσπασ. non longè à princip. ait Iphicratè imperatorem ab Atheniensib. suffragio esse creatum aduersus Amphipolim, quæ est vrbs Thraciæ. Xenoph. lib. 4. de reb. Gr. in extr. tradit, Iphicratem occiso Thrasibulo, in Thraciam ab Atheniensib. missum esse, ibique cum Lacedæmonius, duce Anaxibio, commisso prælio, superiorem discessisse, Anaxibiũque occubuisse cum ducetis Lacedæmonius, & decem harmostis, id est, præfectis: quo facto Iphicratem in Cherronesum reuertisse. quod & Frontinus lib. 2. Strateg. cap. 5. retulit. Postremò Polyænus lib. III. strateg. profert aliquot Iphicratæ strategemata, quibus in Thracia vsus sit: ex quibus vnum exempli causa referamus. ἰφικράτης ἐν Θρακίῃ περὶ τῶν ἑσπασίων ἦν πολέμων ἐνέσθησε νοκτὸς πλὴν μετὰ τὸ ἀμφοτέρων ὕλιν καὶ τὰ σκευοφόρα, καὶ πολλὰ τετραπέδα καὶ ἑλπίπυ, καὶ πεποδιστοίονοι πῶν πλὴν καὶ πῶν οὐκ αἰετῶν, αἰετῶν ἑσπασίων εἰς τὸ πῶν δακτύλῳ, καὶ σὺσιον. ἡμέρας ὅ ἡμιονίως οἱ θράκες ἐπὶ τὸ ἑσπασίπιδαν ἐλθόντες, οὐδένα ἦν ἐκ τῶν ἑσπασίων ὄρωντες ὠρμισσαν ἐπὶ πλὴν ἀρπαγῶν ἦν περὶ τὰ πῶν καὶ ἦν σκευοφόρων. ἰφικράτης διεσπαρῆσθαι ἐπὶ τὸ χεῖλον στω τετραμένους, καὶ τῶν πολέμων ἐνέσθησε, καὶ σκευοφόρα ἔστωσε. id est, Iphicrates in Thracia cum absides sibi instarent hostes, noctu siluam inter duo castra interiectam incendit: & multis iumentis, quæ impedimenta gerebant, multisque quadrupedibus relictis, cum fumus noctem tenebrosiorem redderet, se in locum densum, & opacum re-

cepit. Die autem postero mane Thracas. cum in eius castra venissent, nullo Græco homine reperto, sese ad direptionem quadrupedum & veterinorum contulerunt. Iphicrates ex illo loco eruptione facta compositus, ordinatus, atque instructus dispersos ac dissipatos adortus hosteis superauit, & veterina cum impedimentis recuperauit, ac seruauit.
 14. seuthen) sic legendum, atque hoc modo impressum est in exemplis Germanicis, non Scotym, quomodo habent Veneta, & Florentina. Seuthen autè & Medocum, Thraciæ reges, commemorat Diodorus Sicul. lib. 14. & Thrasibulum ceteris eis societatem fecisse tradit. De his diximus nonnulla in Alcib.
 15. apud Corinthum) de bello Corinthio dicentur nonnulla in Agesilao. Apud Corinthum autem Iphicratem bellum gefisse, etiam ex Polyæno eodem libro cognoscere licet, ibi: ἰφικράτης ὄρων ἐν Κορίνθῳ, & c. & ibi: ἰφικράτης ἐν Κορίνθῳ πῶν δούλων, ὡς οἱ παλαιὰ ἑσπασίονοι μισθοφόροι ἐκ Λακεδαιμονίας ἡνέκων ἐκ δὲ χεῖρας ἡμιονίως, & c. id est, Iphicrates Corinthi cum audisset, Corinthios eos, qui aliis partibus studebant, noctu mercenarios milites ex Lacedæmone esse recepturos, & c.
 16. neque magis dicto aud. id est neque magis obedientes. sic supra locutus est in Dione, & item alibi. Has copias, quæ constabant ex peltastis, sic horrebant Arcadium milites grauioris armaturæ, (quod tradit Xenophon lib. 4. de reb. Gr.) vt pedem conferre cum eis non auderent: contra sic Lacedæmonios timebant Iphicratæ peltasta, vt intra telorum iactum non prodirent in aciem. Itaque Lacedæmonij falsè peltastas illos audebant his verbis illudere, atque irridere, socios suos sic perterrerit à peltastis, vt pueri à laruis, aut lemurbus. sic Xenophon. ὡς πῶν μὲν λακεδαιμόνιοι ἐδῆσκον πῶν τῶν πλῆσταις ἐπὶ λῆσον, ὡς οἱ σύμμαχοι φοβῶντο τῶν πλῆσταις, ὡς ὅτι μισθοφόροι περὶ δακτύλῳ, & c. Commemoratur & Diod. Siculus aliquot fortias, & præclara Iphicratæ ad Corinthum facinora, lib. 14. ibi. μὲν δὲ ἡνέρας ἡμῆρας ἦν λακεδαιμονίων μέγος, & c. quem locum mox suo loco referemus. Non esse autem artis militaris partem minimam, milites efficere duci dicto audiente, constat.
 17. hoc exercitum moram Lacedæm.) mora, vox Græca est, hoc primũ: deinde valet idem, quod μέγος, hoc est pars, quòd sit pars exercitus. Vtebantur autem hac voce Lacedæmonij maximè, & Diores. Et constabat μέγος vel, vt quidam volunt, quingentis militib. vel, vt alij, septingentis: vel, vt alij, nongentis. Itaque Diod. Siculus loco, quem proximè indicaui, si eadem res ibi à Diod. narratur, quæ hic à Probo significatur, μέγος appellat. sic Diodorus. μὲν δὲ ἡνέρας ἡμῆρας ἦν λακεδαιμονίων μέγος τῆς στρατιάς διήκει διὰ τῆς κορινθίας χεῖρας ὄντος ἰφικράτης, καὶ ἡνέρας ἦν σύμμαχοι ἑσπασίονοι. τῶν πλῆσταις αἰετῶν. i. post aliquot dies pars Lacedæmoniorum exercitus iter faciebat per agrum Corinthium: quos cum Iphicrates, & nonnulli ex sociis adorti essent, plurimos eorum interfecerunt. Andromachus, siue auctor incertus etymologici, Mores, inquit, τῶν στρατιωτικῶν ὀνόματι λακεδαιμονίως, οὕτω λέγεται, & εἰρητικῶν τῶν μείρων μέγος, ἐπὶ μέροις ὄχλων, ὡς φθέρω φθορά. ἔστι δὲ ἡ μόγος, τῶν αἰετῶν πῶν τακτικῶν, ἢ ἐπὶ αἰετῶν, ἢ περὶ αἰετῶν. Id est, Mora est ordinatio hominum militaris apud Lacedæmonios, dicta à verbo μείρω, quod valet partior, seu diuido, habetque locum in parte aliqua multitudinis, vt à φθέρω φθορά. Est autem mora, multitudo ordinata ex quingentis viris, aut septingentis, aut tre-

ψυδωντομολιας, ψυδωφοδοις, ψυδωπανικα, η αιει ποτι, και Γουοη η ψυοιο, μη δε μωθ...

26. idem subsidio Laced.) post cladem Leuctricam, victorib. Thebanis, quorum dux erat Epaminondas...

27. Epaminonda ret.) Hac de re in Epaminonda fortasse dicitur.

27. iniiceret admirat.) pulchre dictum, pro excitaret, quo potius M. Tull. vit solet.

28. remissus) αι ευβροε, laxus, languidus.

29. Amynta) cuius filius Philippus, pater Alexandri Magni. Hic Amyntas autem Pausaniam Macedoniae regem Aeropei regis filium interfecit...

30. Eurydice mater Perd.) Eschines in oratione εις εσθρασεβ. multis verbis hanc historiam narrat...

αυθ της ερα ης, η ολωε αυθ της ερα ης. αιουοις δε αυ τα Ιφικρατης δεηλαση Πανσανια...

31. Causam capitis proditiōnis accusatus. hac de re in Timotheo: vbi narrat Probus, Timotheum esse damnatum...

31. ibi, οί δε αθλωαι οι παροξυνητεε εζημωσαν αυπιε πολλοις τελευτοιε, η της ερατηλαε απησηων...

αὐτοῦ δὲ εἶπε, φησὶ, ὅτι ἂν Ἀριστοφῶν ὦν, ἢν αὐτὸς εἰδὼς ἐγὼ εἴ τίς τῶν παλαιῶν ἀεὶ δόξα
 αὐτῷ; id est, Alius locus ex iis, quæ conuenienter ipsorum moribus dicta sunt, aduer-
 sus eum ipsum, qui prior dixit, & laceſsiuit: quale est illud in Teucro: quo vsus
 est Iphicrates in Aristophontem, qui interrogauit eum, an ob pecuniam nauæis
 prodere animum induceret, quod cum ille negasset: Et tu, qui es Aristophon, non
 proderes: ego, qui Iphicrates sum, proderem? Eundem locum tractans Quintilia-
 nus lib. V. cap. XII. ita scribit. His quidam probationes adiiciunt, quas πειθιστικὰς
 vocant, ductas ex affectibus. Atque Aristoteles quidem potentissimum putat ex
 eo, qui dicit, si sit vir optimus: quod vt optimum est, ita longè quidem, sed sequi-
 tur tamen, videri. Inde illa nobilis Scauri defensio, Q. Varius Sucronensis ait: Æ-
 milium Scaurum remp. populi Rom. prodidisse: Æmilios Scaurus negat. Cui simi-
 le quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cum Aristophontem, quo accusante, si-
 milis criminis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia remp. proditurus es-
 set, isque id negasset: Quod igitur, inquit, tu non fecisses, ego feci?

32. bello sociali) de bello sociali dicemus in Chabria.

33. Tressa) ex muliere Thressa, id est in Thracia nata, ἢ Ὀφθῆνος γυναικός. Sic
 autem legendum, non, vt vulgo, Tarsa, vt habent exempla Veneta, & Florentina.

34. Coti regis filia) Κότιον vocant Græci. Probus autem Latina inflexione ter-
 tia, Cotum dixit. alij hîc Coryis legi volunt, cum quibus non pugnabo, sed Coti
 non improbo.

35. quantum in se fuit) quia uxorem duxit Thressam.

36. contra mat. Athen.) quia mater nupsit Atheniensi.

CHABRIAS.

CHabrias Atheniensis. Hic quoque in summis habitus.
 Cest ducibus, resque multas memoria dignas gessit. Sed
 ex his elucet maxime inuentum eius in prælio, quod apud
 Thebas fecit, cum Bæotiis subsidio venisset. namque in ea
 victoria fidentem summum ducem Agesilaum, fugatis iam
 ab eo conductitiis cateruis, reliquam phalangem loco ve-
 tuit cedere, obnixoque genu scuto, proiectaque hasta im-
 petum excipere hostium docuit. Id nouum Agesilaus intues,
 progredi non est ausus, suosque iam incurrenteis tuba reuo-
 cavit. Hoc vsque eò in Græcia fama celebratum est, vt illo
 statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quæ publicè ei
 ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est,
 vt postea athleteæ, ceterique artifices his statibus in statuis

¹⁰ponendis vterentur, in quibus victoriam essent adepti.
 Chabrias autem multa in Europa bella administrauit, cum
 dux Atheniensium esset: ¹¹multa in Aegypto sua sponte
 gessit. nam ¹²Nectanebum adiutum profectus, regnum ei
 constituit. ¹³Fecit idem Cypri, sed publicè ab Atheniensibus.
 Euagoræ adiutor datus. neque prius inde discessit, quàm to-
 tam insulam bello deuinceret. qua ex re Athenienses ma-
 gnam gloriam sunt adepti. Interim ¹⁴bellum inter Aegy-
 ptios & Persas conflatum est: & ¹⁵Athenienses cum Arta-
 xerxe societatem habebant, Lacedæmonij cum Aegyptiis. à
 quibus magnas ¹⁶prædas Agesilaus rex eorum faciebat. Id
¹⁷intuens. Chabrias cum in re nulla Agesilao cederet, sua
 sponte eos adiutum profectus, Aegyptiæ classi præfuit: ¹⁸pe-
 destribus copiis Agesilaus. Tum ¹⁹præfecti regis Persiæ lega-
 tos miserunt Athenas questum, quod Chabrias aduersum
 regem bellum gereret cum Aegyptiis. ²⁰Athenienses diem
 certam Chabriæ præstituerunt, ²¹quam ante domum nisi
 redisset, capitis se illum damnaturos denuntiarunt. Hoc ille
 nuntio Athenas rediit, neque ²²ibi diutius est moratus, quàm
 fuit necesse. Non enim libenter erat ²³ante oculos ciuium
 suorum, quod & viuebat lautè, & indulgebat sibi libera-
 lius, quàm ²⁴vt inuidiam vulgi posset effugere. Est enim
 hoc commune vitium in magnis, ²⁵liberisque ciuitatibus, vt
 inuidia gloriæ comes sit. & libenter de iis detrahunt, quos
 emergere videant altius: neque an imo a quo pauperes alie-
 nam ²⁶opulentum ²⁷intuentur fortunam. Itaque Chabrias,
 quoad ei licebat, ²⁸plurimum aberat. ²⁹Neque verò solus ille
 aberat Athenis libenter, sed omnes ferè principes fecerunt
 idem: quod tantum se ab inuidia putabant ³⁰afuturos, quàm-
 tum à conspectu suorum recessissent. Itaque Conon pluri-

num Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigæo.³¹ Dissimilis quidem Chares horum & factis & moribus, sed tamen Athenis & honoratus, & potens. Chabrias autem³² periit bello sociali tali modo.³³ oppugnabant Athenienses Chium. erat in classe Chabrias³⁴ priuatus, sed omnes, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui³⁵ præerant, aspiciabant. quæ res ei³⁶ maturauit mortem.³⁷ nam dum primus studet portum intrare, & gubernatorem iubet eò dirigere nauem: ipse sibi perniciæ fuit.³⁸ cum enim eò penetrasset, cetera non sunt secuta. quo facto circumfusus hostium concursu, cum fortissime pugnaret,³⁹ nauis rostro percussa, cepit⁴⁰ sidere. hinc cum refugere non posset, nisi se in mare deiecisset,⁴¹ quòd suberat classis Atheniensium, quæ exciperet natantem, perire maluit,⁴² quam armis abiectis nauem relinquere, in qua fuerat vectus. id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum peruenerunt. at ille præstare honestam⁴³ mortem existimans turpi vitæ, comminus pugnans telis hostium interfectus est.

CHABRIAS.

Resque multas mem. dign.) Demosthenes oratione in Leptinem, cum magnis efferat Chabriam laudibus, tum eius res gestas semel atque iterum enumerat: ibi. *αὐτὸς ἀπαύτως πλοπῆσι οἷς παρεπέχετο ἐν Θηβαίαις, Γοργόπαι ἀπέκλειεν ἐν Αἰγίνῃ, πολλὰ ἔσπευα ἔστησεν, &c. i. aduersus omnes Peloponesios acie conflixit apud Thebas, Gorgopam (Lacedæmoniorum harmostam, seu præfectum ab Hierace nauarcho Lacedæmonio Ægina constitutum) interfecit in Ægina, multa tropæa fixit, &c. Idem paucis post, ἐπὶ αἰγίνας πόλιν ἐξέλεν, ἐξεδουμήθη τὰς ἐλαβες, περὶ χιλίους ἢ ἀχιμαλώτους ἐχάρωσα τὸ δέκα δὲ καὶ ἕκατὸν ἔλαττα ἀπέφηνε, ἑσπῶτα δὲ ἔσπευ ἔσπευα, &c. i. decem & septem urbium potitus est, septuaginta nauis cepit, tria millia captiuorum abduxit, decem & centum talanta peperit ciuitati, tot tropæa constituit, &c. legendus & Xenophon lib. 5. de reb. Gr. non longè à princip. ubi etiam illius Gorgopæ cadem exponit. enumerat & aliquot insulas à Chabria captas Diod. siculus lib. 15. Peparathum, Sciathum, & nonnullas alias, quæ sub*

potestate Lacedæmoniorum erant. sed miris efferat laudibus victoriam eius naualem, qua ad Naxum insulam potitus est, deuicta, & fugata Lacedæmoniorum classe, cui præerat Pollis. Itaque post illius pugnae descriptionem, & prædicationem, subiicit ad extremum. *Χαβρίας μὲν οὐκ ἐπιφαιή ναυμαχίαν νικῆσας, κατ' ἐπιδοσε μὲν πολλῶν λαφύρασι τὴν Πειραιῆα, καὶ μεγάλῃσιν ἀποδοχῆσιν ἔπυχε τῆσιν πόλιτις, μὲν γὰρ τὴν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, ἀδύνατοι ἑσπῶτα ναυμαχίαι ἐνίκησαν. πῶς γὰρ ἀπὸ Κνίδου ἐν ἰδία δὴ ἠγγύσταυτο, τὸ δὲ βασιλικῶν εὐλῶ χερσὶ μύθοι, αὐτὸς ἐτίθησεν. i. Chabrias igitur insigni victoria nauali potitus, reuectus est multis spoliis ornatus in Pirææ, valdeque honorificè, & cum magna omnium gratulatione à ciuitate exceptus est. namque hac prima post bellum Peloponesiacum victoria Athenienses potiti fuerant. pugnam enim naualem ad Cnidum non ipsi propriè pugnauerant, sed classe regia freti, superiores fuerant. Quibus consentanea sunt quæ scribit Plutarchus in Phocione, ibi. *αὐτὸς πῶς οὐκ ἐκίνη ναυμαχίαι ἢ πόλις αὐτῆ δὲ αὐτῆσιν ἀγωνισαμένη τοῖς Ἕλλησι μὲν πῶς ἀλασιν, καὶ καταπύχουσα, τὸν τε Χαβρίας ὑπερηγάπησε, καὶ τὸ Φωκίαιος, ὡς ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ, λόγῳ ἔχει. i. Cum igitur pugnam illam naualem primam ipsa per se ciuitas pugnasset post urbem captam, & ex sententia rem gefisset, Chabria plurimum dilexit, & Phocionis, qui eum secutus erat, tanquam viri principatu digni, rationem habuit. Idem in Camillo. *πέμπη δὲ φθίνοντος ἐν Ἀργείοις, ἀδύνατοι πῶς ἀπὸ Νάξου εὐίκαν ναυμαχίαι, ἢ Χαβρίας ἐστρατηγῆ, τὸ βονδρομίωνος ἀπὸ πῶς πωσέλωσι. i. Quinto autem die mensis intereuntis, seu decrepantis, id est XXVI. die mensis Boëdromionis. i. sextilis, seu septembris, quo die Chabrias præerat exercitui, circiter plenilunium, & c. refert hanc Chabriae, Atheniensiumque victoriam & Xenophon lib. 5. de reb. Gr. sub extr.***

- 2. inuentum eius) de quo mox dicitur.
- 3. summum ducem Ages.) de quo in Agesilao.
- 4. reliquam phal. loco vet. ced.) Diod. lib. 15. hanc pugnam, atque hanc artem Chabria sic narrat. *Χαβρίας δὲ ὁ ἀδύνατος ἦν μισθοφόρος ἀφ' ἠγεμονίας παρ' ἡγεῖται τοῖς στρατιώταις δέχεται τοῖς πολεμίοις καὶ ταπεινοκόπως, ἀμα καὶ ἐν τῇ ἑξέσει μύθοις, καὶ τὰς ἀσπίδας αὐτὸς τὸ γόνυ κλίναντας ἐν ὀρθῷ τῷ δουρατὶ μύθειν. ὡν ποιησάντων αὐτὸς περὶ τὸν αἶφ' ἐνὸς ἀφ' ἀρετῆς ἀμα τῶν Ἀργείοις δαυμάσας πῶς πὲρ ἑταίριαι ἦν πολεμίων, καὶ πῶς καὶ ταπεινοί, τὸ μὲν βιάζεσθαι αὐτὸς ὑπερδέξιος τὸ πῶς, καὶ σωαυτὸς ἕλκεν τοῖς ἐναντίοις, ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου γίνεσθαι αὐτὸς τὸν αἶφ' ἡρῆς κινδύνοισιν ἐκρίνε. πύρρον δὲ λαβὼν ὅτι τολμήσισιν αὐτῶν ζῶντο δειγνόντες αὐτὸς τῶς νύκτι, ἐν τῷ πεδίῳ αὐτὸς ἐκείλει τὸν. i. Chabrias autem Atheniensis, conductitiis militibus præfectus, significauit suis, vt hostes sustinerent, & exciperent contemtim, ἦνδ' ἂν tempore & locum tenentes, & clypeos ad genu acclinantes, porrecta, seu erecta hasta manerent. qui cum in quo inuisi erant, fecissent, quasi vna significatione, & cohortatione intellecta, Agesilæus hostium & ordinem rectum, & contemtim admiratus, vim quidem eis afferre iniquo loco & arduo, cogereque aduersarios fortis & strenuos esse in certamine comminus incundo, non putauit expedire. expertus autem, eos, si cogantur, de victoria ausuros dimicare, in planitiem pronocabat. Refert & Polyænus lib. 2. strategem. his verbis. *Ἐπειδὴ μάλιστα ἦν αἰσίου ὁμοῦ ἡμετέροις, πρὸς μὲν δὲ καὶ ἡμετέροις ἔπειτα πῶς τῶν τοῖς λακῶσιν ἀρχαίοις ἑσπῶτα. πῶς δὲ φάλαγγα δὲ τῶν ἀπὸ τῆσιν ἐδ' ἕξειν Ἀθησίων ἀφ' ἡμετέροις**

Χαβρίας ἀδελφούς, Γοργίας Θηβαίους ἄλλοι ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἀφ᾽ ἑλίου, ἀλλὰ μὲν ἡσυχῆ, ἔπειθ ὁ δὲ ἐπιπέδου τῶν ποταμῶν, τὰς δὲ ἀπὸ τῆς ἐς γόνυ τῶν ποταμῶν. Ἀριστοτέλης δὲ καταπλαγίς τὸ πᾶσι μὲν ἄλλοις τῆς μάχης, αἰετὸν ὄντι, στρατηγὸν ἡγεμόνον πολεμίων ῥώμῃ φονάξαι. ἰδ. est. Lacedaemonij adversus Thebanos & Atheniensis in acie stabant. Pedites igitur levioris armaturae, & peltaestae, seu scutati, seu scutigeri Lacedaemoniis erant inutiles. Itaque visum est Agesilao phalangem totam in acie producere. At Chabrias Atheniensibus, Gorgias Thebanis praecipiant, ut ne procurrant, sed eodem in loco mancant, hastas quidem rectas protendentes, ac porrigentes, clypeos vero ad genu firmiter admoventes atque applicantes. Agesilaus obstupefactus stataria pugnae figura, receptui cecinit, imperatorium esse existimans hostium robur evitare. Hinc fortasse institutum olim est a Romanis, ut triarum genibus flexis intra scuta subsiderent. Quod quamobrem facerent, ex Vegetio cognoscere licet: cuius haec verba sunt lib. I. cap. XX. sed triarum genibus flexis solebant intra scuta subsidere, ne stantes vulnerarentur venientibus telis: & ut, cum necessitas postulasset, tanquam recreati a labore, vehementius hosteis invaderent: a quibus constat saepe facta, al. parta esse victoriam, cum hastati illi, & qui priores steterant, interissent. Phalanx porro apud Macedones idem fere, quod apud Rom. legio, nisi quod phalanx ampliore militum numero constabat. octo enim hominum millia continebat, cum legio non amplius quam sex millibus constaret. videtur hac voce saepe & Caesar, & Livius. Caesar lib. 3. de bello Gall. phalangem perfrugerunt.

5. obnixoque genu sc.) id est obfirmato genu ad scutum. videtur a Probo dictum esse obscurius, propter casuum similitudinem: quod expressit Diodorus planius lib. 15. καὶ τὰς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἀφ᾽ ἑλίου. i. & clypeis ad genu acclinatis. & Polyenus. τὰς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἀφ᾽ ἑλίου. id est, clypeis ad genu firmiter acclinatis. Plinius, explicatiusque dixisset hoc modo, obnixoque genu in scutum.

6. proiectaque hasta si locus emendatus est. (ut mihi quidem videtur) proiecta, positum pro, porrecta, seu ante erecta. τὸ ἐκ τῆς ἑλίου ἀπὸ τῆς ὁδοῦ. sic Sisenna lib. 2. apud Macrob. lib. 6. cap. 4. scutis proiectis. Idem proiectis ramis. M. Tull. de signis. sed quid erat eiusmodi loco, atque ita proiecta in altum, & c. Idem lib. 2. de rep. Iustitia foras spectat, & proiecta tota est, atque eminent. Idem de orat. ad Q. Fratrem lib. 3. brachium procerius projectum, quasi quoddam telum orationis. Idem in oratore perfecto, brachij projectione in contentione. contractione in remissionibus. Quidam legi volunt porrecta. Ego nihil muto.

7. tuba reuocavit) cecinit receptui: dedit militibus signum tuba, ut se reciperent.

8. fama celebr.) sic Cicero dixit pro Cluentio, caedem omnium sermone celebratam: & pro domo sua, omnium sermone celebratum.

9. ut illo statu Chabrias) Diod. Siculus eodem libro. ὁ δὲ Χαβρίας πολλῶν ἀποπέσει μὲν ἐν τῇ μάχῃ, ὅτι τὸ πᾶσι μάλιστα ἐστὶν ἀπὸ τῆς στρατηγίας, καὶ τὰς εἰκόνας τὰς ἐπὶ τῇ δόξῃ τῆς αἰψῆς, καὶ δίσκου ἐν ἐχούσας τῶν πᾶσι χίμα. i. Chabrias autem quamvis multe & praeclearae ab eo res essent in bello gesta, hoc tamen acuto & sollerti consilio maxime gloriabatur, & statuas sibi a populo donatas, hoc statu, & hac figura collocavit.

10. his statib. in stat. pon. uter. in quib.) absens sum Claudio Puteano, qui vidit, hunc locum esse mendosum, ut est vulgo impressus. sc. enim habent omnia exempla, his statibus statuis ponendis uterentur, cum victoriam essent adepti, inepta & absurda proposita sententia. Nam primum vox, artifices, non ad pugiles, aut gladiatores, & similes tantum pertinet, sed & ad omnes alios multum dissimilem artem aliquam profitentis. At hic status, siue hac figura, non nisi ad pugiles, aut gladiatoris statuam quadrare potest. Deinde esto per artifices hic significari gladiatores, & similes tantum: nonne fiebat Chabriae iniuria, si omnes vel infirmi gladiatores eadem figura, eodemque statu sibi statuam fingendam curabant, quo statu Chabrias sibi fieri voluerat? Nunc autem quo modo edidimus, sententia est & facilis, & probabilis: nempe ceteros artifices post hanc Chabriae statuam, curasse ut statu sibi ob victoriam donata, eo statu, habituque fingerentur, ac ponerentur, in quo ipsi statu vicissent.

11. multa in Aeg. (sp.) privato officio, non publice a populo delata, ac mandata. Diod. lib. 15. cum Probo in eo congruit, quod dicit, Tachum Aegypti regem, siue satrapam, Chabriae publice non ab Atheniensibus, misso, sed privatim perducto & adhibito, classis imperium, ac praefecturam tradidisse: in eo discrepat, quod narrat, Nectanebum, seu, ut est apud Plutarch. in Agesilao, Nectanebin, Tachi filium, vel, ut Plutarch. ἀδελφόν, i. fratris aut sororis filium, patre absente regnum Aegypti corruptis praefectis occupasse, ita ut pater Tachus ad hostem Artaxerxem confugere coactus sit. Nam si id verum est, quod ait Probus, Chabriam Nectanebo adiumento fuisse ad regnum Aegypti ei constituendum, & constabiliendum: falsum est quod a Diodoro dicitur, Chabriam a Tacho, classi praefectum fuisse, nisi quis dicat, Chabriam Tachi desertorem ac proditorem fuisse: quod non fit mihi verisimile. quamquam etiam Agesilaum, qui fuerat a Tacho evocatus, ut sibi optularetur, ab illo ad Nectanebum descivisse, in Agesil. cognoscemus.

12. Nectanebum) Tachi Aegypti regis filium, vel, ut alij volunt, fratris, sororisve filium: qui patrem seu patruum, seu avunculum, e regno expulit, ut tradit Diodorus. sed, ut idem narrat, brevi post tempore Tachus quod amiserat scelere filij, facile recuperavit opera & beneficio Agesilai, ut in Agesilao cognoscemus: & ut narrat Diodorus: a quo discrepat Plutarchus: & vero ipse Probus, hoc loco. Nam si Nectanebo regnum constituit Chabrias, eripuit Tacho, qui cum Nectanebo de regno Aegypti contendebat.

13. Fecit idem Cyprum) Hac de re nihil reperi praeter id, quod est apud Diod. Siculum lib. 16. si forte ad rem pertinet. Nam Photionem & Euagoram, non Chabriam & Euagoram Cyprum oppugnatum iuisse narrat, sic enim ille. ὁ δὲ (Ιδριεὺς τῆς Καρίας δωάτης) ὁξέως ἄρξας σκεδασάμενος τελευτήσας μὲν πᾶσι ἐκείνῃ, στραπὸν δὲ μεσοφόρος ὀκλακιστοῦς, δέξασθαι αὐτὸν εἰς τὴν Κύπρον, ὅπως ἔσται στρατηγὸς Φωκίονα, ἢ ἀδελφῶν ἢ Εὐαγόρων, πᾶν ἐν τῷ ἐπαύῳ χρόνῳ βεβασιλεύσῃ καὶ τὴν ἡσπ. οὐπι μὲν οὐδὲ καταπλάσσειται ἕως τὴν Κύπρον, ἀλλὰ δὲ τὴν μέγιστον τῶν πόλεων Σαλαμίνα τὴν δωάτην ἡγήσεται. βαλλόμενος δὲ χερσὶ καὶ τὴν παρεμβολῶν ὀχυρώσαντες, ἐπολιρκῶν τῶν Γαλαμῶν καὶ τῶν ἀμαρῶν καὶ τῶν δαλαπῶν, & c. i. Idrius autem (Carie regulus, seu tyrannus) cum celeriter triremis parasset quadraginta, milites conductitios octies

mille misit aduersus Cyprum, belli ducibus praepositis Phocione & Euagora, qui superioribus temporibus in insula regnum obtinuerat. Hi igitur cum ad Cyprum nauigassent, statim aduersus maximam urbium Salaminem copias duxerunt. Vallo autem vrbe cincta, & castris suis munitis Salaminios terra & mari oppugnabant, &c. Credibile est Diod. Siculum vel Phocionem pro Chabria posuisse, cum Phocion Chabriae comes esset, vel alium historicum secutum esse, quam quem secutus est auctor noster.

14. Interim bellum inter Aegypt.) Diod. lib. 15. αμα δὲ τούτοις ἀπὸ τῶν βασιλέων ἡμεῖς ξεινίας ἀξιολόγοις ἤβροισι μεγάλοις γὰρ μισοῖς τοῖς ὑπακούουσιν ἀποστῆσαι, καὶ συχνοῖς ἀνεργειῶν, τὰ δὲ πολλοὶς ἔχει τῶν ἐπιπέπων ὑπακούοντας ἀποστῆσαι, οὐκ ἐχόντων δὲ στρατηγὸν ἀξιοχρεῶν, μεταπέμψατο Χαβρίαν πρὸς ἀθῆναιον, αἰθρὰ καὶ σωτῆρ τῆ στρατηγικῆς ἀξιοφοροῦ, ἔδωκεν ἑπ' ἀρετῆς μεγάλῃ ἀρετῆς πεποιημένον, &c. i. Dū hac geruntur Acoris rex Aegyptiorum, offensus in regem Persarum copias externas sermone darent, adnumerabat, multosque beneficiis inuitabat, atque alliciebat, citò multos Græcos habuit ei militiæ operam danteis. sed cum ducem non haberent idoneum, Chabriam arcesiuuit, virum & scientiæ rei militaris atque imperatoriae præstantem, & magnam gloriam ob virtutem consecutum. Narrat & aliud bellum Diodorus eod. lib. à rege Aegypti Tacho regi Persarum illatum, ibi. οὐσίας δὲ τούτοις ἐν Ταχῶ, ὁ βασιλεὺς τῶν αἰγυπτίων, κείνας πολεμῶν τοῖς ἀποστῆσαι, &c. quod ad huc locum videtur potius pertinere. In hoc enim bello Agesilaus & Chabrias interfuerunt, regemque Tachum adiunuerunt, vt tradit Plutarch. in Ages.

15. & Athen. cum Artax. soc. hab.) Quocirca & Pharnabazo regis Persarum satrapæ petenti Iphicratem belli ducem dederunt: & Chabriam eiusdem Pharnabazi admonitu & rogatu reuocarunt, vt tradit Diodorus eod. lib.

16. magnas præd. A. r. e. facieb.) Facere prædam dixit & Cæsar lib. 4. de bello Gallico. sub extr. & quanta prædæ faciendæ, atque in perpetuum sui liberandi facultas daretur. & Cicero lib. III. accus. maximos quæstus, prædæque fecisse. Dicunt Latini & agere prædam. Cæsar lib. VI. de bello Gall. sub extr. præda ex omnibus locis agebatur. sic sepe loquitur & T. Livius.

17. Id inueniens Chabrias) contra Diodorus, qui tradit, eum fuisse ab Acoride arcesitum, vt supra ostendi. In hoc tamen cum Probo congruit, quod sine suffragio, aut decreto populi Chabriam prouinciam illam belli suscepisse dicit, sic Diod. eod. lib. & loco. καὶ οὐδὲν αὐτῷ τῆς ἀθῆνης γὰρ ἡμῶν ἀποστῆσαι, καὶ μὴ πολλῶν ἀποστῆσαι παρὰ τοὺς ἀλλοτρίους πολεμῶν ἀποστῆσαι, &c. Hic igitur (Chabrias) sine populi decreto susceptis ducendi exercitus, & belli gerendi partibus, præerat exercitui Aegyptio, & magno studio bellum aduersus Persas gerere parabat.

18. pedestr. cop.) hac de re in Agesil. cognoscemus.

19. Tum præfecti regis) Pharnabazus. Sic enim Diod. ibid. ἔπειτα δὲ (Φαρναβάζου) καὶ τοῦ βασιλέως ἀποστῆσαι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἰδίαν ἡγεσίαν, ὅτι τῶν αἰγυπτίων ἡγεσίαν ἔχειν ἀποστῆσαι τῶν βασιλέως ἀποστῆσαι τὸν δῆμον, ἀποστῆσαι δὲ στρατηγὸν Ἰφικράτην.

αὐτῶν δὲ τῶν αἰγυπτίων. i. Misit autem Pharnabazus legatos ad Athenienses partim Chabriam accusans, quod cum præfesset Aegyptius, regis animum à populo alienaret, partim petens vt Iphicratem sibi belli ducem darent. Quem locum memini me proferre in Iphicrate.

20. Athenienses diem cert.) Diodor. ibid. οἱ δὲ ἀθῆναιοὶ ἀποστῆσαι τὴν βασιλείαν τῶν ἀποστῆσαι εἰς θύνας ἀποστῆσαι, καὶ τὸ Φαρναβάζου ἰδιοποιήσασθαι, τὰς ἑαυτοῦ τῶν Χαβρίου καὶ Αἰγυπτίου μεταπέμψατο, καὶ &c. i. Athenienses autem regis Persarum beniuolentiam studentes sibi conciliare, & Pharnabazum sibi beneficio deuincire, celeriter & Chabriam ex Aegypto reuocarunt, & Iphicratem belli ducem, qui Persis adiumento esset, ad bellum gerendum miserunt.

21. quam ante) ante quam. αἰασροφῆ.

22. ibi) Athenis.

23. ante oculos) in oculis, in conspectu. Sic Cicero pro Planctio habitauit in oculis: pressi forum. & lib. 3. de off. qui in oculis ciuium quondam uiximus. Idem epist. ad Q. frat. lib. I. In oculis clarissima prouincia, atque in auribus omnium gentium ac nationum esse posuim. Nunc quod ad rem attinet, Ephorus lib. 13. Philippic. apud Athenæum lib. 12. ἡ δὲ ἀθῆναιος (Χαβρίας) δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει, τὰ ἑαυτοῦ ἀποστῆσαι ἀποστῆσαι, καὶ τῶν πολλῶν καὶ τῶν αὐτῶν τῶν ἀποστῆσαι τὸν βίον, &c. δὲ ἀποστῆσαι ἀποστῆσαι, ἀποστῆσαι τῶν ἐν τῇ πόλει, &c. i. cum autem Chabrias in ciuitate uiuere non posset, partim propter libidinem, & sumtuosum uiuendi genus, partim propter Athenienses: in omnes enim claros viros asperi, & sæui sunt, &c.

24. vt inuid. glor. com) itaque non facile ferunt præstanteis aliqua virtute viros. Horat. epist. I. lib. 2. Vrit enim fulgore suo qui prægrauat arteis Infra se positas. ad quem locum de inuidia plura. Morte autem exstinguitur. Cicero pro Corn. Balbo. ibi. mors enim cum exstinxisset inuidiam, res eius gestæ sempiterna nominis gloria niterentur. Horat. eod. loco, de Hercule loquens.

comperit inuidiam suprema luce domari.

25. liberis que ciuitatib) Ratio est, quia in liberis ciuitatib. qualis erat ciuitas Atheniensis, omnes ciues sunt libertate pares, atque æquales. At libertate sola, aut maxime, ius, & dignitas ciuis in eis æstimantur. Itaque omnem aliam præstantiam & excellentiam oderunt, vt suspectam, verentes, ne, qui excellent, libertatem populi opprimant, & tyrannidem occupent.

26. opulentum) sic habent omnes libri: quæ lectio si emendata est, vt mihi quidem videtur, opulentum patrij casus est, à recto opulens. sic violens positum ab Horatio od. 30. lib. 3. quæ violens obstrepit aufidus. & epist. 10. lib. 1. sed postquam victor violens discessit ab hoste. Quemadmodum igitur violens & violentus dixerunt veteres sic opulens & opulentus.

27. intuentur) quidam libri habent, intuentur, non malè. Vtrumque enim dixerunt veteres, tuor, & tueor, pro eadem re, seu actione. vt Lucr. lib. 4. dilutæque contra cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror. notat Pompeius Festus in voce tuor, quamquam eo loco mendosus est.

28. plurimum) id est plerumque, ut in τὸ πλεῖστον.

29. Neque verò solus ille aber. Athen.) expressa sunt hæc ex Ephoro, cuius

ταὶ ἑξελκύνονται, ἢ ἀπὸ δειῶν ἀποκαλύπτων. i. pro illis (regibus) autem ij, qui non audent in præliis mortem oppetere, maiore ignominia afficiuntur, quam qui ordines relinquunt, & clypeos abiiciunt. Et Lacedæmonie mulieres filios suos in militiam dimittentes, hoc eis mandare, & præcipere solebant, ἢ οὐδὲ τὸ ἄνω, ἢ ἔτι τὸ ἄνω. i. aut cum hoc, aut super hoc. quo significabant, se monere, ut aut scutum referrent, aut super clypeum mortui efferrentur.

43. honestam mortem & c.) Si Achilles vitam breuem gloriosam, vitæ longæ gloriæ experti anteposuit: quanto magis mors honesta, vitæ turpi anteponenda est? Nam bene & beatè vivere sine gloria licet: bene beatèque vivere cum infamia & dedecore nō licet. cui autem bene beatèque vivere non licet, ei vitæ dulcedo erepta est. cui vitæ dulcedo erepta est, ei, cur vitam retinere velit, causa nulla est. Hæc sunt fere ex sententia Aristotelis. Nam religionis nostræ alia vox est.

TIMOTHEVS.

Timotheus, ¹Cimonis filius, Atheniensis. hic à patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. fuit enim ²disertus, ³impiger, ⁴laboriosus, ⁵rei militaris peritus, neque ⁶minus ciuitatis regendæ. Multa huius sunt præclare facta, sed hæc maximè illustria. ⁶Olynthios & ⁷Byzantios bello subegit. Samum cepit. in qua oppugnanda superiori bello Athenienses mille & ducenta talenta consumserant. id ille sine ulla publica impensa populo restituit. Aduersum ⁷Cotym bella gessit. ab eo mille & ducenta talenta præda ⁸in publicum detulit. ⁹Cyzicum obsidione liberauit. ¹⁰Ariobarzani simul cum Agesilao auxilio profectus est: à quo cum ¹¹Laco pecuniam numeratam accepisset, ille ciues suos agro, atque urbibus ¹²augeri maluit, quàm id sumere, cuius partem domum suam ferre posset. Itaque accepit ¹³Erichthonem & ¹⁴Sestum. Idem classi præfectus ¹⁴circumuehens Peloponesum, ¹⁵Laconicam populatus, classem eorum fugauit. ¹⁶Corcyram sub imperium Atheniensium redegit: sociosque idem adiunxit Epirotas, ¹⁷Athamanas, Chaonas, omnesque eas gentes, quæ ¹⁸mare illud adiacent. quo factò Lacedæmonij de

diutina contentione destiterunt, & sua sponte Atheniensibus imperij maritimi principatum concesserunt, pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses ¹⁹mari duces essent. Quæ victoria tanta fuit Atticis letitiæ, ut tum primum aræ ²⁰paci publicæ sint factæ, eique deæ ²¹puluinar sit institutum. Cuius laudis ut memoria maneret, Timotheo publicè statuam ²²in foro posuerunt. qui honos huic uni ante hoc tempus contigit: ut, cum patri populus statuam posuisset, filio quoque daret. ²³Sic iuxta posita recens filij, veterem patris renouauit memoriam. Hic cum esset ²⁴magno natu, & magistratus gerere desisset, bello Athenienses undique premi sunt coepti, defecerat Samus: descierat Hellepontus: Philippus ²⁵iam tunc valens Macedo multa moliebatur: cui oppositus ²⁶Chares cum esset, non satis in eo presidij putabatur. Fit Menestheus prætor: filius Iphicratis, gener Timothei, ²⁷& ut ad bellum proficiscatur, decernitur. Huic in consilium dantur duo usu & sapientia præstantes, ²⁸quorum consilio uteretur, ²⁹pater & socer, quòd in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset, per eos, ³⁰amissa posse recuperari. Hi ³¹cum Samum profecti essent, & eodem Chares eorum aduentu cognito cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur: accidit, cum ad insulam appropinquarent, ³²ut magna tempestas ³³oriretur: quam euitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam classem ³⁴suppresserunt. ³⁵At ille temeraria usus ratione non cessit maiorum natu auctoritati: ³⁶& ut si in sua manu esset fortuna, quò contenderat, peruénit: eodemque ut sequerentur, ad Timotheum, & Iphicratem nuntium misit. hinc male re gesta, compluribus amissis nauibus, eodem, unde erat profectus, se recepit. litterasque Athenas publicè misit, sibi

procliue fuisse Samum capere, nisi à Timotheo & Iphicrate desertus esset.³⁷ ob eam rem in crimen vocabantur. populus acer, suspicax, mobilis,³⁸ aduersarius, inuidus etiam potentiae, domum reuocat: accusantur prodicionis. Hoc iudicio³⁹ damnatur Timotheus, his que eius aestimatur centum⁴⁰ talentis. Ille odio ingrata ciuitatis coactus,⁴¹ Chalcidem se contulit. Huius post mortem populus, cum eum iudicij sui pœniteret, multa nouem parteis detraxit, & decem talenta Cononem eius filium, ad muri quandam partem reficiendam iussit dare. in quo fortuna⁴² varietas est animaduersa. nam quos⁴³ auus Conon muros ex hostium præda patriæ restituerat, eosdem nepos cum summa ignominia familia ex sua re familiari reficere coactus est. Timothei autem moderata, sapientisque vitæ, cum pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti, quod ex eo facile conici poterit, quam carus suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus causam diceret, non solum amici, priuatique hospites ad eum defendendum conuenerunt, sed etiam in eis⁴⁴ Iason tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic cum in patria⁴⁵ sine satellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo præsidio uenit: tantique hospitem fecit, ut mallet se capitis periculum adire, quam Timotheo⁴⁶ de fama dimicanti deesse. ⁴⁷Hunc aduersus tamen Timotheus postea populi iussu bellum gessit: ⁴⁸patriæ que sanctiora iura, quam hospitij, esse duxit. ⁴⁹Hæc extrema fuit ætas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei: neque post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.

TIMO-

TIMOTHEVS.

Cononis fil.) & Thressæ mulieris, impudicæ, ut refert Athenæus lib. 13. pag. II. Τιμόθεος δὲ ὁ στρατηγὸς αἰθιωαίων ἑπιφανὲς, ἐταίρου τῶν ἡρώτων, Θεσπίης τῆς γαίας, ἀμύνης ἢ ἀλώως τοῦ ἔσπορος, μεταβάλλουσα γὰρ αἰ τοιαύταις εἰς τὸ σάφροσι, τῷ δὲ τῷ τῷ συμνομοῦσαν εἰς βήτιοις. ὁ δὲ Τιμόθεος καὶ στωπιδόμος ποτι, ὅτι τοιαύτης εἶναι μὲν ἔστι, καὶ χάρειν γὰρ αὐτῆς, φησὶν, οἶδα, ὅτι δὲ αὐτῷ Κόνωνος εἰμι υἱός. i. Timotheus autem, qui Atheniensium dux belli fuit clarus, & illustris, puella impudicæ filius erat, genere Thressæ, alioqui moribus castis atque integris. Nam tales mulieres si semel à vita impudicæ sese ad temperantiam transferant, iis, quæ hoc nomine gloriantur, & magnificè se circumspiciunt, meliores euadunt. Timotheus verò cum aliquando falsè luderetur: quòd talis matris esset filius: ego verò, inquit, etiam gratiam ei habeo, quia eius opera Cononis sum filius.

2. disertus) Cicero lib. 1. de off. Africanus eloquentia cum laudat bellicam gloriam: quod idem fecit Timotheus, Cononis filius: qui cum belli laude non inferior fuisset, quam pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. licet etiam ex Demosth. oratione ἀεὶ ἔστι ἐν χερσὶν ἡμῶν sub extr. intelligere, Timotheum eloquentem fuisse. profert enim fragmentum quoddam ex eius oratione ad populum habita, spiritus, & acrimonia plenum. sic Demosth. ἵτα γὰρ δὴ πῶς τὸ δὲ, ὅτι Τιμόθεος ποτι ἐκείνος ἐν ὑμῖν ἐδημιούρησεν, ὡς δὲ βουθῆν, καὶ τοῖς βίβοτας σῶζεν, ὅτι θεοῖσι καὶ πῶς οὐκ αὐτῶν πῶς αὐτῶν, καὶ λέγων εἶπεν οὕτω πως. εἰπέ μοι βυβλίεσθαι, ἔφη, θεοῖσι καὶ ἡρώτων, καὶ ἡρώτων ἐαυτοῖς, καὶ δὲ περὶ ἐκείνου ἐμπλήσσει πῶς γὰρ λαοῖσιν, ὡς αὐτοῖς αἰθιωαίων τελευτῶν, καὶ αἰθιωαίων ἡδη πρὸς τοῖς εἰς τὸν ποτι πῶς, αἰθιωαίων καὶ ἡρώτων, καὶ ἡρώτων ἐκείνου ἐμπλήσσει τῶν καὶ, καὶ ἡρώτων ἐκείνου ἐμπλήσσει τῶν καὶ, καὶ ἡρώτων ἐκείνου ἐμπλήσσει τῶν καὶ, καὶ ἡρώτων ἐκείνου ἐμπλήσσει τῶν καὶ. Scitis enim, Timotheum illum quondam apud vos contionatum esse, & dixisse, Eubæensibus auxilium ferre, & eos seruare vos portare, cum eos Thebani in seruitutem redigere conarentur. & cum apud orationem haberet, ita locutus est: Agite dum: vos cum Thebanos in insula esse auditis, quam rem geratis, aut quid faciendum sit, consultatis: non mare trirētibus, Athenienses, implebitis? non iam exsurgitis, & in Piræum ibitis: non nauis in portum deducetis? Ergo hæc quidem Timotheus dixit: vos autem fecistis. Postremò M. Tull. lib. 3. de orat. ad Q. Fr. scribit, Timotheum ab Isocrate fuisse institutum atque eruditum.

3. laboriosus) φιλόπιος.

4. rei milit. per.) στρατηγικός, τὸς πολεμικὸς ἐμπειρὸς. fuit præterea fortunatus, ac felix: & verò ita cognomento dictus, ut testantur Plutarch. Suidas, Alian. var. hist. lib. 13. interpret Aristoph. ad illum locum Χρ. ὁ Τιμόθεος δὲ πύργος. Καρ. ἐμπειροσὶ γὰρ ὁ. & item alibi.

5. neque min. ciuit. reg.) repetitὸς καὶ καὶ, peritus: hoc est, quod Græci dicunt, politicus.

6. Olynthios, & Byzāt.) bello, opinor, sociali. verū nullū hac de re verbū apud Diod. quod quidē meminerim: nisi quòd lib. 16. scribit, bello sociali, Chios, Rhodios, Byzantios, Coos, ceteros qui ab Atheniensibus defecerant, Imbrum, & Lemnum, que erant Atheniensium, diruisse: agrum Samium populatos esse, ac diri-

puisse, urbem samum obsidisse atque oppugnasse: Atheniensis verò ducibus Iphicrate, Charete, Timotheo, Byzantium oppugnasse: Chios autem, & Rhodios, ceterosque qui ab Atheniensibus defecerant, classe eò appulsa, Byzantium obsidione liberaffe: quæ nihil ad hunc locum videntur pertinere.

7. Cotym) Paphlagoniæ regem.

8. in publicum) in erarium.

9. Cycicum obs.) Diod. Siculus lib. 15. Τιμόθεος ὁ ἀθηναιῶν στρατηγός, ἔχων δι- ταμι πτελική πτε, ἰάμπικη, Τυρώνω μὲ καὶ Ποτίδαχου πολιορκήσας εἶλε, καὶ Κιλικίης δὲ πολιορκουμένων ἐβόηθησεν. i. Timotheus autem Atheniensium imperator habes exercitum pedestrem, & naualem, Tyronam, & Potidæam cepit: Cycicenos, qui obfidebantur, obsidione liberauit.

10. Ariobarzani) regis Persarum satrapæ in Lydia: qui Mithridate mortuo, regnum Ponti obtinuerat: de quo & Probus in Datame. Nulla autem de hoc bello neque apud Diod. neque apud Plutarch. mentio fit, quod sciam.

11. Laco) Agesilaus.

12. augeri) alias, augere.

13. Erichthonē & Sestium) locus suspectus, atque adeò corruptus. de Erichthone quidem non video quo modo ferri possit. nam urbem huius nominis nullam reperio. Quid si legamus, Erythinos? Erythini Paphlagoniæ oppidum. Quid si Ctesiphontem? Ctesiphon urbs est Paphlagoniæ. Omnino hic mihi aqua hæret.

14. circumuehens) malim circumiens: & ita vuteano videbatur. verum tamen nihil mutare ausus sum. Et verò fortasse usurpauit, circumuehens, pro eo quod est, circumnauigans, seu περιπλέων, tamquam participium à verbo deponente circumuehor: quemadmodum inuehens ab inuehor.

15. Laconicam) Laconicam regionem.

16. Corcyr. sub. inip. Ath. red.) aliter Diod. lib. 15. pag. 48. ibi. Αθηναιοὶ δὲ καὶ λαμαδὸν ἀπεσταλκασαν Τιμόθεον πρὸς Κόνωνος ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Κερκυραίοις μὲν νεῶν ἑξήκοντα. Οὐδὲν ἔτι πρὸς τὴν συμμαχίαν τῶν τῆς πλάσας ἐπὶ. Θράκιος, καὶ πολλὰς πόλεις ἐπὶ συμμαχίαν πορὸς καλασσίδος, πορὸς ἑθνικὰ τεύκοντα πενήρεις. τότε δὲ καὶ δυστέρων τῆς ἑβὲ Κερκυραίων συμμαχίας, πρὸ μὲν πρὸς τὸν αὐτὸν ἐξέλε πτω στρατηγίαν τῷ δήμου χελεπῶς ἔχων. ὡς ἔτι παρὲν πλάσας ἐς τὰς Αθῆνας, ἄγων πορὸς ἑθνεῶν πλῆθος ἑβὲ πτω συμμαχίαν. σὺν πτεδύων, καὶ τεύκοντα πενήρεις πορὸς πεθῆκος, παύται τε τὸ εἶλον δὲ κατεσκεδακῶς πορὸς πὴν πόλεμον ματινῶσεν ὁ δήμος, καὶ πάλιν αὐτῶ πτω στρατηγίαν ἐποκατέστησεν, &c. id est, Athenienses autem iam pridem Timotheum Cononis fil. ad auxilium Corcyrænsibus ferēdi cū nauibus sexaginta miserūt. Hic autē cum ante hanc societate in Thraciā nauigasset, & multas ciuitates ad societate belli aduocasset, atque adiunxisset: etiā triginta triremibus classem suā auxit. Sed cū tardior esset in illa Corcyrænsium societate, primū imperium amisit, populo in eum grauius commoto, atque offenso. deinde vt nauigauit Athenas, primū legatorum multitudinem adduxit, qui societatem cum Atheniensibus constituerent & paciscerentur, deinde triginta nauibus ad eas, quas habebat, additis, & omni classe rectē, atque ordine ad bellum parata atque adornata: populum pœnituit, & imperiū ei redidit, &c. Paucis post versibus narrat ille, Iphicratem & Timotheum classi

theniensium præfectos, cū bello iam confecto in Corcyrā venissent, eosque Lacedæmonij anteuertissent, nihil memorabile gessisse, nisi quod nouem triremibus Siculas à Dionysio missas ad auxilium Lacedæmonis ferendum, in quas inciderrant, cum uiris ceperunt. οὐ πῶ δὲ ἑβὲ κερκυρῶν ὑστρηιώτες ἀλλο μὲ οὐδὲν ἔσπευξαν μὴ ἄλλο μὲ ἀξίον, πτεύρασι δὲ σκαλικῆς περιπλέωντες, &c. αὐτῶ πορὸς εἶλον οὐσας ἐνεία. Sed intellige, Timotheum antea quidem Corcyrā sub imperium Atheniensium rede-gisse, postea verò Lacedæmonis Corcyrā obsidentibus, Timotheum imperatorem ad eam obsidione liberandam, & seruandam missum, serius venisse. Xenophon quidem lib. 5, de reb. Gr. in extr. disertè narrat, Timotheum Corcyrā subegisse, his uerbis. ὁ ἑβὲ Τιμόθεος περιπλέωντας, Κερκυραὺ μὲ διδύς ὅφ' ἔαυτῶ ἐπιήσαστο: ἔ ἑβὲτοι λωδραποδίσαστο, οὐδὲ ἀπὸρας ἐφυλάδουσεν, οὐδὲ τὸ μοις ματέσθησεν. ἔ ἑβὲ τὰς περιπλέωντας πόλεις ἐπὶ τὰς διδύς ἐστρας ἔχεν. i. Timotheus porro nauigationis flexu circum-acto, Corcyrā quidem statim potitus est: non tamen ciuis in seruitutem redegit, neque in exsiliū expulit, neque leges mutauit: ex quo omnes illius loci ciuitates maiore beniuolentia sibi deuinxit. Idem lib. 6. non longe admodum à princip. tradit, Atheniensis, cū audissent, corcyrā à Lacedæmonis esse obsessam, eiusque in sulæ opportunitatem cognouissent, Timotheum, data ei classe sexaginta nauium, eò subsidio misisse: illum autem, quod ex ciuitate nauis remigibus intruere non potuerat, nauigatione ad insulas circumacta, illinc supplementum sumere cogitasse: Atheniensis verò hoc audito existimanteis illum tempus frustra contriuisse, & occasionem rei gerendæ amisisse, ei suscensuisse, & imperium ademisse, Iphicratem denique in eius locum substituisse. uerba Græca Xenophonis non ascribam. Sed Æschines in oratione καὶ Κτηφ. cum Probo congruit, ad extr. ibi. διὰ τὴν τὰς δωρεῶν αὐτῆς ἐδοσαν, καὶ τὰς εἰκόνας ἔστησαν ἀπαυτῆς γδ ἅμα ὅτι δωρικουῶνται ὅτι Χαβρία μὲ διὰ πτω πορὸς Νάξου ναυμαχίαν, Ιφικράτη δὲ, ὅτι μόρα λακεδαίμωνιον ἀπέκλεμε, Τιμόθεω δὲ διὰ τὸν περιπλέων τὸν εἰς Κερκυραὺ. &c. id est, Quantobrem Chabriæ, Iphicrati, Timotheo præmia dederint, statuasque posuerint, quæ ex iudicibus. Respondebunt omnes tibi se Chabriam præmio affecisse propter pugnam naualem ad Naxum commissam: Iphicratem quia Lacedæmoniorum cohortem interfecit: Timotheum, propter nauigationem corcyræ obsidione liberandæ causâ susceptam: ceteros denique propter multas cuiusque res ac præclâras in bello gestas.

17. Athamanas) Ætolia, vel, vt uult Stephanus, Thessalia populos. Sed uideatur legendum, Acarnanas, ex Diodoro, eod. lib. καὶ τὰ καὶ πτω Ακαρνανίαι πόλεις ὁ μοιός ἐπὶ πτεν ἐποκρίων πορὸς ἀθναίους. i. & ciuitatib' Acarnaniæ similiter persuasit, vt sese ad Athenienses applicarēt. Sunt autē Acarnanes populi ad Achelou sit.

18. quæ mare illud adiac.) dictum antiquè, pro, quæ mari illi adiacent, seu, ad mare illud adiac. nam ueteres non fere prepositiones iterabant, vt, adigere arbitrum, apud Cic. propugnare nugis apud Horat. epist. lib. 1. ad quem locum plura. Sic in Ages. & homines suis rebus abalienaret. sic apud Homer. ἰλ. π. τῶ δὲ καὶ Αὐπιέδων ὕπαρξ ζυρὸν ὠπείας ἴππους. dictum enim ὕπαρξ ζυρὸν ἴππους, pro ὕπαρξ ζυρὸν ὕπὸ ἴππους, Mox tamen contra preposito iteratur, ibi, de diutina contentione destiterunt.

- 19. mari) κτ' ἑλευθερίας, id est in mari.
- 20. aræ paci publicæ) Atqui Plutarchus in Cimone, tradit, aras pacis esse post-
tas post victoriam illam Cimonis ad Eurymedontem partam contra Persas: quam
pax illa omni sermone celebrata (ἡ εὐνοία) appellat Plutarchus. & Demosth. o-
ratione ἀεὶ τῆς ἀρετῆς, contra Æschin. τὴν ὑπὸ πᾶσιν ἑλευθερίαν) consecuta est.
sic Plutarch. φασὶ δὲ καὶ βωμόν ἐπὶ τῆς ἀρετῆς αἰθρῆς, & c. i. a-
iunt autem Athenienses propter hæc aram pacis posuisse, & c. publicæ, autem e-
didimus, codices Basileenses, & Colonienses secuti, non reclamaturi, si quis, pu-
blicè, reponi malit, quo modo habent exempla Veneta, & Germanica.
- 21. puluinar) puluinar à polutis, inquit Varro lib. 4. Erant autem puluinaria,
lætuli, seu puluilli ex aluta facti, molli tomento facti, qui sterni in quibusdam
templis consueverant, ut in eis collocarentur deorum statuæ. Interdum puluina-
ria pro templis ponimus, inquit seruius ad illum locum Virgilij 4. georg. vris Im-
paribus ductos alta ad donaria currus: ad extr. libri. Cic. de harusp. res. Qui
sacerdotem ab ipsis aris, puluinariibusque detraxisti.
- 22. statuam in foro pos.) Æschin. orat. κτ' Κτισίφ. ut supra non longè retulimus.
Commemorat & Pausanias Cononis statuam in Atticis. sed eam inter eas nume-
rat, quæ in arce Mineruæ positæ sunt.
- 23. Sic iuxta posita r. fil.) ordo verborum hic videtur esse, Sic recens filij memo-
ria, hoc est statua (statuæ enim ut sunt, sic & dicuntur monumenta eorum, quo-
rum similitudinem referunt) iuxta statuam patris posita, veterem patris memoriã
renouauit. vel dic hoc modo. Sic recens filij statua iuxta patris statuam posita,
veterem patris memoriã renouauit. Quidam libri habent, memoria, in septi-
mo casu.
- 24. cum esset magno natu) id est, cum esset magnus, seu grandis natu. sic in Da-
tame. ab hoc tamen viro Scifmas maximo natu filius descit. At in Agef. princip.
qui maximus natu esset ex liberis, & c.
- 25. iam tunc valens) Methonam ceperat, Pydnam, Potidæam, Pagasas, Thra-
ciæ vrbeis aliquot.
- 27. & ut ad bellum proficisc.) quidam libri non habent particulam, ut, for-
tasse non malè.
- 28. quorum consilio vteretur) videtur τῶν πολλῶν. nam si dati erant in consiliũ,
dati erant ut eorum consilio vteretur. Dicendum est igitur esse ἐπιξήνησιν, seu
ἐπιμεινῶν.
- 29. pater & socer) Iphicrates, pater: Timotheus, socer.
- 30. amissa posse rec.) propriè & benè Latine. Cicero post reditum in senatu,
in extr. præsertim cum illa amissa recuperarem, virtutem & fidem nunquam
amiserim.
- 31. Hi cum Samum) Diod. Siculus lib. 15. pag. 521. non Menestheum cum Iphi-
crate & Timotheo clausi præfuisse: sed Iphicratem & Charetem: neque illos Sa-
mum, sed Byzantium oppugnasse tradit: nisi fortè quæ ibi narrat Diodorus, alio
tempore gesta sunt. sic autem ille. ἔτι δὲ Σάμοι πρὸς ἡμετέρας ἀπὸ σαπυρῆς, τὴν μὲν
ἡρώδης ἐδύσατο, τὴν δὲ πόλιν ἐπολιορκῶν κτ' ἄλλ' κτ' ἀειλασίαν, πάλαι δὲ καὶ ἀλλο-

- ἡρώδης, & c. i. hi autem (nempe Chij, Rhodij, Byzantij, & c.) cum Samo magna cũ
classe bellum intulissent, agrum quidem vastarunt, urbem autem terra & mari
oppugnarunt: multas porrò & alias insulas, quæ sub Atheniensium imperio erant,
vexarunt, & ab eis pecunias extorserunt ad vsus belli: Atheniensium verò duces
omnes in vnum congressi, primum quidem ceperunt Byzantium urbem obsi-
dere, atque oppugnare, & c.
- 32. ut magna tempestas) Ira Atheniensib. Byzantium obsidentibus, & iam-
iam futura nauali pugna, tanta subito vis venti exstitit, tantaque tempestas coor-
ta est, ut consilio desistere coacti sint. sic Diod. eod. loco. μακροῦς δὲ γιγνέσθαι τῆς
ταυμαζίας ἀεὶ τὴν Ἐλλήσποντον, καὶ γὰρ αἰετὸς ὄρνις ἦν, διεκώλυεν αὐτῶν τὴν πρὸς αἰρε-
σιν. i. cum iam in eo essent Athenienses, & aduersarij, ut prælium nauale cons-
mitterent, magna vis venti coorta, eorum consilium impediuit.
- 33. oriretur) al. oreteretur: quod non damno. tale est poteretur.
- 34. suppresserunt) id est sustinuerunt, represserunt, ἐπίγει.
- 35. At ille tem. vsus rat.) at ille, Menestheus scilicet. Sic Chares apud Diod.
cum aliis inuitis, & aduersa tempestate pæne reuocante, pugnare vellet: quod
dissentiant collega, neque nauis suas producere voluerant, suos collegas apud
milites iniquè criminatus est, & scripsit ad populum: se à collegis esse desertum:
& nisi hoc esset factum, se fuisse victorem futurum. temeraria vsus ratione au-
tem, id est, ἀδελία γενναίου. Sed quomodo ratio, temeraria esse potest? Nam teme-
ritas, est fortunæ: ratio, consilij, & mentis. Ratio hîc ponitur non pro potestate illa.
animi, qua differimus à mutis animantibus, propriè & angustè: sed pro modo,
& via agendi, impropiè, & latè: ut dicunt Latini, ratio defendendi, seu defen-
sionis, ratio belli gerendi, ratio concludendi, ratio persuadendi, & simil. Vel di-
camus, ita Probum dixisse, rationem temerariam, quasi Græcè dixisset λόγον ἀο-
ρον. i. rationem necrationem: qualia sunt illa nuptia inuuptæ, sepultura in sepulta,
strenua inertia, & c.
- 36. & ut si in sua manu) sic legendũ, non, ut est in libris Venetis & Florent.
ut in sua manu: neque ut est in Basileensib. & ceteris Germ. & ut in sua nau:
neque ut alij habent, & ut in sua manu. in sua manu autem. i. in sua potestate.
proinde quasi, inquit, in sua potestate fortunam haberet, & c. proinde quasi for-
tuna ipsius arbitrio & nutu pugnam esset gubernatura. Sic M. Tull. pro Quintio,
princip. propterea quod omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sepius
illud cogitant quid possit is, cuius in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat
facere. & Sallust. coniur. Catil. oratione cæsaris. Potest alio tempore, alio consi-
le, cui item exercitus in manu sit. falsum aliquid pro vero credi.
- 37. ob eam rem in cr.) dissentiant hîc inter se libri editi. nam Veneti & Floren-
tini sic habent, desertus esset. populus acer, susp. ob eamque rem mobilis, aduer-
sarius, inuidus etiam potentia in crim. vocabatur: dom. reu. accusantur prod. pla-
nè mendose, quis non videri? Basileenses sic, ut edidimus. cl. Puteanus suspicans
ordinem esse à Germanis mutatũ, putabat exempla Veneta, & Florentina paul-
lum abesse à recta scriptura. Itaque vna vocola addita, sic legendum existima-
bat, aduersarius, inuidus etiam potetiæ, quæ in crimen vocabatur, domum reuo-

cat. accusantur proditiōnis. acer. i. οξυς οξυθυμος, asper, iracundus. Diod. ο. η. α. θ. η. α. ο. i. παροξυσμους, & c. suspicax. i. ad suspicandum facilis ac proclivis.

38. aduersarius, inu.) Plutarch. preceptis polit. επι δε πανη δημου το κακον διε, & φιλαιποι ερεσι ωδες τις πολιτου υβροι, & c. i. Sed quoniam in omni populo inest ingenium malignum, & accusatorium in eos, qui remp. administrant, & c.

39. damnatur Tim.) absoluitur Iphicrates, vt supra cognouimus in Iphicr.

40. centum talentis talentum, αυκτορε Εεστο, valet sex millia drachmarum, aut denariorum. denarius Romanus autem, qui argenteus erat, decem asseis, seu quattuor sestertios nummos valebat. Drachma porro, apud Græcos, & denarius apud Rom. idem valebant, vt docet Budæus noster.

41. Chalcedem se contulit, que est in Eubæa.

42. fortunæ varietas) cicero lib. 2. de nat. deorum. nonne ipsa varietas, que est propria fortunæ, & c.

43. quos auus conon) vt supra in conone expositum est.

44. Iason tyrannus) Iasonem Pharsaliorum, seu Theſsalorum ducein commemorat Xenophon lib. 6. de reb. Gr. non longè à princip. eiusque potentiam, & scientiam rei militaris, & virtutem, multis verbis exponit sub persona Polydamantis Pharsalij, in ea contione, quam apud Lacedæmonios habuit. commemorat & Isocrates orat. ad Philipp. non admodum longè ab extr. his verbis, οκ πολλων δε κατανοησας, οπ δει τυτων τον εσπι ωρεσθην. μαλιστα δε οκ εσσι Ιασονι συμ- & αυτων εκαιος οδ ουδεν τυοσ τον, εσ τυ, καταπρασταυδρος, μεγατης οδξης ετωχην, εν δε ων ε- & ωρεσθεν, εσ δε ων εφησεν επιειπεν οδ τις λογις ως εις τιω ηπιρον δε εησσοδρος, & βασι- & λει πολεμιστων. i. cum ex multis autem rebus intellexeris, sic agendum esse, tum ma- & ximè ex iis, que Iasoni euenerunt. Ille enim cum tale nihil, quale tu, fecisset, ma- & ximam gloriam consecutus est, non ex iis, que gesit, sed ex iis, que dixit. Prædi- & carat enim, se in terram continentem transiturum, & regi Persarū bellum illatu- & rum, & c. De eodem & Diod. Sicul. mentionem facit lib. 15. ibi. Ιασον ο Φερων τυ- & ρανος, αει μαλλον αυξο υδρος, εσραπεισεν εις τιω λοκριδα, & c. i. Iason autem Phera- & rum tyrannus, magis in dies crescens, bellum Locridi intulit. Idem paucis post. & αμα δε τυοτις ωρεσθιοδρος Ιασον ο Φερων τυρανος, σιωεσ τι εσραπεικη δεσφερων, & & πολλοις τυω ωρεσθιοκων εις συμμαχια ωρεσθιοδρος, επισοε τις Σεπιαλοις αυππειδου της & εσσι ενλυων ηγεμονιας. i. eodem tempore dum hæc aguntur, Iason Pherarum tyran- & nus, scientia rei militaris excellens, cum multos finitimos ad societatem perdu- & xisset, persuasit Theſsalis, vt Græciæ principatum sibi deposcerent, ac vendica- & rent. Postremò & Plutarch. preceptis polit. eum commemorat, eiusque hanc sen- & tentiam refert, ως αιαλασιν ον αδικων τε μικρα, τις βουλοδρος τε μεγαλα δικαιοωρε- & γων. i. eos oportere leucis & paruas iniurias facere, qui velint magnis iustitiæ mu- & neribus fungi. Idem εσποθ. βασηλ. tradit, eum aliquando ad Epaminondam, qui & valde pauper erat, duo aureorum millia misisse: illum autem accipere noluisse. & Atque utrobique Plutarch. eum Theſsalorum υσραφχω appellat. Hic Iason, & tanta sue virtutis opinione atque admiratione concitata, tantæque expectatio- & ne rerum commota, vt Xenophon eodem libro scribit, & Diodorus Siculus & lib. 16. ex Ephori historici sententia, à quibusdam septem adolescentibus coniu-

ratis insidiosè interfectus est. vt alij volunt à fratre. causam cædis non afferunt illi, sed affert Val. Maximus lib. 9. cap. 11.

45. sine satellitib.) αιδου δορυφορων, & σωματοφυλακων. sine stipatoribus hastatis, & corporis custodibus.

46. de fama dimicanti) in periculo famæ versanti, de fama decernenti, seu certanti. M. Tullius, qui de vita gloriæ causa dimicât. Idem Philipp. vlt. in extr. cumque urbem, templa deorum immortalium, bona, fortunâsque omnium, λι- & βηρος que conseruarint dimicatione, & periculo vitæ suæ.

47. Hunc aduersus) αιανσοφην, aduersus hunc, vt & alias.

48. patriæque sancti iura, q. hosp.) sic Demosth. (vt ait Æschines oratione ωδελ & ωρεσθιοκων. hoc ei maledicti loco obuciens) dixit, se antepone (salem ciuitatis, & hospitali mensæ. Æschinis verba sunt hæc. εφραδα οδ τυς τις πλεως αλας ωδελ πλει- & ονος ποιησασαυ τις εξεινικεσ εσραπεικωσ: id est, dixisti enim te salem ciuitatis pluris fa- & cere, quàm hospitalem mensam,

49. Hæc extrema fuit atas) sic fere Diod. lib. 15. de Epaminonda loquens. & & με οδ τιω ηλικιασ τιω τυπου, μεγαλασ αι εσρεσ εσραπεικωσ, Πελοπιδωσ τε θηεσ αωσ, επ δε δε & Τιμοθεωσ, & Κονωσ, & Χαβριασ, & φικατιεσ αστωαωσ: ωρεσ δε τυοτις Αρμολωσ ο & απρατιασ βερεοδ τις χρονοσ ωρεσπρον. i. huius autem (Epaminonda) ætate fuerunt & viri clari, & illustres, & Pelopidas Thebanus, & præterea Timotheus, & cono, & & Chabrias, & Iphicrates Athenienses: & præter hos Agesilaus spartiatia paul- & lo tempore antiquior.

50. dignus memoria) dignus, cuius facta, aut res gestæ memoriæ mandentur, & εστιομνημονωτοσ, memorabilis.

DATAMES.

Venio nunc ad fortissimum virum, ¹ maximique consilij omnium barbarorum, exceptis duobus Karthaginien- sibus, Hamilcare, & Annibale. de quo hoc plura referemus; quod ² obscuriora sunt eius gesta pleraque: & ea, que prospere ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilij, quo ³ tantum non omneis superabat, acciderunt: quorum nisi ratio explicata fuerit, res apparere non poterunt. Da- tames patre Camissare, ⁴ natione Care, matre Scythis- sa natus, primùm ⁵ militum numero fuit apud Artaxerxem, eorum, qui regiam tuebantur. pater eius Camissares, quod ⁶ & manu fortis, & bello strenuus, & regi multis locis fide- lis erat repertus, habuit provinciam ⁷ Sicilia iuxta Cappa-

dociam, ⁹ quam incolunt ¹⁰ Leucosyri. ¹¹ Datames militare munus fungens primū qualis esset apparuit in bello, quod rex aduersus ¹² Cadusios gessit. namque hīc ¹³ multis millibus hostium, & regionum interfectis magni ¹⁴ fuit eius opera. quo factū est, ut, cum in eo bello cecidisset Camissares ¹⁵ paterna ei traderetur prouincia. Pari se virtute postea praeiuit, cum ¹⁶ Autophradates iussu regis bello persequeretur eos, ¹⁷ qui defecerant. namq; eius opera hostes, cum castra iam intrassent, ¹⁸ profligati sunt, exercitusque reliquus conseruatus est. qua ex re maioribus rebus praesse cepit. Erat eo tempore ¹⁹ Thyus dynastes Paphlagoniae, antiquo genere natus, à ²⁰ Pylamene illo, quem Homerus Troico bello à ²¹ Patroclo interfectum ait. Is ²² regis dicto audiens non erat. quam ob causam bello eum persequi constituit, eique rei praefecit Datamem propinquum Paphlagonis. namque ex ²³ fratre & sorore erant nati. quam ob causam Datames omnia ²⁴ primū experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium ²⁵ reduceret. Ad quem cum venisset sine praesidio, quod ab amico nullas vereretur insidias, paenè interiit. nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat ²⁶ mater cum Datame à mita Paphlagonis. ea, quid ageretur, ²⁷ rescit: filiūmq; monuit. Ille fuga periculum euitauit, bellūmq; indixit Thyo. In quo cum ab Ariobarzane ²⁸ praefecto Lydiae, & Ionia, totiusque Phrygiae desertus esset, ²⁹ nihilo segnus perseuerauit, viuūmq; Thyum cepit cum uxore & liberis. cuius facti ne prius fama ad regem, quàm ipse, perueniret, dedit operam. Itaque omnibus insciis eò, ubi erat rex, venit: posteroque die Thyum, hominem maximi corporis, ³⁰ terribiliq; facie, quod & niger, & capillo longo, barbāque ³¹ erat prolisca, optima veste contexit, quam satrapae regij ³² gerere consueuerant.

sueuerant. ornauit etiam torque, atque ³³ armillis aureis, ceteroque regio cultu: ipse agresti, ³⁴ duplicique amiculo circumdatus, ³⁵ hirtaque tunica, gerens in capite galeam ³⁶ venatoriam, dextra manu clauam, sinistra ³⁷ copulam, qua uinctum ante se Thyum ³⁸ agebat, ut si feram bestiam captam duceret. Quem cum omnes prospicerent propter nouitatem ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem magnus esset concursus: fuit nemo, qui agnosceret Thyum, qui non regi nuntiaret. Ac primò non credidit. itaque ³⁹ Pharnabazum misit exploratum. à quo ut rem gestam comperit, statim ⁴⁰ admitti iussit, magnopere delectatas cum facto, tum ornatu: in primis, quod ⁴¹ nobilis rex in potestatem inopinanti uenerat. Itaque magnificè Datamem donatum ad exercitum misit, ⁴² qui tum contrahebatur duce Pharnabazo, & Tithrauste ad bellum Aegyptium. parique eum, atque illos, imperio esse iussit. Postea verò quàm Pharnabazum rex reuocauit, illi ⁴³ summa imperij tradita est. Hic cum maximo studio compararet exercitum, ⁴⁴ Aegyptūmq; proficisci pararet: subito à rege litterae sunt ei missae, ut Aspsim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat. quae gens iacet supra Ciliciam, confinis Cappadociae. namque Aspis saltuosam regionem, castellisque munitam incolens, non solum imperio regis non parebat, sed etiam finitimas regiones ⁴⁵ vexabat, & quae regi portarentur, abripiebat. Datames & si longè aberat ab his regionibus, & à ⁴⁶ maiore re abstraheretur, tamen regis voluntati ⁴⁷ morem gerendum putauit. Itaq; cum paucis, sed uiris fortibus, ⁴⁸ nauem conscendit, existimans, id quod accidit, facilius se ⁴⁹ imprudentem, & imparatum parua manu oppressurum, quàm paratum, quamuis magno exercitu. Hac delatus in Ciliciam, egressus ⁵⁰ inde, dies, no-

cteis que iter faciens, ⁵¹Taurum transiit, eoque, quod studuerat, venit. querit quibus locis sit. Asp̄is. cognoscit haud longè abesse, profectumque eum venatum. ⁵²quem dum ⁵³speculatur, aduentus ⁵⁴eius causa cognoscitur. Pisidas cum iis, quos secum habebat, ad resistendum Asp̄is comparat. Id Datames ubi audiuit, arma capit, suos sequi iubet, ipse ⁵⁵equo concitato ad hostem ⁵⁶vehitur. quem procul Asp̄is conspiciens ⁵⁷ad se ferentem pertimescit, atque à conatu resistendi deterritus sese dedit. Hunc Datames vinc̄tum ad regem ducendum tradit ⁵⁸Mithridati. Hac dum geruntur, Artaxerxes reminiscens à quanto ⁵⁹bello ad quam paruam rem principem ducum misisset, se ipse reprehendit, & nuntium ad exercitum ⁶⁰Acaum misit, quod nōdum Datamē ⁶¹profectū putabat: qui ⁶²ei diceret, ne ab exercitu discederet. Hic priusquam perueniret, quod erat profectus, in itinere ⁶³conuenit, qui Asp̄im ducebant. Qua celeritate cum magnam beniuolentiam regis Datames consecutus esset, non minorem ⁶⁴inuidiam ⁶⁵aulicorum ⁶⁶excepit, quod illum unum pluris, quam se omnes, fieri videbant. quo facto cuncti ad eum opprimendum ⁶⁷consenserunt. Hac Pandates, gazæ custos regiae, amicus Datami, ⁶⁸per scripta ei mittit. in quibus docet, eum magno fore in periculo, siquid illo imperante in Aegyptō aduersi accidisset. namque ⁶⁹eam esse consuetudinem regum, ut casus aduersos ⁷⁰hominibus tribuant, secundos ⁷¹fortuna suae: quo facile fieri, ut impellantur ad eorum perniciem, quorum ductu res male gestae nuntientur. illum hoc maiore fore in discrimine, quod, ⁷²quibus rex maxime obediatur, eos habeat inimicissimos. Talibus ille litteris cognitis cum ⁷³iā ad exercitum Acaum venisset, quod non ignorabat ea. verè scripta. ⁷⁴desciscere à rege constituit. neq;

tamen quicquam fecit, quod fide sua esset indignum. nam ⁷⁵Androblem Magnetem exercitui praefecit. ipse cum suis in Cappadociam discedit, ⁷⁶coniunctamque huic ⁷⁷Paphlagoniam occupat, celans qua voluntate esset in regem. clam cum ⁷⁸Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, urbeis munitas suis tuendas tradit. Sed haec propter hiemale tempus minus prosperè succedebant. Audit, ⁷⁹Pisidas quasdam copias aduersus se parare. filium eò Arideum cum exercitu mittit. cedit in praelio adolescens. proficiscitur eò pater non ita magna cum manu, celans ⁸⁰quantum vulnus accepisset, quod prius ad hostem peruenire cupiebat, quam de male re gesta fama ad suos perueniret: ne cognita filij morte animi debilitarentur militum. Quò contenderat, peruenit, iisque locis castra ponit, ut neque ⁸¹circumiri multitudine aduersariorum posset, neque impediri, quo minus ipse ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Mithrobarzanes socer eius, praefectus equitum. is desperatis generi rebus ⁸²ad hosteis transfugit. Id Datames ut audiuit, sensit, si in turbam ⁸³exisset, ab homine tam necessario se esse relictum, futurum ut ceteri consilium sequerentur. ⁸⁴in vulgus edit, suo iussu Mithrobarzanem profectū properfuga, quo facilius receptus hosteis interficeret. quare eum relinqui ⁸⁵non par esse, sed omnes confestim sequi. quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut aduersarij non possent resistere, cum & intra vallum, & foris caderentur. Hac re probata exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur, ⁸⁶qui tantum quod ad hosteis peruenerat. Datames ⁸⁷signa inferri iubet. Pisidae noua re commoti, ⁸⁸in opinionem adducuntur, perfugas mala fide, ⁸⁹compositoque fecisse, ut ⁹⁰recepti, essent maiori calamitati. primum eos adoriuntur.

²¹ illi, cum quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transierant, ²² ab his que stare, quos reliquerant. quibus cum neutri parcerent, celeriter sunt concisi. Reliquos Pisidas resistenteis Datames inuadit: primo impetu pellit, fugienteis persequitur, multos interficit, castra hostium capit. ²³ Tali consilio uno tempore & proditores ²⁴ perculit, & hosteis ²⁵ profligauit: & quod ad suam perniciem fuerat cogitatum, id ad salutem conuertit. quo neque acutius ullius imperatoris ²⁶ cogitatum, neque celerius factum usquam legimus. Ab hoc tamen viro Scismas ²⁷ maximo natu. filius descit, & ad regem transit, & de defectione patris detulit. quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat sibi cum viro ²⁸ forti ac strenuo negotium esse, ²⁹ qui, quod cogitasset, facere auderet, & prius cogitare, quam conari consuesset, Autophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset saltum, in quo ¹⁰⁰ Ciliciae portae sunt sitae, Datames praecipue studuit. sed tam subito copias contrahere non potuit. a qua re depulsus cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hostibus, neque praeteriret aduersarius, quin ancipitibus locis premeretur: & ¹⁰¹ si dimicare eò vellet, non multum obesse multitudo hostium suae paucitati posset. Hac etsi Autophradates videbat, ¹⁰² satius tamen statuit congregi, quam cum tantis copiis refugere, aut tam diu uno loco sedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi ¹⁰³ Gardates appellant. eiusdemque generis ¹⁰⁴ III. funditorum. praeterea Cappadocum VIII. Armeniorum X. Paphlagonum V. Phrygum X. Lydorum V. Aspendiorum & Pisidarum circiter III. Cilicum II. Caetianorum totidem, ex Graecia conductorum III. millia: le-

uis armatura maximum numerum. Has aduersus copias spes omnis consistebat Datami ¹⁰⁵ in se, locique natura. namque huius partem non habebat vicesimam militum. ¹⁰⁶ Quibus fretus conflixit, aduersariorumque multa millia concidit, cum de ipsius exercitu non amplius ¹⁰⁷ hominum mille cecidisset. quam ob causam postero die tropaeum posuit, quo loco pridie pugnatum. Hinc cum castra mouisset, ut inferior copias, ita superior omnibus praeliis discedebat, ¹⁰⁸ quod nunquam manum consereret, nisi aduersarios locorum angustiis clausisset. quod perito regionum, callideque cogitanti saepe accidebat. Autophradates cum ¹⁰⁹ bellum duci maiore regis calamitate, quam aduersariorum, videret, ad pacem atque amicitiam hortatus est, ut cum rege in gratiam rediret. Quam ille ¹¹⁰ & si non fidam fore putabat, tamen condicionem accepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex aduersus Datamem susceperat, ¹¹¹ sedatum. Autophradates in Phrygiam se recipit. ¹¹² At rex quod implacabile odium in Datamem susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animaduertit, ¹¹³ insidiis interficere studuit. quas ille plerasque vitauit. sicut cum nuntiatum esset, quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero. de quibus quod ¹¹⁴ inimici detulerant, neque credendum, neque negligendum putauit. experiri voluit ¹¹⁵ verum, falsumne sibi esset relatum. Itaque eò profectus est, in quo itinere futuras insidias illi dixerant: sed elegit corporis statura simillimum sui, eique vestitum suum dedit, atque ¹¹⁶ eò loci ire, quod ipse consueuerat, iussit. ipse autem ornatus vestitu militari inter ¹¹⁷ corporis custodes iter facere cepit. At insidiatores, postquam in eum locum ¹¹⁸ agmen peruénit, ¹¹⁹ decepti ordine, atque vestitu in eum faciunt impetum, qui

suppositus erat.¹²⁰ Prædixerat autem Datames, cum quibus iter faciebat, ut parati essent facere,¹²¹ quod ipsum vidissent. Ipse, ut concurrenteis insidiatores animaduertit, tela in eos coniecit. hoc idem cum uniuersi fecissent, priusquam peruenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceciderunt. Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis Ariobarzanis filij dolo. namque is¹²² pollicitus est regi, se eum interfectorum,¹²³ si ei rex promitteret, ut, quodcunque vellet, liceret impune facere.¹²⁴ fidemque de ea re, more Persarum, dextra dedisset.¹²⁵ hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum rege inimicitias: copias parat, & absens amicitiam cum Datame facit, regis prouinciam¹²⁶ vexat, castella expugnat,¹²⁷ magnas prædas agit: quarum partem suis disperdit, partem ad Datamem mittit. pari modo complura castella ei tradit. Hæc diu faciendo persuasit homini, se infinitum aduersus regem¹²⁸ suscepisse bellum, cum nihilo magis,¹²⁹ ne quam suspicionem illi præberet insidiarum, neque¹³⁰ colloquium eius petiuit, neque in conspectum venire studuit. Sic absens¹³¹ amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, sed¹³² odio communi, quod¹³³ erga regem susceperant,¹³⁴ contineri viderentur. Id cum satis se confirmasse arbitratus est, certiore facit Datamem, tempus esse maiores exercitus parari, & bellum cum rege suscipi. de quare, si ei videretur, quo vellet, in colloquium veniret. Probata re¹³⁵ colloquendi tempus sumitur, locusque, quò conueniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim¹³⁶ gladios obruit, eaque loca diligenter¹³⁷ notat. ipso autem colloquendi die, utriusque locum, qui explorarent, atque¹³⁸ ipsos scrutarentur, mittunt. Deinde ipsi

sunt congressi. Hic cum aliquandiu in colloquio fuissent, &¹³⁹ diuersi discessissent, iamque procul Datames abesset: Mithridates priusquam ad suos perueniret, ne quam¹⁴⁰ suspicionem pareret, in eundem locum reuertitur, atque¹⁴¹ ibi, ubi telum erat positum, resedit,¹⁴² ut si à lassitudine cuperet acquiescere: Datamemque reuocauit, simulans se quiddam in colloquio esse oblitum. interim telum,¹⁴³ quod latebat, protulit: nudatumque vagina veste texit, ac Datami venienti ait¹⁴⁴ digrediendum: se animaduertisse, locum quendam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. quem¹⁴⁵ cum digito monstraret, & ille conspiceret, auersum ferro transfixit: priusque, quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita ille vir, qui multos consilio,¹⁴⁶ neminem perfidia ceperat, simulata captus est amicitia.

DATAMES.

Maximique consilij) καὶ δι' εὐλοῦ τὰ πρῶτα, & maxime consilio valentem.
 2. obscuriora sunt eius gesta pleraque) nihil verius. nam exceptis paucis quibusdam de Datame verbis apud Diod. Siculum, & Polyænum, & Frontinum, hic vnus auctor siue Probus, siue Nepos, Datamis memoriam ab oblivione vindicauit.
 3. quo tantum non omneis superabat) Omnes libri, quos quidem viderim, sic habent, quo tamen omneis superabat: in qua oratione, vox, tamen, non videtur ad hunc locum quadrare. Itaque nisi librorum omnium, in quibus reperitur, consensus reclamasset, ego eam sustulisset, nullamque aliam in eius locum substituissem, nisi mihi clementis Teuenini, viri Romanæ antiquitatis peritissimi, & humanissimi coniectura mirum in modum probaretur: quæ talis est: quo tantum non omneis superabat. tantum non autem, id est, ὡς οὐδὲν, prope modum, fere. Terent. Phorm. princip. modò non monteis auros pollicens. Ne quis autem putet hæc coniecturam nimis esse violentam, & à scriptura recepta remotam, faciam iam: ut aliter sentiat. scribatur tantum non, quo more scriberent librarij scriptores breuitati studentes, tmnon: fiat ex duob. primis pedib. a. ex trib. sequentib. m. ex o., verò e. seruetur n. Ita conflabitur vox, tamen. Sic igitur Teueninus putabat ex: tantum non, recto & vero, quod sic esset in libris manuscriptis, descriptū, tmnon, factum esse, tamen, mendosum & deprauatum. Idem tamen putabat pro hac eadem particula, tamen, legi posse, tum, Ex, tum, enim facilis calami lapsus fuit: ad, tamen.

4. natione Caræ) qui pater natione Caræ erat. Est autem Caria regio Asiæ, ab occasu mare Myrtonum, & Græciam: ab ortu Lyciam, & Pamphyliam: à septentrionibus Ioniam, & Phrygiam: à meridie Rhodium, & mare Rhodium spectans.
5. Scythissa) in Scythia nata, Scythide.
6. militum numero) militum ordine & loco.
7. manu fortis) sic locutus est supra in Pausania, princip. Mardonius satrapes regius, & c. manu fortis, & consilij plenus.
8. prouinc. ciliciæ iuxta Capp.) Prouinciã ciliciæ, & c. id est prouinciã ciliciã, quæ est iuxta Cappadociã, ut mox dicemus.
9. quam) Cappadociã.
10. Leucosyri) qui nunc dicuntur Cappadoces, à fluuio Cappadoce. Plin. lib. 6. cap. 3.
11. Datames militare munus fung.) sic loquitur & Plautus Menæchm Nam parasitus octo hominũ munia facile fungitur. Idem Trinummio. Sequere hac me, ut munus fungaris tuum. Lucil. sat. lib. I. Mũnu tãmen fungi, & muros seruare potissent. Idem lib. 5. Læliũ pauperem ait se ingentiũ munera fungi. Hæc ex Nonio. M. Tull. verò cum septimo casu iungere solet. exempla vulgatissima, & notissima sunt. Per regem autem, Persarum regem significat.
12. Cadusios) Καδύσιοι, ἑδνος μεταξὺ τῆς Κατωῆς Ταλασσις & τῆς Πόντου. Stephan. de urbib. i. Cadusij, gens inter mare Caspium & Pontum. Plin. lib. 6. cap. 17. ait, populos Cadusios à Græcis dici, quos Gelas dicunt Latini: eosque circa Hyrcanũ mare locat, à Caspiis orientem versus.
13. multis millib. hostium, & reg.) secutus fere sum editionem coloniensem, quæ sic habet, multis millib. hostium, regionum quoque non paucis interfectis. nã à ceteris abest vox hostium, & illud totum, quoque non paucis: quæ recipienda, & probanda fortasse sunt. nihil tamen affirmo. nam cum hæc historia nusquam alibi scripta sit, quod sciam, aut certè non exstent historici, qui scripserint, difficile est coniecere, vtrum regionum militum, an regionum hostium tantum, an vtrorumque multa millia in eo prælio ceciderint. Omnino tametsi suspicari licet vocem hostium, & ceteras esse adiectas, tamen ea lectio, quam reposuimus, probabilissima est. hic autem, id est, in hoc bello. In editione Basileensi, ita impressum est, ut in Venetis, multis millib. regionum interfectis. Per regiones autem, Regis Persarum milites significantur.
14. magni fuit eius opera.) sic supra est locutus, in conone, princip. in eaque eius opera magni fuit.
15. paterna ciuitad. prou.) Cappadocia. Nam Diod. lib. 15. scribit, Datamẽ Cappadociæ satrapem fuisse. sic ille. Ἀρταβαζου γὰρ τῆ βασιλείας στρατηγὸς καὶ πομπῆς δυνάμεις ἐμβάλοντες εἰς τὴν Καππαδοκίαν. ὁ δὲ ταῦτης τῆς χώρας ἀναστὰς ἀπαμύνη αὐτοκράτορα ἀπέδ. & c. i. cum Artabazus regis imperator cum magno exercitu in Cappadociã irrupisset, huius regionis satrapes Datames exercitum aduersus eum duxit, & c. Sed Probus supra Camissarem patrem Datamis prouinciæ ciliciæ præfuisse licet.
16. Autophradates) Lydiæ satrapes seu præfectus: de quo Diod. lib. 15. hanc ipsam

ipsam historiam narrans, sed paullo aliter, ut mox referemus.

17. eos, qui defecerant) Lycios, Pisidas, Pamphylios, Cilices, Syros, Phœnices, & propemodum omnes maritimos populos, inquit Diod. lib. 15. sed quod dicit Probus, Autophradatem insum esse à rege, eos bello persequi, qui ab ipso defecerant, Diodorus eo, quem indicauit, libro tradit, Autophradatem vnum fuisse ex iis, qui à rege Persarum defecerant. Hos enim enumerat, Ariobazum Phrygiæ satrapem, qui & Mithridate mortuo, eius regni compos & dominus factus erat. Mausolum Caria dynasten, multorumque locorum munitorũ, atque vrbium dominatum obtinentem, quorum princeps, & regia erat Halicarnassus: Orontem Mysiæ satrapem, Autophradatem Lydiæ: ex Ionibus autem, Lycios, Pisidas, Pamphylios, & c. supra enumeratos. Atque hi, qui à rege Persarum defecerant, Orontem summæ imperij præfecerant, eumque imperatorem, ac ducem totius exercitus delegerant. Hic autem imperium adeptus, stipendiõque vicies mille militum annuo accepto, eos, qui se ei crediderant, prodidit, & maiorum præmiorum spe ductus, cum rege Persarum sese coniunxit. hæc fere Diod. lib. 15. ab Emilio Probo in eo maxime discrepans, quod Autophradatem in iis, qui à rege Persarum defecerant, numeret.
18. profligati sunt) perdit, & ad interitionẽ adducti sunt. sic Nonius in verbo profligare. Iterum Probus infra eadem vita: Tali consilio, vno tempore & proditores percussit, & hosteis profligauit.
19. Thyus dyn. Paph.) hunc commemorat Athen. lib. 4. cuius verba ascribã, quod à re non sint prorsus aliena. sic igitur ille. Θεοπρωτος ἢ ὁ τῆ τελευτῆ καὶ πύμνη ἢ ἰσορῶν τὴν παφλαγονίων βασιλεία. Οὗ ἑκατὸν πέντε ἑξαπύδαυ δυνάμει ταὐτὰ ἐπὶ τὴν στρατιάν ἀπὸ βοῶν ἀρχαίοντο, ἢ ἀχθεῖται ἀχμαλώτοι ὡς βασιλεία, ἢ ἐν φυλακῇ ὄντα, πάλιν ἐκ αὐτῶν ἑξαπύδαυ ζῶντα λαμπεροῦ. διὸ ἐκ αὐτῶν ταὐτὰ Ἀρταξέρξῳ, εἰπὴν ὅτι οὗτος αὐτῶν δοκεῖν ζῶν, ὡς ἄλλως ἀπολούμενος. i. Theopompus autẽ libro tricesimo quinto historiariũ, ait Paphlagonum regem Thyum: seu Thyum centenam singula centena in mensa apponere solitum, à bobus initio facto, & cum captiuus ad regem Persarum abductus esset, & in custodia esset, eadem rursus sibi apponi iussisse, sumtuosẽ, & opiparẽ viuentem: quod cum audisset rex Persarum Artaxerxes, dixisse, hunc sibi ita viuere videri, tamquam citò moriturum. Vtrum autem scribatur Thyus, an Thyusan Thyus, nihil refert. sed malim scribi Thyus, siue Thus, vnica syllaba. Οὗς enim à Græcis dicitur. Commemorat eundem idem Athen. lib. 10.
20. à Pylæmene illo) quem cõmemorat Homerus Il. 3. Παφλαγονίαν ἢ ἠγαθὸν Πυλαμῆνους λάσιον κῆρ, & c. i. Paphlagonũ autẽ dux erat Pylæmenes vir cordatas.
21. à Patroclo interf.) Immo à Menelao, sic enim Homerus Il. 6. Ἐντα Πύλαμῆνα νεκρὸν ἐπέλασαν Ἀρηῖ, Ἀρλὸν παφλαγονίαν μεγαθύμου, ἀσπίδαων. Τὸν δὲ δὲ ἀνείδης δουρικλυτὸς Μενέλαος ἔσθ' ἔσχε' ἰύξε καὶ κατὰ δατυχίαις, & c. i. Hic Pylæmenem occiderunt cum Marte conferendum, Paphlagonum magnanimorum, clypeatorum principem: Hunc quidem Menelaus stantem hasta confudit in iugulo percussum, & c. Quod ab aliis animaduersum & notatum esse video, Troico autem, hoc est Troiano.

22. regis dicto audiens non er.) sic saepe loquitur Probus: supra in *Lysandro*, princip. qui quod dicto audientes imperatoribus suis non erant, &c.
23. ex fratre & sor.) ita patruales & amitini erant.
24. omnia primum exper.) sic Terent. Eun. Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.
25. ad offic. reduc.) sic supra dixit ad officium redire, in *Cimone*: & ite infra.
26. Erat mater cum Dat) mater Datamis, soror patris Thyi, & ita eiusdem Thyi amita, erat cum Datame.
27. rescit) proprie, & significanter. rescimus enim occulta, & celata, & insperata. *Gellius lib. 2. cap. 19.*
28. Ariobarz. praef. Lydiae) sic *Diod. lib. 15.*
29. nihilo segnius) sic loquitur & *Caesar lib. 2. de bello civili. Masilienses tamen nihilo segnius ad defensionem urbis reliqua apparare coeperunt.*
30. terribili) horribili, terrifico, terrorem incutiente.
31. barbâque erat proluxa) id est barbâque habebat multam, & largam, & densam. *Virgil. Pharmac. Hirsutumque supercilium, proluxaque barba. Claudius Puteanus, iuuenis valde eruditus, idemque optimis moribus praeditus, admonuit me, quosdam notauisse, hic ex veteribus libris, promissa, legi oportere: quod approbo, atque amplector. Nam Festus docet, promissum, significare interdum longum, ut promissus capillus, promissa barba. Caesar quidem lib. 5. de bello Gallico sic loquitur. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque hoc horribiliore sunt in pugna aspectu, capilloque sunt promisso, &c. proluxa tamen non damno, praesertim si libri veteres non reclamant.*
32. gerere) vsitate dictum, gerere vestem, ut gerere speciem, personam, annulum, colorem. notauimus in commentationib. *Lucretianis.*
33. armillis aureis) Festus. armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. unde arma ab his dependentia sunt vocata.
34. duplicique amiculo) quod est indumentum humilium personarum, aut certe senum, & philosophorum, & similium. *Virgil. lib. 5. duplicem ex humero reiecit amictum. Horat. ep. 17. lib. 1. Contra quem duplici panno patietia velat, &c.*
35. hirtaque) hirsuta, hispida. *Horat. epist. 3. lib. 1. non tibi paruum Ingenium est, non incultum, nec turpiter hirtum. Virg. georg. 2. hirta sub cornibus aures.*
36. galeam venatoriam) quae quid differat à militari, non nimis diligenter quaesui. licet tamen suspicari, eam fuisse figura prorsus rotunda, omnique ex parte aequabilem, sine cono, & crista, talique villo ornamento, ut differret à militari.
37. copulam) vinculum.
38. agebat) significanter, quasi de fera, aut pecude loqueretur. itaque subiunxit, ut si feram bestiam, &c. *Virgil. Mœride. Et potum pastas age Tityre: & inter agendum, Occursare capro, &c.*
39. Pharnabazum) satrapen: de quo saepe alibi. 40. admitti) inromitti.
41. nobilis rex) sic legendum potius, quam quo modo habent alij libri, non vobis rex. Erat enim à *Pylamene* illo *Homeric*o progenitus.

42. qui tum contrahebatur) quaeritur vbi cõtraheretur hic exercitus, in *Phrygiâ*, an in *Cilicia*, an in *Syria*: namque hoc scire interest ad ea, quae sequuntur, ut admoneremus lectorem suo loco. In *Cilicia* non. nam primum statim dicit *Probus*, *Datamem* longè ab iis locis, vbi exercitum comparabat, euocatum esse, in *Cataonia*, supra *Ciliciam*, & iuxta *Cappadociam*: deinde nauem conscendisse, ut eò perueniret, & in *Ciliciam* delatum esse. At, si in *Cilicia* fuisset, non longè à *Cataonia* afuisset: neque nauigare, neque omnino iter facere ei necesse fuisset. Relinquitur ut aut in *Syria*, aut in *Phrygia*, in *Phrygia*, propterea quod *Pharnabazus* *Phrygiae* praefectus erat. ex quo probabile est, eum ibi exercitum cõtrahere instituisse: in *Syria*, quia *Phrygiae* praefectura eò vsque pertinebat: ex *Syria* autem in *Aegyptum*, aduersus quam bellum parabat, breuior erat trauectio. *Cataonia* autem, ut docet *Plinius lib. VI. cap. 3. Cappadociae* pars est, quâ *Comagenam* attingit.
43. summa imperij) sic loquitur in *Eumene*. etenim semper habitati sunt fortissimi, qui summam imperij potirentur.
44. Aegyptumque prof. par.) quod breuis erat trauectio ex *Syria*, & maximè ex *Ace*, quae postea *Ptolemais* dicta est. *Plin. lib. 5. cap. 19. Stephan. de urbib.*
45. vexabat) ἐξαιρού, populabatur, diripiebat, ἄρα & ἔφερε. *Virgil. Sileno. Dulichias vexasse rateis. Cicero pro Milone. Omni scelere vexare rempubl.*
46. à maiore re) à bello *Aegyptio*.
47. morem gerend.) eleganter, & ex consuetudine scriptorum benè *Latine loquentium*, qui morem gerere dicunt. pro obsequi, & obtemperare. Interdum tamen, & saepius in re turpi locum habet, ut docet *Donatus* ad illum locum *Terentij Adelphi*. adolescenti morem gestum oportuit.
48. nauem conscendit) ex aliqua vrbe mari vicina scilicet.
49. imprudentem & imparatum) sic locutus est in *Agese*. Quo factum est, ut omnibus imperatores imparatos, imprudentisque offenderit. 50. inde) è nauis.
51. Taurum) morem. de quo lege *Plin. lib. 5. cap. 27. & Strabonem lib. 14. ibi λέγουσι τὸ ἀρχαῖον τὸ τῶν τῶν ἀρκυλίδων ὅτι ἔστι γελιδονίαν ἰσίων, αἱ αὖ ἐν μινδοεῖω ἔπι Παναφουλίας, καὶ τῆς Ἀνκίας τῶς ἐκκεῖνται. ἐπιτὸν γὰρ ἕνα πέταυ τῶς ὕψος ὁ τῶν τῶν, &c. i. aiunt enim Tauri initium esse monteis quosdam, qui supra *Chelidonias* insulas siti sunt, quae in medijs *Pamphyliae* & *Lyciae* finibus prominent. hinc enim *Taurus* attollitur, &c. 52. quem) *Aspin.**
53. dum speculati) dum veluti è specula prospicit hinc dicti sunt speculatores.
54. eius) *Datamis*. cognoscitur ab *Aspi* causa quam obrem *Datames* venerit.
55. equo concitato) equo calcaribus incitato, & stimolato.
56. vehitur.) proprie dictum, vehitur equo. *Virgil. lib. 12. volat ecce per hosteis Vectus equo. Vehimur tamen etiam nauis, & curru.*
57. ad seferentem) vel legendum ad se ruentem, uel se ad se ferentem, vel notandus locus.
58. Mithridati) *Ariobarz*anis filio, à quo postea per dolum & perfidiam interfectus est, ut infra cognoscemus. sed huius nominis facta mentio admonet me, ut rem indicem lectori fortasse leuem, sed tamen homini polito non negligendam.

Mithridatis nomen in nummis antiquis reperiri aliter scriptum, quàm quo modo nunc scribimus. Cum igitur nuper essem in ædibus Errici Memmij, libellorum in Regia magistrj, Viri clariss, ostendit ille mihi duos nummos, quorum alter erat æreus, per antiquus: alter argenteus, item antiquiss. In ærei parte antica impressum erat Lysimachi caput: in postica scriptæ erant, hæc litteræ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΡΑΤΩΡΟΣ. In argentei parte postica exuvie Leonis, clava Herculis, tridens: in antica scriptum, ut in superiore, litteris Græcis ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΡΑΤΩΡΟΣ. Duos huic posteriori planè similes argenteos mihi domi suæ ostendit. Clemens Teneninus, homo cum in alijs rebus ingenio dignis, tum in his, elegantissimi ac limatissimi iudicij.

59. bello) Ægyptio.

60. ad exercitum Acæum) sic edendum curavi, reclamantib. libris omnib. in quibus impressum est, ad exercitum acrem, planè mendosè. nam Probus sine dubio locum aliquem certum huius exercitus indicat. Ace autem urbs est Phœnicie, seu Syriæ, quæ postea Ptolemais dicta est, ut supra diximus, sic et Stephanus, Ακκ πόλις Φοινίκης αὐτὴ Πτολεμαῖς ἐκαλεῖτο. Idem. Probus infra non longè eandem rem, eundemque locum describens, Talibus ille litteris (inquit) cognitis, cum iam ad exercitum Acæum venisset, &c. ubi item vulgò legitur, acre: quâquam cod. coloniensis habent, Agnæ, nulla probabili, meo quidem iudicio, ratione fatebor tamen ingenuè, me non admodum in hac lectione, quam reposui, acquiescere. Visâ autem est paullo vulgata tolerabilior, hoc tantum, ab Ace autem Acæum à Græcis dici, docet Stephanus eodem loco. Licet etiam legere Acepsem, consuetudine et inflexione Latina, idque fortasse melius, quàm Acæum, propterea quòd cum antiquissimi codices habeant Ageen, minus longe ab antiquæ scripturæ vestigijs recedat.

61. profectum) ad Aspim, persequendum atque aggrediendum.

62. qui ei diceret) fortasse legendum, qui ediceret, verbis regis scilicet, Verumtamen nihil muto, qui autem, nuntius scilicet, et paullo post, Hic, nuntius, subintell.

63. conuenit qui) conuenit eos, qui &c. genus loquendi Probo usitatum, et folleone.

64. inuidiam) malum in aulis principum frequens, et latè patens.

65. aulicorum) eorum, qui regis aulam frequentabant, et terebant.

66. excepit) suscepit, subiit, ἔδεξε. sic supra.

67. consenserunt) conspirarunt.

68. perscripta) accuratè in litteris scripta. perscripta autem habent omnes libri una voce, præter Basileensem, in quo impressum est, præscripta, mendosè, opinor: et Venetos ac Florentinos, in quibus est per scripta duabus vocibus, fortasse non male, ut per scripta interpretemur, per litteras. sed recepta lectio probabilior videtur, meo quidem iudicio, quamquam alteram non damno.

69. eam esse cons. reg.) Attende quale regum ingenium faciat Probus.

70. hominib. tribuant) in homines conferant.

71. fortuna suæ) felicitati suæ.

72. quòd quib. rex max. obediat) Mirum dictu, regem aliquibus suorum obedire. ex quo putabam hunc locum esse corruptum, et legendum, quibus rex maxime, vel maximam fidem habeat, vel aliquo alio modo: verumtamen nihil mutandum. obedire enim hoc loco videtur idem fere valere, quòd, μὴ δου, credere, et fidem habere, sequi alicuius consilium, et fidem.

73. cum iam ad exercitum Acæum venisset) ceteri libri vulgati habent: ad exercitum acrem, exceptis Colonienfib. in quib. est Agnæ. Licet hic etiam legere Acepsem, ut supra.

74. desciscere, deficere.

75. Androclem) sic legendum potius, quàm Androdem, aut Mandrodem, aut Mandroclum, quæ reperiuntur in alijs editionibus.

76. coniuñctamque huic) ut supra dictum est.

77. Paphlagoniam) cuius regem Thyum ceperat, et ad regem Artaxerxem captiuum duxerat.

78. cum Ariobarzane) Phrygiæ satrape, qui à rege multo antè defecerat, ut scribit Diodorus Siculus.

79. Pisidas) Pisidia est supra Lycaoniam, infra Cappadociam. Plin. lib. 5. cap. 27. Cetera Homonadum castella XLIII. inter asperas conualleis latent. Insident verticem Pisidæ quondam Solymi appellati: quorum colonia Cæsarea, eadem Antiochia. Sed quòd ad hanc historiam attinet, discrepat à Probo Diodorus lib. 15. Tradit enim ille, Persas duce Artabazo in Cappadociam, quam tenebat Datames, inuasisse. Datamen verò magno cum exercitu ei obuiam iuisse, sic Diod. Αρταβάζου τῷ βασιλέως στρατηγῷ μὲν πολλῆς δυνάμεως ἐμβαλόντος εἰς τὴν Καππαδοκίαν, ὁ μὲν αὐτῆς τῆς χώρας ἑστρατιῆς Δαταμῆς αἰπερατῶν πένδουεν αὐτῷ, πολλοὺς δὲ ἰππῆς ἠθροικῶς, δισμηλοῖς δὲ πῆλοῖς μισθοφόροις ἔχων αὐτῷ συστρατιῶντας, &c. i. Cum enim Artabazus regis imperator cum magno exercitu in Cappadociam inuasisset, huius provincie prefectus, seu satrapes Datames, aduersus eum copias eduxit, multis equitibus coactis, viginti peditum conductorum millia secum in castris habens, &c.

80. quantum vulnus accep.) quantum dolorem, seu quantum detrimentum accepisset. tralatio est.

81. circumiri à multitudine) omnes quidem libri habent, circumiri multitudine, sine præpositione à, eoque nihil putabam mutandum, quamvis usitatus videatur cum præpositione, circumiri à multitudine. nam et M. Tullius ita locutus est Philipp. 13. qui se circumiri totius belli fluctibus, quàm illum aut regredi, aut progredi maluit, &c. sed cum meminisset Probum infra non longè in eadem vita præpositionem adhibere, ibi, ut neque circumiretur ab hostibus, neque &c. ego constantiæ causa à multitudine edendum curavi. Quod si quis improbat, cum eo non pugnaba.

82. ad hostis transfugit) sic Diod. eod. lib. ὁ δὲ κινδύνης τῷ Δαταμῷ Μιστροῦ ἐπελθόντος αὐτῷ ἰππῶν ἀφιγνόμενος, χέειν τῷ βασιλεῖ βουλόμενος καταβῆσαι, καὶ τῆς ἰδίας ὀρητοῦ εἰς ἀμα ἀεθροῦ ἄμενος, ἀποστῆναι τὸν κλῆρον μὲν αὐτῷ ἰππῶν ἀπὸ λαυρῶν πρὸς τοῖς παλαιῶν, σαυροῦ ἄμενος, ἀπὸ τῆς Αρταβάζου τῆς ἀεθροῦ ἡμερῶν ἀπὸ τῆς ἀεθροῦ αἰ. socer autem. Diod.

tamis Mithrobarzanes, praefectus equitum, partim gratiam a rege Persarum inire, partim salutis suae consulere volens, noctu e castris egressus cum equitibus, ad hosteis transfugit, pridie eius noctis cum Artabazo de prodicione pactus. cetera, quae ad hanc rem pertinent, mox ascribemus.

83. si in turbam exisset) si in vulgus emanasset. Cic. pro Rosc. Amerino. nequam tamen similiter exire, atque in vulgus emanare poterit.

84. in vulgus edit) spargit rumorem.

85. non par esse,) non aequum esse, non convenire.

86. qui tantum quod ad host. peru.) sic restitui, & ita legendum. deprauatus fuerat hic locus ignoratione venustissimae, & bonis auctoribus Latini sermonis visitatissimae locutionis, tantum quod ad hosteis pervenerat, quod valet, vix dum ad hosteis pervenerat, quo modo impressum est in codicib. Basileensib. vel commodum ad hosteis pervenerat, vel modò primùm ad hosteis peru. non amplius quam quòd. Sic loquitur M. Tull. lib. 7. epist. ad fam. epist. 23. Tantum quòd ex Arpinati veneram, cum mihi à te litterae redditae sunt, & c. Idem ad Att. lib. 15. epist. 13. Haec cum scriberem, tantum quòd existimabam oratione ad te esse perlatam. Idem lib. acc. 3. Tantum quòd aratoribus Metellus obsides non dedit, se nulla in re Verri similem futurum. Donatus ad illum locum Terentij Phorm. cum hoc id agebam commodum, notat, commodum, tantum quòd.

87. signa inferri) sic Caesar. Proximos colleis capere uniuersos, atque eò signa inferri iubet. Cic. pro L. Flacco, qui Catilinam signa inferentem patriae interemit. Idem pro Milone, qui non calumnia litium, non iniustis vindiciis ac sacramento alienis fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat.

88. in opinion. adduc.) sic loquitur Cic. orat. pro Caccinna. & in eam opinionem Cefenniam adducebat, vt mulier imperita, & c.

89. compositò que) compositò, id est, quòd Graeci dicunt, & ἀρραβὴν, id est, re inter ipsos comparata, & constituta. Terent. Phorm. Compositò factum est, quo modo hanc amans habere possit. Virgil. aen. lib. 2. Compositò rumpit vocem, & me destinat arae.

90. vt recepti, essent m.) vt cum recepti essent, maiorem calamitatem importarent. 91. illi) perfugae.

92. ab hisque stare) id est, & pro his pugnare.

93. Tali consilio & c.) referunt hoc & Frontinus lib. 2. strategem. & Polyænus lib. 7. & Diod. Siculus lib. 15. Sed & hi tres à Probo, & ipsi inter se disident, ac discrepant tum nominibus, tum etiam totius rei gestae narratione. sic Frontin. Datames dux Persarum aduersus Autophradatem in Cappadocia cum partem equitum suorum transfugere conuerisset, ceteros omnes venire secum iussit, affecutusque trās fugas collaudauit, quòd cum alacriter praecessissent, hortatusque est eos etiam, vt fortiter hostem adorirentur. pudor attulit transfugis paenitentiam, & consilium suum, quia non putabant deprehensum) mutauerunt. Polyænus sic. Δατάμης πολεμίους παρεπέσπε. ὅτι τῶν ἰνδιωτῶν τῆς μάχης ἰππάρχος ἀπὸ κέρους δῶνον μου τοῖς ἰππέας ἀγαλαβῶν, ἠὲ τὸ μὲν ἔσπευσε τοῖς ἀρπύσι. ὁ δὲ τοῖς πεζοῖς καταπαπληροῖσι τῶν ποροδοσιῶν, ἀρραβὴν τῶν φάλαγγα πρὸς τὴν παρεκλάσειν, ὡς ἐξ ἰππέων ἐν κρηρῶσι σω-

πρὸς τὸν ἰνδιωτῶν, ὅτι αὐτοῖς εἶν δέδωκεν. ὅτι ἔσπευσε οἱ πεζοὶ παρελαβὴν ἡμῶν ἰππέων τῶν νικητῶν ἐσσευσαν καὶ αὐτοῖς πάντας διδράστας ἐμβλαδόντες τοῖς πολεμίους ἐνίκησαν. καὶ μὲν τῶν νικητῶν ἐμαθόν τῶν ποροδοσιῶν ἡμῶν ἰππάρχου. Datames aciem aduersus hosteis instruxerat. in ipso pugnae periculo praefectus equitum à leuo cornu equitibus secum abductis ad hosteis transfugit. Ille autè ad pedites prodicionis metu perterritos accurrrens, eos, vt totam phalangem tuerentur ac seruarent, hortatus est, tamquam equites vna cum eis in hosteis essent impetum facturi, tempus idoneū nacti, quòd ipse eis praescripserat. pedites crediderunt. praeripere equitibus victoriam studuerunt. omnes magnis viribus in aduersarios impressione facta, vicerunt: & post victoriam, equitum prodicionem cognouerunt. Diodorus autem deinceps post illa. verba, quae paullo ante protuli, de Datamis socero, cui nomè erat, Mithrobarzani, qui ad hosteis trās fugerat, sic: Δατάμης ὁ πολεμικός τοῖς μισθοφόροις, καὶ δωρεαῖς ὑποχρόμνος, αἰετίζοντες ποροδοσίους ἐφεινήκοτας καταλαβῶν αὐτοῖς ἠδὲ σιωπῆσι τοῖς πολεμίους, καὶ ποροδοσιῶν αἰμα τοῖς ποροδοσιῶν Ἀρταβαζόνος, καὶ ἰππέων ἐκλεψε τοῖς ἄλλοις ἐρχομύσους. ὁ δὲ Ἀρταβαζὸς τὸ μὲν ποροδοσιῶν ἀνδρῶν, ὑπολαβῶν δὲ πὴν ἀποστὰς τῶν Δατάμου ποροδοσιῶν πάλιν ποροδοσιῶν ποιεῖσθαι, παρήγειλε τοῖς ἰδιόσις κλεινὴν τοῖς ποροδοσίους ἰππάρχου. ὁ δὲ Μιθροβαρζάνης ἐν μάσσις ἀπολεφθῆς, καὶ πὴν ἰδὼν ὡς ποροδοσίους ἀμμομύσους, ἡμῶν δὲ πάλιν ὡς ποροδοσίους ὑμωρομύσους, ἐκ ἀπορίας κατήσκηκε τῆς δὲ ἀπορίας ἐν ἑώσης βυλδύσας σάσας, ποροδοσίους ἐφείπετο, καὶ ποροδοσίους ἀμφοτέροις διὰ μαχόμενος, πολλὰ ἐποίησε φόνους. τῶν δὲ πλείονων, ἢ μωλιῶν ἀειρεθέντων, τοῖς ὑπολεφθέντων ὁ Δατάμης, στρατομύσους, καὶ πολλοὺς φοιδοσίους ἀεικλεῖσθαι τῆς ἀλλοτρίῃς τοῖς δῶκοντες στρατομύσους. ἡμῶν δὲ ἰππέων ἡμῶν ὑπολεφθέντων οἱ ἰδὼν ποροδοσίους πὴν Δατάμην ἀποχωρήσαντες, ἠέλοιν. πύλαι σὺν ἡμῶν οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἡσυχῆς ἡμῶν, ἐκ ἔχοντες ὅπου στρατομύσους, καὶ τέλος εἰς πεντακοσίους ὅπως κικλωθέντες ὑπὸ Δατάμου κατακωνίθησαν. Δατάμης μὲν οὖν καὶ ποροδοσίους ἐπὶ στρατομύσους, θαυμαζόμενος, πολλὰ πῆτε μάλλον ἐχε ποροδοσίους τῶν ποροδοσιῶν, καὶ ἦ ἐν τῶν στρατομύσους σιν. i. Porro Datames cohortatus milites cōductos, magnaq; praemia iis pollicitus, castris motis ad eos, qui defecerāt, se contulit. Cum autem eos offendisset, se sciam cum hostibus cōiungenteis, ipse impetu facto & in Artabazi milites, & in equites, qui defecerant, omnes, qui in eius manus inciderunt, interfecit. Artabazus autem primò cum rei veritatem ignoraret, eosque, qui antea à Datame defecerat, rursus prodicione facta à se defiscere putaret, edixit suis, vt equites perfugas conciderent. Porro autem Mithrobarzanes inter eos, ad quos transfugerat, medius interceptus, cum hi ei, vt proditori, repugnarēt, illi rursus de eo, vt proditore, pœnas sumerent: consilij inopia laborabat, nec quid faceret, reperiebat. Cum autem in talibus angustiis, consultationi locus non esset, rationem expediendae salutis sibi à virtute petendam esse existimauit: & cum vtrisque depugnans, magnae eorum stragem edebat. ad extremum autem cum plures, quam decies mille equites interiissent, reliquis in fugam versis, & multis eorū interfecit, Datames suis tuba signum dedit, vt persequendi finem facerent. Atque ex equitibus, qui erant reliqui, alij ad Datamem se contulerunt, ab eoque vt sibi ignosceret, petiuerunt: ceteri quieverunt, quòd se verterent, non habentes, atque hi tandem cum essent numero circiter quingenti, vndique à Datame circumuenti, telus confixi sunt. Ita, Datamis, qui iam antea ob sciantiam ducendi exercitus apud omnes mortaleis:

magnam sui admirationem concitavit, multo magis et virtus hominum fama ac sermone celebrata est, et prudentia bene imperandi. Tali consilio igitur, id est, tali follertia, et belli acumine, seu strategemate.

- 94. perculit) percutit, prostravit.
- 95. profligavit) confecit, perdidit, ut supra.
- 96. cogitatum) cogitatum hic nomen est, et substantivè positum, supra autem non longè, ibi fuerat cogitatum, perspicuè est participium adiectivum: ut fortasse supra in Pansania, ibi, non callida, sed de mentiratione cogitata perfecit. Quamquam matim illic legi, conata,
- 97. maximo natu) alij libri habent, maximus natu, non malè, hic tamen nihil muto. Sic enim et alibi loquitur.
- 98. forti ac strenuo.) Horat. epist. 7. lib. I. Strenuus ac fortis.
- 99. qui quod cog. f. aud. et pr. cog. q.) sic Sallustius proem. belli Catilin. Nam et prius quam incipias, consulto: et ubi consulueris, mature factò opus est.
- 100. Cilicia portæ) Plin. lib. 5. cap. 27. de monte Tauru loquens, Torquetur itaque collisus (inquit) inter hæc claustra, et tamen victor flexuosus euadit usque ad cognata Rhætorum montium iuga, numerosis nominibus et nouis, quacumque incedit, insignis: Imaus prima parte dictus. et c. sequitur deinde, iterumque Taurus; etiam ubi debiscit, seque populis aperit: portarum tamen nomine unitatè sibi vindicans, quæ alibi Armenia, alibi Cassia, alibi Cilicia vocantur.
- 101. et, si dimicare eò vellet) si hic locus integer, et à mendo vacuus est, sic eum explicabo: et, si ob eam causam, quòd premeretur ancipitib. locis, dimicare vellet Autophradates, non multum obesse, et c. Sed quibusdam videtur vocula, eò, superuacanea, et inanis esse, atque iccirco delenda: quibus assentior. verum tamen quando ea in omnibus libris reperitur, retineatur potius.
- 102. satius tamen statuit) satius, subintell. esse, satius est, autem, id est, præstat, melius est. utuntur hoc genere omnes boni scriptores. vox: satius, autem desiderabatur in libris fere omnibus, ommissa à librariis propter similitudinè verbi, statuit.
- 103. quos illi Gardates) sic Cæsar lib. III. de bello Gallico. cum sexcentis deuotis, quos illi soldurios appellant: (quorum hæc est condicio, et c. Idem lib. I. qui summo magistratui præerant, quem Vergobretum appellant Hedui: qui creatur annuus) et c.
- 104. III. funditorum) tria funditorum millia.
- 105. in se in seipso, vel in ipso.
- 106. quibus fretus) quibus paucis militib. fretus Datames signa contulit cum Autophradate. Sed antequam cõfligeret Datames, credibile est, cum, licètque hoc intelligere ex illis verbis Probi, supra non longè, locum delegit talem, et c. sæpe persequentem Autophradatem fugisse, ne iniquo loco cum tanta multitudine hostium, habens ipse parvam manum, confligere cogeretur. Omnem autem dubitationem tollit Polyænus lib. 7. strategem. qui refert, quo modo aliquando Datames Autophradatem persequentem, in transitu fluminis eluserit. sic Polyænus. Δατάμης Ἀυτοφραδάτην διώκοντα φεύγων, ἤκεν ἐγγύς ποταμοῦ. τὸν δὲ πύρον ἐμικλινὲς προσέπειθετο στρατοπέδου, τὰς μὲν μύδας καὶ ὑψηλοτάτας σκευὰς καὶ πρὸς τῶν σκευῶν καλὰς

καλὰς σκευὰς. τὰ δὲ σκευὰ φέρε χύβην ὀπίσθεν ἐκ τῶν σκευῶν ἐκείνην ἐπὶ τοῖς στρατοπέδοις ἀποθεῖναι τὰ ὄπλα ἔπιπτε ἕως οἱ πολέμοι τὰς σκευὰς ὀρώντες, καὶ αὐτὰ κατακλύωσαν, καὶ τὰ σκευὰ φέρε διέλυσαν, καὶ τοῖς ἵπποις ἀφῆκαν ἐπὶ νομίω, καὶ πρὸς σκευὴν τὸ δέπνου προσέειπον. Δατάμης ἐπίμωλε, καὶ διεσκέδασμένω ἐχόν τιμὴν διώκων, εἶπε τὸ ποταμὸν διηγήσθαι οἱ πολέμοι διεσκέδασμένω τιμὴν διώκων αὐτῶν ἕως ἀνεκέρων, καὶ σωέλερον, καὶ σωέταστον, καὶ τοῖς ἵπποις ἐπεσθῆναι, καὶ τὰ ὄπλα ἀνεκέρων, οἱ πρὸς Δατάμην φάσαντες ὄρων. i. Datames Autophradatem persequentem fugiens ad fluvium propius accessit: trā-situ autem fluvij declinato ac vitato, se castra metari simulavit, cum maxima quidem et altissima tabernacula à fronte collocari iussisset, iumenta verò à tergo solui vetuisset: ne milites quidem arma deponere, atque exuere permisisset. hostes, qui tabernacula videbant, ipsi quoque tabernacula collocarunt, et iumenta soluerunt, et equos pastum dimiserunt, atque ad cenam parandam animum attendunt. Datames paratum, et armis vasisque instructū habens exercitum, flumen traiecit. Interea dum hostes milites dispersos reuocabant, et contrahabant, dumque equos onerabant, ac iumenta iungebant, et arma sumebāt, Datames cum suis anteverterat, et discesserat. Libet hoc quoque strategema illi adiungere, quòd ad elabédum è manibus hostium pertinere videatur, à Polyæno eodem libro relatum. Δατάμης Εὐφρατὸν διέβας ἐπέμει μὲν μάλιστ' βασιλεῖ. ὁ δὲ μὲν πολλὰς δυνάμεις ἐξήκει, ὁ δὲ ἐπιτηδίων ἀπὸ πύρας ἔχων, ῥαλαίπρον ὀδύων. Δατάμης αὖ τὸ ποταμὸν πολλῶν ὀδῶν παρελάσας, τὰς ἀμαζάσας σινδύο ζαῦζας, ἐπέθηκε καὶ ἄλλας δύο κατ' αὐτῶν, καὶ συνήλασε πρὸς ἀνήλας. καὶ πρὸς τοῖς κἀνδοῖς καὶ τῶν σαυίδας προσήλασεν, ὅπως οἱ ἔχοντες τὴν ἰμὴν τῶν ποταμῶν μὴ κατὰ δύσιν ποτ' ἀφ' ἑαυτῶν εἰς ἑρῶν μὲν εἶπες τὰ ἄνω ὄματα ἢ τὸν ἄνω ἔχοντες ἐπισύρωταις ἀπὸ κάλου διενήξασθαι προσέειπεν. ἔπειτα ὁ δὲ τὰς προσήλασας ἀμαζάσας εἰς τὸν ποταμὸν, ἢ μὴ ὀπίσθεν ὀδύων, ἢ δὲ διενήξασθαι ἔμπεσον ἰκόντων κάλοις μεγάλοις ἔρητη μέρους, καὶ ἔπιπτε αὐτῶν κληματα καὶ ζύλα, διέβη τὸν ποταμὸν μὲν τῆς εὐπορίας δυνάμεις, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν ἀφίκετο ἡμέρας δέκα πρὸς πύρον, ἢ τὸν βασιλέα ἔπι τὸν ποταμὸν ἀφίκεσθαι. i. Datames Euphrate traiecto regi Persarum bellum inferebat. Ille magno contracto exercitu obviam ire cœperat, quòd rebus ad alendum exercitum non admodum abundaret, tardius iter faciens. Datames, qui multorum dierum viam supra Euphratem processerat, binis curribus iunctis alteros binos imposuit, et clavis inter se coagmentavit, et colligavit. Tum ab infima parte rotarum ferramentis, seu canthis tabulas clavis adfixit, ut ne rote in limum fluvij penetrarent, atque ita currus in eo adherescerent: viros autem robustissimos, qui iumenta valentissima fune attraherent, trannare iussos, in vltiore parte fluminis posuit: deinde currus illos ita coniunctos in fluvium immisit, aliis quidem à parte posteriore eos impellentibus, ac trudentibus: illis verò, qui tranarant ab anteriore trahentibus, magnis funibus aptos, et annexos. Atque iniectis à summa parte sarmentis et lignis, fluvium cum toto exercitu traiecit: et domum pervenit decem diebus antè quàm rex fluvio appropinquasset.

107. non amplius hominum mille) id est, non amplius, quàm hominum mille, seu homines mille. sic supra locutus est in Miltiade mille misit militum.

108. numquam manum confereret) numquam pedè conferret, numquam præ-

lium committeret. Manum conferere tamen interdum genus est actionis, seu formulae pratoriae, & significat, qua de re disceptatur, siue sit ager, siue quid aliud, in re praesenti, aduersario manu prehenso, omnibus verbis vindicare, idque praesente praetore: vnde illud, ex iure manum confertum vocare, de quo lege A. Gellium, lib. 20. cap. 9. ubi hos versus profert Ennii. Non ex iure manum confertum, sed magis ferro Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi. proferuntur & a M. Tullio, oratione pro Muræna.

109. bellum duci) bellum produci. sic supra in Alcib. vt bellum quam diutissime duceret.

110. & si non fidam) et si infidiosam, infirmam, infidam fore existimabat, & c. sedatum) compositum.

112. At rex quod impl. & c.) hoc Diodorus valde breuiter retulit, quod Probus multis verbis persecutus est. Diod. ο δὲ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης πορὶ Ἰδρος τῶν στρατηγῶν τὸ Δατάμιον, καὶ ἀπεδῶν ἀεὶ ἀεὶ τῶν, δι' ἑπιβουλῆς αὐτὸν ἐδδοφόνησιν. i. Rex autem Artaxerxes audita Datamis in bello gerendo solertia, & studens, seu festinans hunc de medio tollere, dolo, & insidiis eum interemit. Sic autem dixit Cicero, implacabilem iracundiam, epist. ad Q. Fr. lib. I. & Probus implacabile odium, & idem Probus, suscipere odium, vt Cicero, suscipere inimicitias.

113. insidiis interficere) ἐδδοφόνην. Diodorus.

114. quod inimici detul.) inimici eorum, qui Datami insidiari arguebantur.

115. verum, falsumne) legendum fortasse est, verumne, an falsum & c.

116. eod loci) id est, in eum locum sic autem legendum, non, vt vulgò, eo loco, sic Terent. Andr. Commigravit huc viciniae, id est, in hanc viciniam.

117. corporis custodi.) ἑμασφύλακας.

118. agmen) agmen, id est, multitudo hominum perpetuo ordine, & continenti serie incedens, dictum ab agendo. agmen fluminis, agmen aquarum, agmen auium, agmen militum.

119. decepti ordine atque vestitu) hanc historiã refert & Polyænus lib. 7. his verbis. Δατάμις μάταιν ὡς ἐπιβουλεύσιν ἑαυτῶν ἰδίων ἐν Ἀσπιδίῳ πεδίῳ μέλλων συμβάλλειν πλεμίοις, ἄλλοι δὲ διεσκεδάσθησαν τῆ αὐτῆ παροπλίας, ἢ ἀλλήθ' αὐτοὺς ἐκινδύνωθυσεν. οἱ δὲ ἐπιβουλοὶ ἐγνώθησαν ἑαυτῶν τὸ χιμασὶς δεσπατηνῆς. i. Datames cum cognouisset sibi a suis militibus insidias comparari, in a spendio campo cum hostibus praelium commissuro, alium sua armatura instruxit: ipse in aliis armis periclitatus est. insidiatores autem cogniti, & deprehensi sunt, ornatus & armaturæ similitudine decepti.

120. Prædixerat autem Dat. cum quib.) id est, Prædixerat autem Datames iis, cum quibus & c. nõ dissimulabo tamè, in quibusdã lib. ita legi, iis cum quibus, & c.

121. quod ipsum vidissent) quod ipsum facere vidissent.

122. pollicitus est regi) paullo aliter refert hoc Polyænus, vt mox ostendemus.

123. si ei rex promitt.) cur non dixit, si sibi rex promitteret?

124. fidemque de ea re, m. p. d. d.) supra in Themistocle. Inde non prius congressus est, quam rex eum data dextra in fidem reciperet. ad quem locum de hoc more diximus nonnulla.

125. hanc vt accepit, simulat se cum r. suscepisse inim.) In vna editione hanc ferè lectionem reperi, neque eam tamen satis sinceram, neque integram. nam primum in ea est inimicitiam, pro inimicitias: quamquam inimicitiam dixit Ennius. Eo ingenio natus sum, Inimicitiam atque amicitiam in fronte promptam gero. deinde, ordo verborum periurbatus & peruersus est. Ceteræ editiones, quæ habet, Hanc vt recepit a rege missam, copias p. deprauatæ sunt a recta.

126. vexat) κακῶς ποιεῖ, diripit, populatur. Sic supra eadem vita, sed etiam finitimas regiones vexabat.

127. magnas prædas agit) de hoc genere locutionis supra in Chabria. ibi. à quibus magnas prædas Agefilaus rex eorum faciebat. Quod autem in aliquot editionibus legitur, prædas capit, mēdosæ sunt, & legendum agit, vt nos edidimus, vel certè, facit. agit autem minus longè abest ab antiquæ scripturæ vestigiis. Græci autem dicunt vno verbo λεηλατῆν, quod Latine diceret, prædas agere, seu facere.

128. suscepisse bellum) atqui nondum bellum suscepit, vt apparet ex iis, quæ paucis post versibus sequuntur. ibi. certiore facit Datamem tempus esse maiores exercitus parari, & bellum cum rege suscipi. Quare legendum hic arbitrator, persuasit homini (id est, Datamæ, seu Datami) se infinitum aduersus regem suscepisse odium: quo modo supra locutus est, quod implacabile odium in Datamem suscepit. & infra non longè, sed odio communi, quod erga regem suscepit.

129. ne quam suspicionem illi præb.) sic loquitur & Tacitus quodam loco.

130. neque colloq. eius pet.) sic loquitur & Cæsar non semel.

131. amic. gereb.) M. Tull. epist. 8. lib. 3. ad famil. quorum sunt de amicitia gerenda præclarissime scripti libri.

132. sed odio communi) rectè. nam nõ ij soli sunt inter se amici, qui sunt iisdem amici, verum etiam ij, qui eosdem oderunt, & iisdem sunt inuisi, atque odiosi, vt docet Aristot. lib. 2. de arte dicendi. καὶ τοῖς φιλοῦσιν, οἷς αὐτὸν φιλοῦσι, καὶ τοῖς φιλοῦσιν ἑαυτῶν, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἐχθροῖς, καὶ μισοῦσιν, οἷς αὐτοὶ μισοῦσι, καὶ τοῖς μισοῦσιν ἑαυτῶν ἑαυτοῖς μισοῦσιν, καὶ τοῖς μισοῦσιν ἑαυτῶν ἑαυτοῖς μισοῦσιν, καὶ τοῖς μισοῦσιν ἑαυτῶν ἑαυτοῖς μισοῦσιν. i. & solent homines illos amare, qui amant eos, quos amant ipsi, & qui iis sunt inimici, quibus sunt & ipsi, & qui eos oderunt, quos & ipsi oderunt, & qui iis sunt inuisi, quibus ipsi quoque sunt inuisi. His enim omnibus eadem videntur expedire, quæ & ipsi, ita vt hi velint ipsis bona euenire: quod amici proprii esse dicebamus.

133. erga regem) aduersus regem. erga, hic pro in, & aduersus positum est, contra grammaticorum præceptiones & obseruationes. sed sic interdum Plautus & Terent. vsurpant.

134. contineri) συνέχεσθαι, in amicitia mutua permanere, vel coniuncti esse, & quasi quodam vinculo vincti & colligati retineri.

135. colloquendi tempus sumitur) sic Cæsar dixit lib. I. de bello Gallico. dicit se ad deliberandum sumiturum, & c.

136. gladios obruit) gladios defossos terra operit. sic M. Tull. in Catone. Nec

verò quemquam senum oblitum audivi quo loco thesaurum obruisset.

- 137. notat) notis distinguit, & designat.
- 138. ipsos) Datamem & Mithridatem.
- 139. diuersi discessissent) in diuersa loca discessissent, Datames huc, Mithridates illuc, Virgil. lib. V. en. Quò diuersus abis? Idem lib. I. submersasque obrue puppeis, Aut age diuersas, & distice corpora ponto.
- 140. ne quam suspicionem præberet) ne quam suspicionem præberet, vt supra locutus est. vel vt Cicero, ne quam suspicionem iniiceret.
- 141. ubi telum erat pos.) Videtur oblitus esse Probus quid paullo antè dixerit, non enim tela, sed gladios separatim à Mithridate esse obrutos dixit, gladij autè non sunt tela: neque gladiatorum appellatione tela continentur.
- 142. à lassitudine cuperet requiescere) sic dixit M. Tull. à bellis, & ab armis conuiescere. pro Cornelio Balbo, & pro Milone.
- 143. quod latebat) quod erat terra obrutum.
- 144. ait digrediendum) legendum fortasse est, degrediendum.
- 145. quem cum digito monstraret, &c.) totam hanc historiam refert & Polyænus lib. 7. aliquantum tamen à Probo discrepans, his verbis, Μιθριδάτης βασιλεύς προσέειπεν ἄπο τῶν τὰ Δατὰ μὲν κτείναι, ἢ ἀρχαῖται. Μιθριδάτης ὑποκρίνεται ἔξω τῶν βασιλέως. ἢ μὲν ὅρα Δατὰ μὲν ἔπιτευσεν, εἰ μὴ προσέειπεν πολλὰ λυμαινεῖται τῆ βασιλείῳς ἀρχῆς, καὶ δὴ πολλὰ ἐλυμμήσατο, φρουρία βασιλείῳς κατὰ σκαλῆς, κώμας κατὰ κρησῆς, φόρους ἤρπασε, λείπει ἡλασεν ἔδειξεν ἄρα πολέμιος εἶναι βασιλεῖ. ἀμφὼ δὴ πότε σιωπῆ πτω γυμνοί, δεξιὰ τοῦ ἰσθμοῦ πρὸς ὧν χεῖρ. Μιθριδάτης ἐν τῆ χειρὶ, προσκατασπιδάσαστο ὑψηλῶρ ἐξ ἄλλοις. πολλὰ, κεκρυμμένον ἄλλο ἀμαρτῶν, καὶ τούτοις ἐπέκειτο σημεῖον. διαλεγόμενος δὴ προσέειπεν αὐτῶν ἡρέμα βασιλεῖ ἔπει δὲ ἀλλοῖς λέω τὸ λόγον, Δατὰ μὲν ἀσπασάμενος ἀπῆλθε Μιθριδάτης ἐν τῆ χειρὶ ἀνελόμενος δεξιὰ τῶν χεῖρῶν, ἔπει τῆ ἀεισεξείχεται κρυφῶς, ἀνεκάλεσαστο Δατὰ μὲν, ὡς ἔπιλατόμενος δὴ πτω ὧν ἐχρῆσθαι εἰπῆν. προσελθόντα δὲ ἐκίθησ, τὸ ὄρος ἐκέλευσεν ὀχυροῦσιν μάχισται. οὕτως ἀφορῶντα Δατὰ μὲν ἐς τὸ ὄρος, τῶν ἐξ ἄλλοις Μιθριδάτης πληξῆς ἀπέκλειεν. ἰ. rex Persarum Mithridati mandauit, vt Datamem, qui à se defecerat, aut interficeret, aut captiuum adduceret. Mithridates, vt hoc efficere posset, simulat se quoque à rege defecisse: non tamen Datames aliter credidit, nisi Mithridates multa detrimenta regis imperio antè intulisset. Itaque multis ille detrimentis regem affecit: castris regis munita subruit, vicis incèdit, vegetalia diripuit, prædas egit. Ita ostendit, se regis hostem esse. Tunc igitur ambo conuenerunt nudi atque inermes, de iis, quæ opus essent, locuti. Mithridates in hoc loco multos pugiones noctu præpararat: eos diuersis in partibus occultarat, & his notam aliquam apposuerat. colloquendo igitur eum huc adduxit, leniter & remissè ambulans. ubi autem sibi visi sunt satis esse collocuti, Datames illum complexus abiit. Mithridates interea vno ex pugionibus celeriter sublato, & sub aliam leuam abdito, Datamem reuocauit, tanquam aliquid eorum, quæ opus essent, oblitus. Datamem, cum accessisset, iussit montem illum, quem digito indicabat, maximè munire. ita Datamem, dum montem illum spectat, pugione percussit.

146. neminem perfidia) contra Polyænus eodem libro, his verbis, Δατὰ μὲν ἔπι...

εὐοχῶν σιωπῆσιν ναυπηκῶν ἐχρῆσθαι, ἀπὸ τῶν ναυπηγῶν, ἢ τεκτόνων ἄπορου ἰδμεος, φίλιασ σιωπῆσιν ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἐπιτηγέλατο Σησὼν ἀπὸ τῶν ἀπολλορρησίας ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν, λέω πολέμου πᾶσι τῶν ἡγεμῶν. ἔπιτευσεν οἱ σιωπῆσιν, καὶ παρεκάλεισται, ἀπὸ τῶν πῶν πόλεμου δέοισι, παρὰ τῶν λαμβάνειν. οἱ δὲ ἄλλοι ἰδμεος ἐφῆ δειδῶσ, ὡς λαμβάνειν χρονησιν ἐχρῶν ἢ χρονησιν, καὶ ἔπιτευσεν. ἔπιτευσεν δὲ ἡμιχρησμάτα, κρησιν, ἢ χρονησιν, κατὰ σπιδάσαστο ἐπὶ ἐχρῶν, ἀπὸ τῶν μάχισται ἀφῆλμενος ἔπιτευσεν ἡμιχρησμάτα. οἱ σιωπῆσιν πᾶσι τῶν πόλεμου χρονησιν, καὶ ἀπὸ τῶν τεκτόνων ἐπιτευσεν αὐτῶν. οἱ δὲ τῶν τεκτόνων χρονησιν, καὶ πολλὰ καὶ ἡμιχρησμάτα κατὰ σπιδάσαστο, αἰπὴ Σησὼν πᾶσι Σησὼν πᾶσι. Datames cum Sinopenseis infidiis capere vellet, qui classem habebant, ipse autem nauium opificibus & fabris carebat, amicitiam cum eis pactus, promisit se sestum expugnaturum, eamque à se expugnatam eis traditurum, quam illi sibi inimicissimam existimabant. crediderunt Sinopenses, & rogarunt eum, vt, quibuscunque rebus ad bellum egeret, eas à se peteret, ac sumeret. Ille autem se nulla quidem alia re egere dixit, tamquam & pecunia, & virorum copia abunde instructus: sed fabros, qui machinas, arietes, testudines fabricaretur, non habere: quæ vrbiū expugnatoribus maximè vtilia & necessaria sunt. Sinopenses, omneis, qui in vrbe erant, artifices, & architectos ad eum miserunt. Ille autem eorum arte & opera vsus, nauem multas, & machinationes fabricatus, pro Sesto, Sinopen oppugnavit. Hoc profecto Datamis consilium vafrum & callidum perfidia non vacat, siquid intelligo quid sit fidem seruare, & fallere. Idem tamen Datames huius vrbis obsidionem atque oppugnationem inchoatam relinquere regis iussu coactus est, vt eodem Polyæno intelligere licet: cuius verba non videtur à re alienum ascribere, vt ex eis duo discamus, alterum, Datamem Sinopen miro astu, contra fidem datam oppugnasse: & cum forte eius perfidia regi Persarum non esset probata, illè quoque Datamem à Sinopen oppugnatione desistere iussisset, hunc non minore consilio & calliditate dolorem ignominie occultasse ac dissimulasse. Δατὰ μὲν πολιορκῶν Σησὼν πᾶσι γράμμασιν ἀπὸ τῶν βασιλείῳς δεξιὰ μὲν ἐπὶ τῶν πολλοῦσιν, ἀπὸ τῶν προσκατὰ τῶν ἔπιτευσεν, ἢ ἐπιτευσεν διαγέλιαι, ὡς μάχισται ἀπὸ τῶν βασιλείῳς λαβῶν, καὶ νυκτὸς ἔπιτευσεν τῶν ἔπιτευσεν ἀπὸ τῶν. id est, Datames cum Sinopen obsideret, litteras à rege Persarum accepit, quibus iubebatur ab oppugnanda Sinope desistere. has lectas continuo veneratus est, & ob lætium nuntium acceptum diis immortalibus gratias egit, & hostias immolauit, quasi magno beneficio à rege affectus: & noctu nauem ingressus, è portu soluit, & discessit.

EPAMINONDAS.

Epaminondas¹ Polymni filius, Thebanus. De hoc priusquam scribamus, hæc² præcipienda videntur lectoribus, ne alienos³ mores ad suos referant, néue ea, quæ ipsis leuiora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim, ⁴muscer nostris moribus abesse à principis personæ: saltat

re etiam in vitis poni.⁵ quæ omnia apud Græcos & grata & laude digna ducuntur. Cùm autem⁷ exprimere imaginem consuetudinis, atque vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere prætermittere, quod pertineat ad eam declarandam.⁸ Quare dicemus primùm de genere eius: deinde quibus disciplinis, & à quibus sit eruditus: tum de moribus, ingeniique facultatibus, & si qua alia digna memoria erūt: postremò de rebus gestis, quæ plurimis omnium anteponuntur virtutibus. Natus igitur⁹ patre, quo diximus, honesto genere,¹⁰ pauper iam à maioribus relictus.¹¹ Eruditus autem sic, ut nemo Thebanus magis. nam &¹² cithariZare, & cantare ad chordarum sonum doctus est à¹³ Dionysio: qui non minore fuit in musicis gloria, quàm¹⁴ Damon, aut¹⁵ Lamprus, quorum peruulgata sunt nomina: carmina cantare tibiis ab¹⁶ Olympiodoro, saltare à¹⁷ Calliphrone. At philosophiæ præceptorem habuit¹⁸ Lysim Tarentinum, Pythagoræum: cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem & seuerum senem omnibus æqualibus suis in familiaritate anteposuerit: neque prius eum à se dimiserit, quàm doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut faciliè intelligi posset, pari modo omnes in ceteris artibus superaturum. Atque hæc¹⁹ ad nostram consuetudinem sunt leuia, & potius contemnenda: ac in Græcia²⁰ utique olim magnæ laudi erant. Postquam²¹ ephebus factus est, &²² palæstræ dare operam cœpit: non tam magnitudini virium seruiuit, quàm²³ velocitati. illam enim ad athletarum usum, hanc²⁴ ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimùm currendo & luctando²⁵ ad eum finem, quoad stans²⁶ completi posset, atque²⁷ contendere. In armis plurimum studij consumebat. Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona ac-

cesserant. erat enim²⁸ modestus, prudens, grauis,²⁹ temporibus sapienter utens, peritus belli,³⁰ fortis manu, animo maximo: adeò³¹ veritatis diligens, ut ne iocò quidem mentiretur. Idem³² continens, clemens,³³ patiènsque admirandum in modum: non solum populi,³⁴ sed etiam amicorum ferens iniurias: in primis que³⁵ commissa celans:³⁶ quod interdum non minus prodest, quàm disertè dicere.³⁷ Studiosus audiendi. ex hoc enim facillimè disci arbitrabatur. Itaque cùm in³⁸ circulum venisset, in quo aut de republica disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur, numquam inde prius discessit, quàm ad finem sermo esset³⁹ deductus.⁴⁰ Paupertatem adeò faciliè perpeffus est, ut de republica nihil præter gloriam ceperit. Amicorum in se tuendo⁴¹ caruit facultatibus, fide ad alios subleuandos sæpe sic usus est, ut possit iudicari omnia ei cum amicis fuisse communia. nam cùm aut ciuium suorum aliquis ab hostibus fuisset captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem⁴² collocari non posset,⁴³ amicorum concilium habebat, & quantum quisque daret, pro cuiusque facultatibus imperabat, eamque summam cùm faceret, prius, quàm acciperet pecuniam, adducebat eum, qui querebat, ad eos, qui conferebant: eique ut ipsi numerarent, faciebat, ut ille,⁴⁴ ad quem ea res perueniebat, sciret quibus, & quantum cuique deberet. Tentata autem eius est abstinentia⁴⁵ à Diomedonte CyZiceno. namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. hic magno cum pondere auri Thebas venit, &⁴⁶ Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem: quem tum Epaminondas plurimùm diligebat. Micythus Epaminondam conuenit, & causam aduentus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coràm, Nihil, inquit, opus

pecunia est. nam si ea rex vult, quæ Thebanis sint utilia, gratias facere sum paratus. sin autem contraria, non habet auri, atque argenti satis. namque⁴⁷ orbis terrarum diuitias accipere nolo pro patriæ caritate.⁴⁸ Te, qui me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror, tibi ignosco. sed egredere properè, ne alios corrumpas, cum me non potueris.⁴⁹ tu argentum huic redde, aut nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui. Hunc Diomedon cum rogaret, ut tutò exire, suaque, quæ attulisset, liceret efferre: istud, inquit, faciam, neque tua causa, sed mea: ne si tibi sit pecunia adempta, aliquis dicat ad me⁵⁰ ereptum peruenisse, quod delatum accipere noluissem. à quo cum quaesisset, quò se duci vellet, & ille Athenas dixisset: præsidium dedit, ut eò tutò perueniret. neque verò id satis habuit, sed etiam ut inuiolatus in nauem ascenderet, per Chabriam Atheniensem curauit: de quo supra mentionem fecimus: ⁵¹abstinentiæ erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est: quoniam uno hoc volumine vitas excellentium virorum complurium concludere constituimus, quorum separatim⁵² multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt. Fuit & disertus, ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia: neque minus⁵³ concinnus in breuitate respondendi, quàm in perpetua oratione ornatus. Habuit obrectatorem⁵⁴ Meneclidem quendam, ⁵⁵indidem Thebis, ⁵⁶aduersarium in administranda republica, ⁵⁷satis exercitatum in dicendo, ut⁵⁸ Thebanum scilicet. namque ⁵⁹illi genti plus inest virium, quàm ingenij. Is quòd in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. huic ille, ⁶⁰fallis, inquit, verbo ciueis tuos,

quòd

quòd hos à bello auocas.⁶¹ orij enim nomine seruitutem concilias.⁶² nam paritur pax bello itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. quare si principes Græcia esse vultis, castris est vobis vtendum, non palaestra. Idem ille Meneclides cum huic obiiceret, quòd liberos non haberet,⁶³ neque uxorem duxisset,⁶⁴ maximèque⁶⁵ insolentiam, quòd sibi Agamemnonis, bello, gloriam videretur consecutus: at ille, desine, inquit, Meneclide de uxore mihi exprobrare. nam nullius in ista re minus, quàm tuo, uti consilio volo.⁶⁶ Habebat enim Meneclides suspicionem adulterij. Quòd autem me Agamemnonem amulari putas, falleris⁶⁷ namque ille cum vniuersa Græcia vix decem annis vnam cepit urbem: ego contrà ex vna urbe nostra,⁶⁸ dièque vno totà Græciam, Lacedæmoniis fugatis,⁶⁹ liberaui. Idem cum in⁷⁰ conuentum venisset Arcadum, petens ut societatem cum Thebanis & Argiuis facerent: contrà⁷¹ Callistratus Atheniensium legatus, qui eloquentia⁷² omneis eo præstabat tempore, postularet, ut potius amicitiam sequerentur Atticorum, & in oratione sua⁷³ multa inuectus esset in Thebanos & Argiuos,⁷⁴ in eisque hoc posuisset,⁷⁵ animaduertere debere Arcadas, qualeis vtraque ciuitas ciueis procreasset, ex quibus de ceteris possent iudicare: Argiuos enim fuisse Orestem & Alcæonem, matricidas: Thebis Oedipum natum, qui cum⁷⁶ patrem suum interfecisset, ex⁷⁷ matre liberos procreasse. Hic in respondendo Epaminondas cum de ceteris perorasset, postquam ad illa duo opprobria peruénit: admirari se dixit stultitiã rhetoris Attici, qui non animaduertit innocentis illos natos, domi scelere admissò cum⁷⁸ patria essent pulsì, receptos esse ab Atheniensibus. Sed maximè eius eloquentia eluxit Sparta, quòd cum omnium

f

sociorum conuenissent legati, coràm frequentissimo legationum conuentu, ⁷⁹ sic Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quàm ⁸⁰ Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut ⁸¹ auxilio sociorum Lacedaemonij priuarentur.

Fuisse autem patientem, suorumque iniurias ferentem ciuium, ⁸² quòd se patria irasci nefas esse duceret, ⁸³ hanc sunt testimonia. Cum eum propter ⁸⁴ inuidiam ciues exercitui praeficere nolissent, ⁸⁵ duxque esset delectus belli imperitus, cuius errore eò esset deducta res illa militum, ut omnes de salute pertimescerent, ⁸⁶ quòd locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur: desiderari cepta est Epaminonda diligentia. ⁸⁷ erat enim ibi priuatus ⁸⁸ numero militis. à quo cum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliae, & exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque verò hoc semel fecit, sed saepius: maximè autem fuit illustre, cum in Peloponnesum exercitum duxisset aduersus Lacedaemonios, haberetque collegas duos, quorum alter erat ⁸⁹ Pelopidas, vir ⁹⁰ fortis ac strenuus. ⁹¹ hic cum criminibus aduersariorum omnes in inuidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset ⁹² abrogatum, atque in eorum locum alij praetores successissent: Epaminondas plebiscito non paruit, ⁹³ idemque ut facerent, persuasit collegis, & bellum, quod susceperat, gessit. namque animaduerteat, ⁹⁴ ubi id fecisset, totum exercitum propter praetorum imprudentiam, inscientiamque belli periturum: ⁹⁵ Lex erat Thebis, quae morte multabat, si quis imperium diutius tenuisset, quàm lege praefinitum foret. hanc Epaminondas cum reipubl. conseruanda causa latam videret, ad perniciem ciuitatis conferre noluit, & ⁹⁶ quattuor mensibus diutius,

quàm populus iusserat, ⁹⁷ gessit imperium. Postquam domum reditum est, ⁹⁸ collegae eius hoc crimine accusabantur, quibus ille permisit, ut omnem causam in se transferrent, suaque opera factum contenderent, ut legi non obedirent. qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondas responsurum putabat, quòd, quid diceret, non haberet. At ille in iudicium venit: nihil eorum negauit, quae aduersarij crimini dabant, omniaque, quae collegae dixerant, confessus est, neque recusauit, quo minus legis poenam subiret: sed unum ab his petiuit, ut ⁹⁹ in periculo suo conscriberent, EPAMINONDAS A THEBANIS MORTE MULTATUS EST, QUOD EOS COEGIT ¹⁰⁰ APVD LEUCTRA SVPERARE LACEDAEMONIOS, QVOS ANTE SE IMPERATOREM NEMO BOEOTIORVM ¹⁰¹ AVSVS FVIT ASPICERE. IN ACIE QVOQVE VNO PROELIO NON SOLVM THEBAS ¹⁰² AB INTERITV RETRAXIT, SED ETIAM ¹⁰³ VNIVERSAM GRAECIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT, EOQVE RES VTRORVMQVE PERDVXIT, VT ¹⁰⁴ THEBANI SPARTAM OPPVGNARENT, LACEDAEMONII SATIS HABERENT, ¹⁰⁵ SI SALVI ESSE POSSENT: NEQVE PRIVS BELLARE DESTITIT, QVAM ¹⁰⁶ MESSENA CONSTITVTA VRBEM EORVM OBSIDIONE CLAVSIT. Hæc cum dixisset, ¹⁰⁷ risus omnium cum hilaritate coortus est: neque quisquam iudex ausus est ¹⁰⁸ ferre suffragium. Sic à iudicio capitis maxima discessit gloria. Hic extremo tempore imperator ¹⁰⁹ apud Mantineam, cum ¹¹⁰ acie instructa audacius instaret hostibus, cognitus à Lacedaemoniis, quòd in eius unius perniciem, patriæ sitam putabant salutem, uniuersi in unum im-

petum fecerunt, neque prius abscesserunt, quam magna caede facta, multisque occisis, ipsum Epaminondam pugnantem, sparo¹¹¹ eminus percussum concidere viderunt.¹¹² Huius casu aliquantum retardati sunt Bœotij: neque tamen prius pugna excefferunt, quam repugnanteis profligarunt.¹¹³ At Epaminondas, cum animaduerneret, mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset,¹¹⁴ animam statim amissurum: usque eò retinuit, quoad renuntiatum est vicisse Bœotios. Id postquam audiuit: satis, inquit, vixi. inuictus enim morior. Tum ferro extracto confestim¹¹⁵ exanimatus est. Hic¹¹⁶ uxorem numquam duxit. in quo cum reprehenderetur à Pelopida,¹¹⁷ qui filium habebat infamem: malèque eum in eo patriâ consulere diceret, quòd liberos non relinqueret: vide, inquit, ne tu peius consulas, qui talem ex te natum relicturus sis. neque verò stirps mihi potest deesse. namque ex¹¹⁸ me natam relinquo pugnam Leuctricam, quæ non modò mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est. Quo tempore,¹¹⁹ duce Pelopida, exsules Thebas occuparunt, & præsidium Lacedæmoniorum ex¹²⁰ arce expulerunt, Epaminondas, quam diu facta est cædes ciuium, domi se¹²¹ retinuit, quòd neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus¹²² suorum sanguine cruentaret. namque omnem¹²³ ciuilem victoriam, funestam putabat. Idemque postquam ad¹²⁴ Cadmiâ pugnari cum Lacedæmoniis¹²⁵ cepit,¹²⁶ in primis stetit. Huius de virtutibus, vitæque satis erit dictum, si hoc unum adiunxero, quod nemo¹²⁷ eat infitias,¹²⁸ Thebas & ante Epaminondam natum, & post eiusdem interitum, perpetuò alieno paruisse imperio: cum eo, quam diu ille præfuerit, reipub. caput fuisse totius Græ-

ciæ: ex quo intelligi potest¹²⁹ unum hominem pluris, quam ciuitatem, fuisse.

EPAMINONDAS.

Polymini) Alianus lib. XI. var. histor. Polymnidis.

2. præcipienda) de huius verbi vi in Themistocle dictum est.
3. ne alienos mores ad suos ref.) sed considerent omnia maiorum institutis, & patriis moribus iudicari, & alia aliis populis esse honesta ac turpia, vt dictum est in proœmio.
4. musicen nostris m. abesse) discebant tamen fidibus antiqui, vt testatur Cato apud M. Tull. in Catone maiore.
5. saltare etiam in vit.) Cic. pro Mur. saltatorem appellat L. Murenam Cato. Maledictum est, si verè obiicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuiciatoris, & c. Nemo enim saltat sobrius, nisi forte insanit, atque in solitudine: neque in conuiuio moderato atque honesto, & c. Idem in oratione pro Plancio, Gabinium saltatorem maledicti loco nominat. Martis sacerdotes tamen, qui salij à re dicti sunt, nò tam salire, quam saltare solebant iis diebus, quibus Martem venerabantur & colebant. Sed de saltatione mox plura dicemus.
6. quæ omnia apud Gr.) apud Græcos musicam & saltationem in honore & pretio fuisse vel ex Platone intelligere licet, qui multis locis eas commemorat & commendat, Socratemque vitamque didicisse atque surpassasse scribit. Sed de musica, constat, eam nobilium virorum filios æquè vt grammaticam discere consueuisse. Aristoteles quidem docet multis verbis lib. 8. polit. musicam, artem ad liberorum hominum vitæ degendæ rationem & consuetudinem esse vtilem, immò non esse necessariam neque vtilem, sed liberalem atque honestam. vtilitatè enim & fructum, inquit ille, vbique confectari, non conuenit viris magnanimis, & liberalibus. Itaque accepimus, Herculem & Achillem musica esse vsos, quorum magister fuit Chiron, centaurorum sapientissimus, ac iustissimus, cum esset musicæ simul, & medicinæ, & iustitiæ doctor insignis, & præclarus. Quamuis autem musicæ cognitio apud Græcos laudi duceretur, vt contrà ignoratio probro vertebatur: ex quo Themistocles, quòd Lyram in conuiuio recusasset, habitus est indoctior: non tamen omnibus organis in musica discenda & tractanda vti honestum erat: verbi gratia, tiliarum vsus illiberalis habebatur: & tibias reiecit & improbat Aristoteles eodem libro: atque ibidem, fabulam illam de Minerua, & tibiis, quam veteres confinxerunt, habere rationem probabilem. Traditum enim esse à veteribus, Mineruam tibias reiecisse, non eò solum quòd oris deformitate, quam tiliarum inflatio asserit, offerre solet, offensa fuerit, sed etiam ob eam causam, multoque adeò magis, quòd tiliarum inflandarum disciplina nihil ad mentis agitationè, cognitionemque rerù cõferat: cuius antistes, & dea sit Minerua. Itaque accepimus, Alcibiadè cum primum ad disciplinas se contulit, cetera musicæ genera didicisse, ceteraque organa recepisse, atque approbasse: tibias verò aspernatum esse, quòd Lyra quidem, & plectra nullam neque figuram, neque formam, quæ libe-

rum deceat, partem corrumpant, aut deforment: tibia verò hominis, eas ore inflantis, speciem ita diducant atque immutent, ut ne familiarissimi quidem interdum agnoscant. Præterea Lyra quidem cum eo, qui ea vitur, consonat, concinit, & pene dicam, colloquitur: tibia verò homini tibia canenti os obturat, vocem intercludit, sermonem adimit. Quare, inquit Alcibiades, tibia canant Thebanorum filij: non enim loqui sciunt, nos autem Athenienses, quibus, ut à patribus accepimus, Minerva est princeps, atque antistes, Apollo deus patrius, quorum alter Marsyam tibicinem pelle exiit, altera tibia abiecit, Lyra, ac ceteris libero dignis organis utamur. Tibiarum rectorum inuentorem fuisse Marsyam ferunt: obliquarum Midam Phrygium: atque eas primum ex gruum tibiis, deinde ex arundinibus esse factas. Sed Athen. lib. 4. in extr. ait scriptum esse à Chamaleonte quidam Heracleota, Lacedæmonios tibia discere solitos, & Heracleotas, qui Pontum incolunt, & viros Atheniensium clarissimos, Calliam Hipponici fil. & Critiam Callæschri: à Duride verò, etiam Alcibiadem tibia canendi scientiam à Pronomo didicisse, multosque Pythagoricos, & Archytam ipsum. M. Tullius verò lib. I. Tusc. Epaminondam non tibia, sed fidibus præclare cecinisse dicit. Quod autem ad saltationem attinet, iidem erant olim saltatores & philosophi. Itaque refert Athenæus lib. I. philosophum Pythagoræum quendam, Memphim cognomine, disciplinam Pythagoræam, que silentio continetur, saltando planius demonstrasse, quam qui artem dicendi profitentur, verbis explicare possent: & Telestem Æschyli saltatorem, tantum fuisse saltandi artificem, ut tragædiam quandam totam saltando exprimeret, doceret, ac declararet. Proteum non aliam ob causam rerum variarum speciem, formamque induisse ferunt, quam quod saltando omnium rerum, omniumque animantium formas referret, ita ut & aquæ humorem, & leonis iracundiam, & pardali feritatem, & ignis celeritatem; & arboris agitationem, motionis pernitate imitaretur. Empusa, quam putant vulgò spectrum fuisse, mulier saltatrix fuit, quæ celerimo pedum, totiusque corporis motu, varias rerum formas spectantium oculis obiiceret. Corymbantes, quos fabulantur poetæ vagitum Iouis nascentis ab auribus Saturni auerisse: Castor & Pollux, quorum alterum equitem, alterum pugilem fuisse memoriæ proditum est. Orpheus, Musæus, Bacchus ipse, præstantes saltatores fuerunt. Prætermitto, Salios, Martis sacerdotes, de quibus paullo ante mentionem feci, non nisi saltando sacerdotij sui munere fungi potuisse. Lacedæmonij, Ethiopes, Indi in aciem prodeuntes, & cū hoste manum conferere, pedemque conferre parantes, saltabant. Quid quod Dauid rex idem & vates, & Christi simulacrum ac figura, (si licet sacra profanis miscere) saltandi non imperitus fuit? Dies me deficiat, si, quæ de saltationis laudibus dici possunt, colligere velim. Plura autem de musica, & saltatione cognoscere volet, legat Plutarchi librum de musica, & Luciani de saltatione, & Athenæi lib. XIII. pag. 10. 11. 12. denique à pagina tertia vsque ad extr. Laudat & Polybius multis verbis musicam lib. 4. Ephorum refellens, qui scripsit musicam initio esse comparatam ac repertam ad homines capiendos & fallendos: & Plato lib. 4. de rep. & Aristot. lib. 8. polit. à capite tertio vsque ad extrem.

7. exprimere imag. conf.) sic fere loquitur Cic. pro Roscio Am. ut effectos no-

stros mores in alienis personis, expressamque imaginem vitæ nostræ quotidianæ videremus.

8. Quare dicemus) Huius diuisionis ordinem in explicanda Epaminondæ vita diligenter seruat Probus.

9. patre, quo dix.) Polymno.

10. pauperiam) de paupertate Epaminondæ infra dicemus.

11. Eruditus autē sic) Diod. lib. 16. tradit, Epaminondæ, & Philippū Amyntæ fil. Alexandri Magni patrē, ab eodem magistro, philosopho Pythagoræo (quem nominat ille quidem, sed constat eum Lysim appellatum esse.) & apud Pammenem Thebanum, eruditum fuisse, & vtrumque discipulum, cū ad discendum ingenium & industriam attulisset, virtute præstantem euasisse. Quæ cū lego, & similia de multis aliis regibus & imperatoribus, temperare mihi non possum, quin non dicam videam, (non est enim res tanti momenti, ridicula) sed ingemiscam, partim cernens oculis tantam hodiè in insituendis principum filiis negligentiam adhiberi, quasi doctrina sit principibus inutilis, aut indecora: partim audiens quorundam, qui nobiles dicuntur, voces, principes nihil præter usum armorum, & artem militarem scire oportere: litteras & doctrinam principum virorum personam dedecorare ac dedecere. quorum vtrumque à vero perquam remotum est. Nam, quod ad doctrinam attinet, optabile sit principes tanto ceteris hominibus esse eruditiores, quanto plurib. præsumt atque imperant, tantoque scientia & virtute esse præstantiores, quanto opibus, & potentia suis ciuibus antecellunt. De armis autem & arte militari, ut non sunt studia armorum principibus negligenda, ita sapientiæ & iustitiæ prima debet eis esse cura. His enim artibus ac disciplinis optimè resp. gubernatur, illis iniuria externa facillimè propulsatur: & doctrina quidem ac virtute semper opus est: arma verò, & scientia rei militaris, belli tempore tantum vsui sunt. Sed refellit & coarguit horum sententiam regum nostrorum inueterata iam & recepta consuetudo, qui semper magnam diligentiam adhibere consueuerunt, ut filij sui optimis, & doctissimis magistris freti, optimè instituuntur, optimisque disciplinis erudiantur. Si quis autem videre cupit, quantum conferat philosophia ad rem militarem, legat Chionis Platonici ad Matridem epistolam, in qua posteaquam ille multis verbis exposuit, quo pacto Xenophon Socraticus decem millia Græcorum, Cyro mortuo, & belliducibus contra fidem, & fœdera trucidatis, per mediam hostilem terram incolymia rediit, tum multumque illum Byzantiij coortum, & metum direptionis ac cædis Byzantiis iniectum, militibus ad urbem diripiendam concitatis iam, atque expeditis, vnus Xenophon prudentia & eloquentia sua compresserit, ac fœdarit, tantamque subitò commutationem rerum fecerit, ut, qui paullo ante, se urbem direpturos minabantur, tubarum clangore vndique iam ad impetum faciendum hortante, ij statim Xenophonte audito, cum ciuibus Byzantiis in foro res ad victum cultumque necessarias emere cernerentur: colligit ad extremum, se putauisse antea temperantiam quidem & iustitiam, ceterasque virtutes ex philosophia hauriri, sed ab ea animorum nervos molliri, atque ineptos ad actiones militares & bellicas reddi: nunc autem vsu didicisse & comperisse longe ali-

ter esse: & eos, qui sapientiae dederunt operam, hoc est, qui philosophati sunt, & quotidie philosophantur, maxime ad fortiter & strenue agendum exacui, atque excitari, atque adeo vere fortiter agere, & res forti viro dignas gerere: exercitius, vrbetsque, & cum velint, expugnare, & cum eis commodum sit, incolameis conseruare: ceteros autem, qui litteras, & doctrinam contemunt, & aspernantur, innumerabilia quotidie, & in rep. administranda, & in bello gerendo peccare: quod si quid interdum bene & ex animi sui sententia gerant, id non tam eorum virtuti, quam fortunae ascribere, & referre acceptum oportere. Quietem sane ad vitam beatam efficiendam magis, quam negotium, & laborem, valere: sed eum, qui bene quiescere, & otium recte ponere didicerit, omnia melius administraturum atque acturum, quam qui non esse otium non possit: quales sunt inertissimi, & nequissimi quidam homines, qui bonas horas, & otium suum in rebus ludicris, iisque illiberalissimis, & plerumque flagitiosis & turpibus, & homine indignis collocant & consumunt. Nam omnino qui cupiditates suas, & affectus animorum coercere & domare potest, eo, qui bellum gerit, maiorem esse: a quibus vrbium & exercituum victores saepe subiguntur & vincuntur, & in turpissimam ac miserrimam seruitutem rediguntur. Ego igitur, inquit Chilo, philosophia fretus spero, atque adeo confido, me cum aliis in rebus fore vulgo hominum meliorem, tum etiam in praeliis, si quando pro rep. aut libertate pugnandum fuerit, fortiozem, & ad res bellicas compositiozem. Haec fere ex Chilone, quae nos non verbum verbo reddentes, sed arbitrati nostro Latine vertimus.

12. citharizare) αυταελεν, cithara canere.

13. Dionysio) commemorat hunc Dionysium Plutarchus in libro de Musica, & Lamprum, IX. fere pagina ibi. και μαθηται αλλα τε τω διδουμουωτων, και δι η ε Πιδαρου ε τω Διονυσιου τω θεαου, ε τω Λαμουωτου.

14. Damon) Damonem commemorat Plato & in Alcibiade primo, medio fere dialogo: & in Lachete bis. & lib. 4. de repub. vbi scribit Plato, Damonis esse hoc verbum, nusquam moueri musicae modos, sine ciuilibus legib. iisque maximis, sic Plato: ουδε μωδωδε κινουωται μουσικης εσπι αυδω πολικων νομων τωδω μωδων, ως φησι τε Λαμουω, και ερω πιδομαυ.

15. aut Lamprus) Lamprum, vt paullo ante dixi, commemorat Plutarchus: & praeter eum Athenaeus lib. I. pag. X. apud quem narrat ille Sophoclem saltare didicisse, mendose autem in exeplis Venetis & Florentinis impressum est, Lampus.

16. Olympiodoro) de quo supra ex Athenaeo. Olympiodorum quendam commemorat philosophum Suidas, alium, opinor, ab hoc musico, & tibicine.

17. Calliphron) de Calliphron saltatore nihil me legere memini.

18. Lysim Tarentinum) Lysim Tarentinum Pythagorem, Epaminonda magistrum fuisse in philosophicis etiam M. Tullius testatur lib. 3. de orat. ad Q. fratrem, his verbis, Aliisne artibus instituit Pythagoreus ille Lysis Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum omnis Graeciae? & Diogenes Laertius in Pythagora, non longe a princip. το δε φερον μωδω ως Γουδαζωρου, Αυσουδω δε τι Γερμουπνω ποταζωρε μωδω, φουζεν τω ετ εηεας, και Επειμωδω και Ζωζιμαζωρου. i. liber autem, qui circumfertur, tanquam Pythagore, Lysidis est Tarentini Pythagorici, qui Thebas

Thebas exful se contulit, & Epaminonda magister fuit. & Diod. lib. 15. εαυδωδε (Επειμωδωδω) ου μωδων ο μωδεθουωτων, θηλα και παντων ελληων πολω ζωρεζωει αυδωρε τι και ερατικη σωεστω μετωδε δεθω πολω πασων τωε παυδωλας, και μακρω τωε ποταζωρε κωις φιλοσοφωεστω εστω δε τωωτοις, φωσικωις ζωρε τωωμωστω κωεζωρηζωμωδωωστω εηετωστω και ζωρεζωει εβωφωεεστωστω σωεστωελεστω, & c. i. hic enim (Epaminondas) non solum eiusdem ciuitatis & gentis hominibus, sed etiam omnibus Graecis virtute & scientia rei militaris, & artis imperatriae longe praestitit. fuit enim cum omni liberali doctrina valde politus, tum philosophia Pythagorica imbutus. praeterea vero cum praecipuis quibusdam philosophiae naturalis documentis instructus esset, res clarissimas probabili ratione ad exitum perduxit, & confecit, & c. Mendose autem legitur in omnibus libris vulgaris, Lysiam contra veritatis vocem, & historiae fidem.

19. ad nostram conf.) si ad nostram consuetudinem referantur. i. Romanam.

20. vti que) omnino, plane, prorsus.

21. ephebus) pubes.

22. palaestra dare op.) solebant etiam γυμνασιω i. arti corporum exercitorum, operam dare veteres in Graecia, vt ex Platone, Xenophonte, Aristotele, Plauto, & Terentio, ceteris intelligere licet. Facta palaestrae mentio admonet me, vt Epaminonda consilium, quod refert Polyaeus lib. 2. strategematum, huc adscribam.

Επειμωδωδωστω τωε θεαου εστω επω τωε εβωδωμωστωστω λακεδαμωνιωων εν τωε γυμναστωεστωε παλαστρωεστωε οε θωκωλωεστωε κατωε αλωντωε αυτωεστωε, ε δεθωδωδωστωε κατωε φρωετωε αυτωων, και ως αυδρωεστωε προτωε τωεστωε αυτωεστωε πολωμωδωστωε εζωηεστωε κατωε, id est, Epaminondas persuasit Thebanis, vt cum Lacedaemoniis, qui Thebas venirent, in gymnasium luctarentur. Illi autem cum facile Lacedaemonios percellerent, ac prosternerent, eos contemnere didicerunt, & tanquam fortiores, fiducia pleni, & optima spe confirmati bellum eis intulerunt.

23. velocitati) quae in bello, & in re militari utilis est, vt mox ostendet Probus, ex quo ab Homero Achilles πωδωεστωε αωωεστωε dictus, id est, celeritate pedum valens.

24. ad belli exist. vtilit.) M. Tullius, si & belli vtilitatem, & pacis dignitatem sustinere vultis.

25. ad eum finem) id est, vsque ad eum finem, vsque eò. M. Tull. lib. I. de orat. ad Q. Fr. aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere. Idem pro M. Celio. Quem ergo ad finem putas custodiendam illam aetatem fuisse? Idem. I. Catilinar. quem ad finem sese effrenata iactabit audacia?

26. stans compl.) quod est luctantis.

27. contendere) quod est currentis. horum verborum autem haec sententia est, eò vsque luctabatur, & currebat, donec etiamnum stans, manibus, brachiisque completi posset, & currendo contendere: neque tantopere se luctando, currendoque defugabat, vt neque completi manibus, neque currere pedibus amplius posset.

28. modestus) εφρωω, κωστωμοεστω.

29. temporib. sup. vtiens) quod monebat Pittacus, γωδω καιρωδω. i. cognosce tempus. Excidit hic Probo versus imprudenti. Est enim versus hic constans ex duobus dactylis, & duobus choris, seu vno choreo & vno spondæo.

- 30. fortis manu) sic de Commissare Datamis patre, non longè à princip. quod et manu fortis, &c.
- 31. veritatis diligens) ὕπο verbo Græco, φιλαληθής.
- 32. continens) ἐσκρατής.
- 33. patiensque) καραπεικώ.
- 34. sed etiam amic. fer. iniur.) sic infra. fuisse autem patientem, suorumque iniurias ferentem, &c. Cic. de Orat. ad Q. Fr. lib. 2. dixit perferentes iniuriarum, in generandi casu.
- 35. commissa celans) Horat. sat. 4. lib. I. commissa tacere Qui nequit, hic niger est: hunc tu Romane caueo. Idem epist. XVIII. lib. V. Commissumque teges, & vino tortus, & ira.
- 36. quod interdum non min. prod.) benè & opportunè tacere, interdum æquè utile est, ut benè dicere. Horat. oda 2. lib. 3. Est & fideli tuta silentio Merces. Vtabo qui Cereris sacrum Vulgarit arcanae, sub iisdem sit trabibus, fragilèmq; mecum soluat fascelum.
- 37. studiosus aud.) φιλόκοος.
- 38. circumlum) cæterum hominum circumstantem, seu circumsedentem. M. Tull. epist. 18. lib. 2. epist. ad Att. hac tamen in oppressione fermo in circulis duntaxat, & in conuiuio est liberior. Idem lib. I. de Orat. ad Q. Fr. quemcumque patrem familias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis percunctantib. respondisset.
- 39. deductus) legendum fortasse est, perductus.
- 40. paupertatem adeò facile perp.) Itaque Epaminondam inter eos numerat Athen. lib. 10. qui tenuissimè, & parcissimè vixerunt, Pythagoram, Aristidem, Phocionem, Phormionem, M. Curium. Plutarchus in Pelopida non longè à princip. ait, Epaminondam, cum esset à patre pauper relictus, paupertatem fecisse philosophando facilem, leuem, & tolerabilem. De paupertate Epaminondæ sic Alianus lib. 5. var. hist. non longè ab extremo. Ἐπιμιωνίδης εἶα εἶχε πελοπίδα, καὶ ἀπὸ ῥυπαρίων. εἰ ποτε δὲ ἀπὸ τοῦ δακνὸς εἰς γλαφείον, ἀπὸ τοῦ ὑπὸ μὲν οἴκῳ δὲ ὑποδαίον ἐπιρου. ἐν δὲ ὑπόπῳ τῆς ἀποδοσίας, ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τῶν βασιλέως πύμψωνος ἀπὸ πολλῶν χειρίων, οὐ ποσειδέων, καὶ εἰ πὲρ ἰσῶν, μεγαλοφρονέστερος ἢ τῶν δίδωντος ὁ μὴ λαβῶν. i. Epaminondas vestem vnam habebat, eamque tritam, & immundam, sordibusque squalentem, quòd si quando fulloni dabat eam lauandam, & interpolandam, domi se continebat, propterea quòd ei alia deerat. Cum igitur hæ facultates & copie ei superpetere, & rex Persarum magnam vim auri ad eum misisset: non admisit, neque accepit: & si quid ego intelligo, ac sapio, maiore erat animo is, qui non accipiebat, quam qui dabat.
- 41. caruit) vti noluit.
- 42. collocari) in matrimonium dari.
- 43. amicorum concil. hab.) amicos in vnum locum congregatos conuenire iubebat.
- 44. ad quem ea res peru.) al. ad quem ea res pertinebat.
- 45. à Diomedonte Cyziceno) refert hoc Plutarch. ἐπιφθ. βασιλ. his verbis. ἀπὸ τοῦ δὲ τῶν ἀπὸ βασιλέως πελοπίδατος ἀπὸ τοῦ καὶ δὲ τὸ πικρῶς Διο-

- μὴ δόντος, εἰ τοσούτοι πολλοὶ πικρῶς διαφθερῶν Ἐπαμινώνδαν. πορὸς δὲ τοῦ βασιλέα λέγει καὶ λαβῶν, ὅτι τὸ συμμέρονα διδῶντος φρονῶν ἔχει ποσειδά φίλοι Ἐπαμινώνδαν, καὶ ὁ μὴ συμμέρονα, πολλοί. i. rursus autem cum rex Persarum triginta Daricorum millia ad eum misisset, acerbè & amare Diomedontem reprehendit, quòd tantam navigationem suscepisset, ut Epaminondam corrumpere: regi Persarum autem nutiare iussit, eum, si, quæ essent è re Thebanorum, cogitaret ac sentiret, Epaminondam sibi amicum gratis habiturum: sin aliter, hostem. Idem Plutarch. ibid. supra, tradit, etiam ab Iasone Thessalorum tyranno Epaminondæ abstinentiam tentatam esse, misisset ad Epaminondam acri paupertate laborantem duobus aureorum millibus: hunc autem aurum accipere noluisse: sed coniectis in eum oculis dixisse, iniuria me lacesis, vel manus mihi infers, nulla lacesitus iniuria, & ἄλλοις ἁρῶν ἀδίκων. Refert & Alianus var. hist. lib. XI. sub extr.
- 46. Micythum adolefc.) Athenæus lib. 13. adolescentem quendam Epaminondæ delicias, Asopicum nomine commemorat, siue sit alius, siue idem, diuersis nominibus appellatus.
- 47. orbis terr. diuitias &c.) videntur hæc è Græcis expressa, cuiuscumque auctoris fuerint. Græca autem talia credibile est fuisse. τὸν τῆς οἰκουμένης πλοῦτον εἰρηδῶν οὐ βούλομαι αἰτῆ τῆς εἰς τὴν παρὰ δα δυνάμει, vel, τὸν τῆς οἰκουμένης πλοῦτον τῆς εἰς τὴν παρὰ δα δυνάμει, καὶ ἐδὲν ἀπὸ πικρῶν ἀπὸ τῆς εἰς τὴν παρὰ δα δυνάμει, vel quo modo Xenophon in Agestilo loquitur, πᾶσαν τὴν γῆν ἐν αἰ δὲ εἰς αἰ μὴ αἰ τῆς εἰς τὴν παρὰ δα δυνάμει, videtur autem legendum hoc loco. (et sanè ita Cl. Puteano videtur) præ patriæ caritate, non, ut vulgò, pro patriæ caritate.
- 48. Te) ὁ Diomedon.
- 49. tu) tu Micythe. quidam libri habent vocem Micythe, expressam.
- 50. ereptum) id ereptum peruenisse ad me, quod &c. id est me id eripuisse, & ereptum tenere, quod cum delatum esset, accipere noluissem.
- 51. abstinentiæ erit hoc satis test.) videbatur aliquid desiderari, & ita legendum, abstinentiæ erit hoc satis magnum testimonium, sed nihil deest. hic enim ordo, & hæc sententia est: hoc abstinentiæ testimonium, quod exposuimus, satis erit: vel dic legendum, abstinentiæ erit hoc satis testimonij.
- 52. multis millib. versuum) sic solebant veteres ex versuum numero libri magnitudinem significare ac notare: fortasse ne quid alienum inculcicaretur, ac superponeretur, vel ne quid detraheretur. Sic Diogenes Laërtius in Aristot. postea quatuor libros ab Aristotele scriptos enumerauit, subiicit, γίνονται αἱ πᾶσαι μυριάδες εἴχων πέντε καὶ πέντε ἑκατὸν πορὸς τοῖς πεντακτακταίς καὶ δεκάτοισι ἐβδωμικταί. καὶ τοσούτοι μὲν αὐτῶν περὸς γυμνάσιον βιβλία, &c. i. efficiantur omnino versuum myriades quattuor & quadraginta, cum quinque millib. & ducētis, & septuaginta. sic & in Theophrasto, ubi numeri partim desunt, partim corrupti sunt. sic autè restituēdos puto. ἀ γίνονται εἴχων μυριάδες ἑκατὸν, ὁ κλάκοισι ὁ κλω. i. in summa, sunt versuum myriades centum, octingenti octo. Plin. lib. 30. cap. I. Hermippus, qui de tota eâ arte diligentissimè scripsit, & vicies centum millia versuum à Zoroastre condita, indicib. quoque voluminum eius positis explanauit, &c. Iustinianus imperator in epistola Græca ad magnum senatum & populum, & omneis orbis terræ.

rum ciuitates, ἀπὸ ἑξήκοντα ἄνω ἕως ἑξήκοντα ἑξακλις, ἀριθμὸν δὲ ἔχον τριχών μιλίων περιελασίων, &c. i. ex librorum circiter duobus millib. qui numerum trecentarum myriadam versuum continebant, &c. ibid. aliquanto post, de suis Digestis, quæ Pandecten, quod omnia contineat, appellauit, &c. ἀπὸ αἰτίων τὴν πέντε καὶ δέκα μυριάδων τριχών ἀριθμὸν αὐτῶν δέκα, &c. i. cum ei non supra quindecim myriadas versuum tribuerimus, &c. Idem in epistola Latina ad Antecessores, ex tanta legum multitudine, quæ in librorum quidem duo millia, versuum autem tricenas centena extendebantur, &c. Quæ omnia ferè à Duareno nostro notata, atque obseruata sunt, & à Claudio Puteano mihi indicata.

53. concinnus lepidus, venustus, comtus. M. Tull. in Bruto. Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm, venusta & concinnæ. Horat. Sat. 3. lib. I. ineptus, Et iactantior hic paullo est? concinnus amicis Postulat vt videatur. Lucret. lib. 4. Et simul ipsa viris Venus vt concinnior esset.

54. Meneclidem, hunc Plutarchus commemorat in Pelopida, eumque dicit fuisse ἀνόπειον ἰσὺν λέγειν, ἀκόλαστον δὲ καὶ κακοῦν τὴν ἔσπον. i. disertissimum quidem, sed moribus intemperatissimum, & malitiosissimum. quod & Probus dicit infra non longè a dem Plutarch. præceptis polit. τὸ ἰσὺν ἀνδρὶ χρῆσθαι, καὶ δὲ ἀρετῶν ἀποτύπον πρὸς ἀρετὰς καὶ φθόνον, ὡς Πειρακίη Σιμμίας, Ἀρχιμείων δὲ Θεμιστοκλέη, Πομπήου δὲ Κλωδίου, Ἐπαμεινώνου δὲ Μενεκλείδου ὁ ῥήτωρ, οὐτὶ καὶ δόξαν καλοῦ, ἢ τὴν ἀλλοτρίως συμφέρον. i. Nam cum viro bono, & virtute præstanti inuidia impulsus pugnae & contendere, vt Simmias cum Pericle, Alcmaeon cum Themistocle, Clodius cum Pompeio, Meneclides cum Epaminonda, neque ad bonam existimationem est honestum, neque alioqui vtile.

55. indidem Thebis) sic Cic. pro Rosc. Am. Indidemne Ameria, an hosce ex vrbe ficarios?

56. aduersarium) ἀπαρρησθῆναι, ἀπὸ πάλου.

57. satis exercitatum in dic.) sic fere Plutarch. vt paullo antè retulimus.

58. vt Thebanum) quasi Thebani non soleant esse disertī, quia sunt pingues, & hebetes: qua de re alibi dictum. Sic loquitur Cic. in Bruto. Tum etiam Græcis luteris, vt temporib. illis, satis eruditus. Idem in Catone, Multæ etiam, vt in homine Ro. litteræ.

59. illi genti plus inest virium) sic in Alcib. in extr. ibi, Omnes enim Bæotij magis firm. corp. &c.

60. fallis verbo) ἀπαλογίζη.

61. Otij enim nom) id est, quam tu pacem appellas, ea seruitus est dicenda. nam qui nimis otio consulunt, vel qui omni ratione otio consulendum putant, neque iniuriam externam propulsare volunt, propterea quod belli laborem ferre non possunt, aut quia rei militaris scientiam vsu consecuti non sunt, pacem iniquissimis condicionibus facere, & seruire coguntur, potest & sic hic locus explicari, otij, seu pacis nomine, quod est populare, & speciosum, seruitutis inquam nobis imponis: otij, seu pacis nomine, id est, pace, quæ nomine tantum pax est, non re, seruitutem conciliat, subintell. ciuibus tuis: id est, quæris, & comparas.

62. Nam paritur bello pax) Ἰσχυροῦς bellum geritur, vt in otio, & pace viuam.

degere possimus, inquit Aristor. lib. X. de Morib. ad Nicom. & lib. 8. polit. Itaque quisquis bellum gerit, aut suscipit: ea mente, eoque consilio facit, vt pacem obtineat. Quod si quis eo animo sit, vt bellum perpetuò facere velit, numquamque vllum belli finem, aut modum constituendum putet: hic immanis quidam siccarius, & carnifex cæde cruentus, aut monstrum ex omni genere feritatis, & crudelitatis conflatum & concretum existimari debet.


63. neque uxorem duxisset) A qui filium habuit Stesibrotum nomine, quamquam eum pater, quod in bello aduersus Lacedæmonios suscepto, se absente, suoque iniussu, atque aded contra imperium suum prælium commississet, interfici iussit. auctor Plutarch. & ἀπὸ γυναικῶν &c. Et Polyæn. lib. 2. strategem. perspicuè indicat, Epaminondas uxorem habuisse, vbi refert à Phæbida Lacedæmonio Epaminondæ uxorem amatam fuisse. sic ille. Ἐπαμεινώνου τῆς γυναικὸς ἡ ἐξ ὁδῆ Φαιβίδου φερῶν τὴν Καδμείαν. ἢ δὲ τὰ ἀνδρὶ τὴν πύραν ἐμίμυσε. Ἐπαμεινώνου ἡμετέρας ἔξεν αὐτῇ τὴν Φαιβίδα φιλεῖν ὑποκρίεσθαι, ἢ νύκτα στυγέσθαι, &c. Epaminonda uxoris Phæbidas, qui Cadmeam præsidio deuinctam tenebat, & custodia diebat, amore captus erat. Illa autem viro se à Phæbida tentatam esse, & percipit. Epaminondas præcepit ei, vt simularet. se Phæbida amore captum esse, & non contem ei polliceretur, ac constitueret, &c.

64. maximèque insolentiam, quod) si locus est sincerus, sic videtur applicandus, Et maximè ei Meneclides obiiceret insolentiam, quod sibi videretur Agamemnonis gloriam bello esse consecutus, &c. Verum, vt dicam quod sentio, vix insolentiam, videtur mihi esse supposita, & aliena. Nam omnino ea de leta sententia est facilis, plana, & integra. Verum tamen eam delere non ausim.

65. quod sibi Agam.) oratio implicata: quæ sic explicanda est, quod sibi Epaminondas Agamemnonis gloriam bello videretur consecutus.

66. habebat enim Menecl. susp. adult.) Quid sibi vult, aut quid sentit Probus? vtrum Meneclidem fuisse adulterum, an eius uxorem? si Meneclidem fuisse adulterum, non videtur Epaminonda responso satis apta, aut acuta fuisse: si uxorem eius, parum videtur Probus dilucidè locutus esse. debuit enim ita potius dicere. habebat enim Meneclides vxor suspicionem adulterij: id est, vxor Meneclides suspecta erat adulterij: nisi dicamus, horum verborum, habebat enim Meneclides suspicionem adulterij, hanc esse sententiam: Meneclides enim suspicabatur uxorem suam esse adulteram. Talis autem mariti suspicio de uxore, marito magnum malum. Quod autem ad genus loquendi attinet, M. Tull. lib. 8. epistolarum, epist. 15. princip. habere suspicionem vsurpauit ἐπισημασθε, seu, actiue. sic enim ille ad Pompeium. suspicionem nullam habebam. te reip. causa mare transiturum.

67. namque ille cum vnus. Gr. vix d.) Hæc cum ex aliis poetis, tum ex Homero nota sunt. Lægum esset Homeri, & aliorum poetarum versus referre ad hanc rem pertinentis. Satis si nebis Chalcæitis augurium protulisse: quem ex passerum numero, belli Troiani annos augurium esse canit Homerus in β. Noti sunt versus: ὅσουςque Latine vertit M. Tullius lib. 1. de Diuinatione. Ex quibus hostantium ascribam. Nam quot auis tatro maclatas dente videtis: Tot nos ad Troiam bellum



Epaminondas vero militibus grauioris armaturæ, qui permanferant, ordinatis, & egregia animi alacritate ad pugnam excitatis vsus, magna cum laude vicit. Iam vero Leuctra, vicus est Bæotix non longè à Theſpiis.

81. ut auxil. sociorum Laced.) id est vt Lacedæmonij à sociis suis desererentur.

82. quod se patriæ irasci) tanquam parenti. sic Plato, vim afferre patriæ negat fas esse. Idem lib. 5. de rep. scribit, patriam ciuibus maiore studio colendam esse, quàm matrem liberis. sic ille pag. 6. δε εραπίων αυ πτω δει μελόντων, η αυτερα παιδας.

Quod si vultu sapere, vt ait M. Tullius pro Rosc. Am. læditur pietas: quibus supplicii eorum impietas lui, aut expiari potest, qui non solum hosteis patriæ ciuibus anteponunt, verum etiam ipsi in patriam hostes acerrimi reperiuntur, Galliàmque omni scelere lacerant, quæ est antiquissima, & sanctissima omnium nostrum parens?

83. hæc sunt testimonia) legendum fortasse est, hæc sunt testimonio: quamquam nihil muto.

84. inuidiam) id est inuidentiam.

85. duxque esset delectus) qui non nominatur, neque à Diod. neque ab aliis.

86. quod locorum angustis, &c.) hoc sic narrat Diod. lib. 15. pag. 494. & his verbis. πορείας ουσης δεξ χωρας πεδιαδος, Α λεξανδρος επηκολυθη πολλοις ιππεισι, & τις βρη τις ου εραξιας επεθετο. ηη δε βοιωτων οι ιδω κατακονηζομενοι σιωχεως απεθνησκον, οι δε ης αυμασι περειεπιθον, τιλος δε ουτε ιδειν, ουτε περιεργηειν εωμεροι, εις πολλω δαμνασιας δε επιπτοι, α τε δη και ηη βρητηδων σαρπηζοντων. ηδη ε αυτων πτω Γοθηλαι απορηωσιοντων, Επαμινωνιδαι ιδω πύων και τει κεινοι τον χονον, απο ηης εραπωτων και πεαδη εραπη ης. αυθς δε δεξ λεξιας τοις τε ηλοις, και τοις ιππεις, τοις τε ιδω αυ πος απελαβει, και ταχθεις βρη τις ου εραξιας, δεξ. τουτων αυ εσταλε τοις επικολυθουσαις πολεμοις, & πολλω ασφαλεια παρειχετο τοις περιηρουδους οπλιταις. ποιουμερος δε μαχας δε υποσροφης, και ταξει φιλοπυχο χρωμερος, διεσωσε το εραπειδον, &c. i. Cum autem castra mouissent Thebanis, seu Bæotij, cumque iter facerent per loca plana, Alexander Theſsalorum tyrannus cum multis equitibus sequebatur, & in eos, qui in extrema parte agminis erant, impetum faciobat. Bæotiorum autem alij assidue telis confixi interibat, alij vulnera comminus accipiebât: & tandem cum eis neque manere, neque procedere per hosteis liceret, magna consilij inopia & difficultate laborabant, ut prope quos res ad victum necessaria deficerent. Itaque cum iam salutem desperaret, Epaminondas, qui tum priuatus erat, à militibus factus est imperator. ac statim pedites aliquot leuioris armaturæ, & equites delectos in ordinem redegit, & cum se in extremum agmen contulisset, horum opera hosteis insequentes reprimibat, tutiamque atque ab omni periculo vacuam itineris faciendi facultatem iis, qui antecedeabant, grauioris armaturæ militibus præbebat. redintegratis autem militum animis prælia committens, & dispositione artificiosa vtens exercitum seruauit. semper autem secundis rebus magis ac magis augens suam gloriam, magnam apud civeis suos, & socios beneuolentiam, gratiamque sibi coparauit.

87. erat enim ibi priuatus) sic Diod. vt supra proxime retulimus. Sed quamobrem talis vir aliquando priuatus fuerit, ex eodem ostendamus. Sic igitur Diod. eod. loco. βη ζηπουριδης δε τις εη πω ες ο τοιουπος αυ ηριδιωτης αυ εραπειδω με ηη εις

εις Θεσπλιας αποσελιντοι, αποδατον τον οικειον λογον της απολογιας. τη μαχη τη περ Κόελιθον Επαμινωνιδας δεξακόχας πτω βρη το βρητηξισματος φυλακην ηης λακεδαμνιων, & δωάωδος πολλοις αυ ηειν ηη πολλομων, ηρκεαθη τα περιτηματα, και της βρη παειον μαχης απεπε. ηυομερος δε περ αυτων ικανης υπομιας, ως πεφισμαειου ηη λακεδαμνιωνιδας ενεκα χρεατος, οι φθονοωτες αυτη τη δοξη κειρο νε λαβον βυλορον δεξ εολης. επενεγκαιτων αυ αυτων περιδοσας εις κλημας, το παηδος παροζηηει απεσηεν αυτων της βοιωπαρχιας, και ιδω πτω πηισαν, δεξαπετη με ηη αλλων. i. Quoniam autem quaeritur, quam ob causam talis vir cum iis, qui in Theſſaliam missi sunt, priuatus militabat: eius rei propria ratio exponenda est. Cum Epaminondas in prælio ad Corinthum commisso, præsidium Lacedæmoniorum, quod in arcem fuerat impostum, concidisset, cumque longe numero plures hosteis occidere potuisset: pugnae successu contentus fuit, & à longiore prælio destitit. Cum autem in eum comota esset proditio nis sufficio, quasi Lacedæmonis gratiæ causa pepercisset: ij, qui eius gloriæ inuidebant, probabilis calumniæ occasionem nacti sunt. Epaminonda igitur ab illis in proditio nis iudicium & crimen vocato, multitudo irritata, & cocitata, abrogauit ei imperium & magistratum, eumque priuatum factum, nihilo minus cum aliis in Theſſaliam misit.

88. numero milit.) & ταξει, vel εν μερει εραπωτων.

89. Pelopidas) cuius vitam etiam Plutarchus scripsit, ibique, vnde nata sit Epaminonda & Pelopida amicitia, multis verbis exposuit pag. 2. Hic, vt ibidem Plutarchus tradit, in pugna Leuctrica non habebat imperium, neque erat Bæotarches, sed sacra cohorti tantum præerat. constabat autem sacra cohors ex amantibus, & iis, qui amarentur. Secutus sum autem paullo antè exempla Basil. Col. & omnium antiquissima, Argentor. in quibus impressum est, haberetque collegas duos, &c. Nam cetera habent, haberetque coll. suos. sic autè legendū esse, declarat id, quod sequitur, quorum alter erat &c. Ita ex auctoritate Probi tres erant imperatores. Neque obstat quod dicunt alij, sex fuisse. Nam non semper inter se congruunt historici, vt apparet.

90. vir fortis ac stren.) sic supra in Datame hæc nomina cõiunxit, ibi, quod intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse.

91. Hic cum criminib. aduers.) paullo aliter Plutarchus in Pelopida. Narrat enim, post pugnam Leuctricam, Epaminodam & Pelopidam, solos ex iis, qui imperium obtinebant (qui sex erant numero) cum pauci dies imperij superessent, & aut imperium aliis bæotarchis tradere ex lege oporteret, aut, ni facerent, extremo supplicio affici: solos, inquam, aliis imperatoribus exercitum reducere, & magistratu se abdicare paratis, in Lacedæmonem irrupisse, Eurotam transiisse, totum agrum Lacedæmonium vsque ad mare vastasse. & Diod. lib. 15. nullum de aliis successoribus, aut alius imperatoribus in eorum locum subrogandis, neque de lege, verbum facit. Iterum Plutarch. δεξ ηηλ. πολιτ. pag. 15. Epaminondam quatuor menses contra legem imperio addidisse dicit, quibus in Lacedæmonem irrupit, & res illas ad Messenam gessit. Sed hac de re mox plura. Dictum est autem, in inuidiam venire, sic, vt in odium venire, in discrimen. in dubium, in orationem, & similit.

- 92. abrogatum) per plebiscitum, ut ex iis, quæ sequuntur, intelligere licet.
- 93. idemque ut facerent ne plebiscito parerent.
- 94. ubi id fecisset) ubi se imperio abdicasset, aut ubi exercitum successoribus tradidisset, plebiscitoque parisset.
- 95. lex erat Thebis) M. Tull. lib. I. de inuentione, eo loco, quo loco de argumentatione loquitur. Ergo in hac causa, quæ apud Græcos est peruagata, quod Epaminondas Thebanorum imperator, ei, qui sibi ex lege prætor successerat, exercitum non tradidit: et, cum paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset, Lacedæmonios funditus vicit: poterit accusator argumentatione uti per inductionem, cum scriptum legis contra sententiam defenderet, ad hunc modum, et c. *Ælianus de varia hist. lib. 13.* Επαμινώνας ἐφθλῆ δίκην τανάρτου ἐπαρχῶν ἐκ τῆ λακωνικῆς, ὡς ἐπιβελών τῆ βοιωπαρχία τῆσραας μιλῶας ἀδελφὸν τὸν νόμον, et c. i. Epaminondas reus agebatur in iudicio capitis ex agro Lacedæmonio reuersus, quod Bæotarchie, id est, imperio, mensis quattuor contra legem addidisset, et c. quæ infra suo loco proferemus. *Plutarch. ἀποφθ. βασιλ. ἐπι δὲ ἐκ τῆς λακωνικῆς ἑποστρεφῆσαι ἐφθλῆ τανάρτου δίκην μὲν ἔσθ σρατῆρῶν, ὡς ἐπιβελών τῆ βοιωπαρχία τῆσραας μιλῶας ἀδελφὸν τὸν νόμον, et c. i.* Posteaquam autem ex agro Laconico reuersus Epaminondas, addidisset in iudicium capitis cum suis collegis, quod menses quattuor imperio addidisset contra legem, et c.
- 96. et quattuor mensib.) sic Plutarch. in præcept. polit. et apophth. reg. et ducum. et *Ælian. lib. 13.* ut diximus. sic idem Plutarch. in Pelopida, ibi, τῆσραας ὁλοῖς ποστρεφῆσθαι μιλῶας, et c. i. totos quattuor menses addiderunt, et c.
- 97. gessit imper.) scilicet lege naturali, et immortalis, diuinæque obtemperans, quam humanæ imitari et sequi debent: quod si secus fiat, non sunt bonæ, neque vitales leges: immo verò non sunt leges. Leges enim ad salutem ciuium, ciuitatūque incolumitatem, vitāque omnium quietam et beatam condite sunt, ut scribit M. Tullius lib. 2. de Legibus. Ex quo intelligi debet (inquit ille ibidem) eos, qui pernicioſa, et iniusta populis iussa descripserint, cum contra fecerint, quam polliciti, professique sint, quiduis potius tulisse, quam leges, et c.
- 98. collegæ) Plutarch. in Pelopida, videtur dicere non plureis accusatos esse, quam Epaminondam et Pelopidam. sic enim ille. τανάρτου γὰρ ἀμφοτέρω δίκας ἐφθλῶν ἐπαρχῶν, ὅτι τὸ νόμον κελδόντες ἐν τῷ ποστρεφῶ μιλῶ ἀδελφῶν αὐ τῶ βοιωπαρχία ἐπέροισ, ὅτι βουκαὶ πὸν ὀνομάζουσι, τῆσραας ὁλοῖς ποστρεφῆσθαι μιλῶας, et c. i. ambo enim (Epam. et Pelop.) in iudicium capitis adducti sunt reuersi, quia, cum lex iuberet primo mense imperium aliis prætoribus tradere, quem Bucatium nominant: quattuor totos menses adiecerunt, et c. Idem in apophth. reg. cum Probo congruens, τῶς μὲν, inquit, σὺ ἀρχοῦσαι ἐκείλων εἰς ἑαυτὸν αὐ ἀφῆραν τῶ ἀπῆαν ὡς ἐκείλων ἀδέιπας, et c. i. collegas quidē suos iussit in se culpam omnem conferre, ut coactos, et c. et item *Ælian. loco supra commemorato.* τῶς μὲ οὐκ σὺ ἀρχοῦσαι ἐκείλων, et c. iisdem enim verbis utitur, atque Plutarchus.
- 99. petiuit, ut in periculo suo) locus obscurus propter vocem vulgo incognitam, periculum. itaque alij, ut Aldus, pro periculo, sepulcro, ediderunt: alij, peristyljo reponi volunt: ego quid sentiam, mox aperiam. sed antè videndum, ecquid

hæc lectio ferri possit. Primum testantur homines fide digni, et testes locupletes, sic esse scriptum in lib. manuscr. ut edendum curauim, in periculo. ego in omnib. libris impressis, præterquam in Florentinis et Venetis, ita impressum reperi. deinde Cuiatius noster, cuius iudicio multum tribuo, ut debeo, hanc scripturam inuenitur lib. observationum et emendation. s. cap. 25. ubi docet, periculum, idem fere valere, atque indicem. index autem est (inquit ille) ex latiore scriptura breuis quædam subnotatio, aut breue scriptum. Sed hæret scrupulus, quod σῆλη, quæ voce utuntur Plutarchus, et *Ælianus*, hanc historiam narrantes, non videtur posse significare sententiam, neque periculum, seu indicem: sed potius cippum, aut columellam, quæ sepulcris imponi solebat: quamuis Gregorius Nazianzenus expositionem per indicem σηλογραφία dicere videatur. sic autem Plutarch. ἀποφθ. βασιλ. eo, quem paullo antè indicauim, loco. αὐτὸς δὲ κὶ ἐφθλῆ βηπίονας ἔχων ἔργων λόγους. εἰ δὲ δὲ πὸ πάντως εἰπὶν ποστρεφῆσθαι τῶς δίκας, ἀλλῶ ὡς, αὐτὸν κλείνωσιν αὐτὸν, ὅτι γὰρ ἀπῆαν τῆ σῆλη τῶ κατὰ δίκην, ὅπως οἱ Ἕλληες εἰδῶσιν, ὅτι μὴ βουλομένους διβελῶν Επαμινώνας ἰωάκωσος τῶ λακωνικῆν τρυπολήσας, πιντακοσίους ἐπῆαυτοῖς ἀδελφῶν οὐδῶν, δίκην αὐτῶ Μεσσηλίω δὲ ἐπὶ τρεῖσιν καὶ διακοσίωσιν, σὺ τῶ ἔσθαι ὅτι σὺ ἀρχοῦσαι εἰς τῶ τῶ ἀρχαῶν, ἀποδῶ αὐ τῶ τῶ Ἕλλησι τῶ ἀπῆαν, et c. i. Ipse autem negauit se verba factis habere meliora, quod siquid omnino apud iudices dicendum sit, se postulare, ut si se interfici iubeant, cippo suo inscribant sententiam aduersus se latam, ut sciant Græci, Epaminondam Thebanos inuitos coëgisse, ut Lacedæmonios annos intactum, integrum, atque immunem, Messenam autem post annos triginta et ducentos de integro excitarent, et ciuibus frequentem ac celebrem redderent, Arcadas diffractos, in vnum cætum, conciliūque contraherent, Græcis libertatem, et suarum legum vsū restituere. Sic et *Ælian. eo*, quem supra indicauim, et protulim, loco, et verò iisdem fere verbis, quibus Plutarchus, ut videatur uterque ex eodem fonte hausisse. Ἐπῆαν ἀδελφῶν τῆ σῆλη, et c. Solebant autem veteres monumentis, aut sepulcris cippos, seu columellas, seu pylas quasdam imponere, quibus breuiter inscriberent mortuorum nomina, et virtutes, et studia, factaque laudabilia, et præclara. *Homer. Iliad. d. Π.* Εἴθι ἐτρυχούσιν καὶ στήνῃσι, ἔπειτα, τὸ μῦθον, καὶ στήνῃσι τὸ γὰρ γέρας ὅτι τανόντων, id est, Hic cum sepelient fratres, et amici, sepulcro et cippo decoratum. hoc est enim mortuorum præmium atque ornamentum. Sic M. Tullius lib. V. Tuscul. quæst. de monumento Archimedis: in quo scribit ille. columellam è dumis eminentem fuisse. Eius verba alibi protulimus. Nunc si quis, quid de hoc loco sentiam, quærat: amplius de hoc deliberandum, et considerandum: scripturam tamen receptam retinendam, interea dum aliquid melius reperitur, Cuiatiusque nostri, viri et nostræ ætatis, et ætate superiorum iurisconsultorum doctissimi sententiam, atque auctoritatem esse amplectendam. Omnino, ne quid dissimulem, mihi videtur σῆλη et periculum plurimum inter se, ut nominibus et litteris, ita et re distare: et, si quis liber adiuuet, multo malim legi, in cippo, seu cippulo suo: aut, ut Err. Memmius, vir clariss. arbitratur, in scapulo suo, quam in periculo suo. Nam omnino nisi hæc verba inscriberentur in cippo, sed tantum in charta, aut in tabula aliqua cerata, quæ sententiam in reum latam

contineret: non posset ea verba quibus in Graecia natus videre, sed Thebani tantum. At Plutarchus scribit, Epaminondam iccirco à iudicibus postulasse, ut sententiam in se latam in columna inscriberent, quo Graeci omnes intelligerēt, Lacedaemonios operta Epaminondæ à Thebanis esse superatos.

100. apud Leuctra alij videntur velle, ac significare, Epaminondam cum suis collegis aduersus legem commississe post pugnam Leuctricam.

101. ausus fuit aspicere) ἐπιλαμψαι αὐτὸν ἢ ἐπιλαμψαίην, hoc est, ὀφθαλμοῖς ὀμματα ὡς ἐλεπεῖν, rectis, et irretortis oculis intueri. prouerbiū olet. notauimus in commentar. Horatianis ad illum locum od. 2. lib. 2. Quisquis ingentis oculo irretorto spectat acervos.

102. ab interitu retraxit) al. ab interitu extraxit. retraxit tamen non damno, et interpretor, reuocauit, et quasi pereuntem, et ad exitium precipitantem reuocauit, ac seruauit.

103. vniuersam Gr. in libert. vind.) nam Lacedaemonij clade Leuctrica, et Mantineensi accepta, principatum Graeciae amiserunt: quod et Diod. testatur lib. 15. pag. 474. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐν Δελφείοις ἠπὶ θεῶν περὶ τοὺς ἀπώλεσται ἔτι πολιτῶν ἐν οἷς καὶ ὁ Βασίλειος αὐτῶν Κλεομβρότος ἔπεισε, μὲν δὲ τῶντα ὡς Μαντινέαια πολέμουσαντες, τοῖς ὅλοις ἐσφάλησαν, καὶ τῶν ἠγεμονίαν ἀνδραγαθῶς ἀπέβαλον. i. Primum enim Lacedaemonij in Leuctris superati, complures e ciuibus amiserunt, in quibus et Cleombrotus eorum rex occubuit: deinde cum de Mantinea bellum suscepissent, acieque cōtendissent, funditus conciderunt, et corruerunt, Graeciaeque principatum amiserunt.

104. ut Thebani Spart. oppugn.) Spartam à Thebanis dæce Epaminonda esse oppugnata testis est historia, et hac de re dicetur à nobis in Agesilao nonnulla. Interea tamen videor. neque alienum à meo instituto facturum, si duo Epaminondæ strategemata, quæ à Polyæno lib. 2. referuntur, ad hanc rem pertinentia, ad hunc locum ascribam. Sic igitur Polyænus. Epαμινώνδας αὐτὴν τῶν δεινῶν αἰμα ἡλίω ὡς ἦγε, δόξαν ἐμπροσθεν, ὡς οὐκ τὸ δειφαινοῖς δὲ μάλιστα. ἐν δὲ πελοποννήσῳ νεκρὸς ἐπιπασσας, ὡς ὅστις πελοποννήσῳ λακεδαίμονιους ἐπι κατὰ ὕδουσαν. id est, Epaminondas copias suas semper oriente sole producebat, ut opinionem afferret hostibus se aperto Marte decertare velle. In Peloponneso autem de nocte suis surgere iussis, impetum fecit insperato in Lacedaemonios etiam tum dormientis. Idem eodem libro. Epαμινώνδας ἐπέβαλεν εἰς τὴν λακεδαίμονην. καὶ οἷος τὴν δὲ διαρπάσαι τὴν λακεδαίμονιον πόλιν ἀλλὰ ματαγοῖς, οὐχ ἀφ' ἄλλοις τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ. οἱ σὺν ἀρχοῖς ἠπὶ τοῦ ἀγῶνος δὲ δειξας αὐτοῖς τοῖς συμμάχοις, ἀρχαῖα δὲ, μισοσπίοις, ἀρχαῖοις, καὶ ὅσοι ἄλλοι πελοποννήσῳ, εἰ λακεδαίμονιους αἰσασαίης. πῶπι καὶ ἑβρ, ἔφη, νῦν ἐχέτω πῶσιν ἀδ' ὅποις μάλιστα. ὡς καὶ τῶν συμμάχουσαν ἡμῶν, λακεδαίμονιους καὶ σπυροῦς καὶ ἄλλοις αὐτοῖς. id est, Epaminondas in agrum Laconicum inuasit, et in eius erat manu Lacedaemoniorum urbem capere, ac diripere: sed eum incaepti pœnituit, urbemque intacta relicta discessit, et castra mouit. Collegæ eius iudicium ei minabantur. Ille autem cum socios eis demonstrasset, Arcades, Messenios, Arginos, et alios omnes Peloponnesios, si Lacedaemonios euertissem, inquit, nunc cum his omnibus nos pugnare oporteret. Nam et nunc ea gratia, eoque consilio nobis belli societate coniuncti sunt, nosque adiuvant, ut La-

cedemonios deleant, non ut nostram potentiam augeant.

105. si salui esse possent) si urbem defendere possent. Diod. lib. 15. pag. 491. Spartam à Thebanis esse oppugnata, et à Lacedaemoniis egrè illam quidem defensam, sed tamen non sine Thebanorum incommodo ac detrimento, multis verbis refert.

106. Messena constituta) quæ multos annos deserta fuerat, atque ad eò diruta, atque euersa iacuerat, ut ex iis, quæ supra protuli, cognitum est: et narrat item Diodorus eodem loco, his verbis. Epαμινώνδας δὲ φύσιν μακαρήκοας ὤν, καὶ δόξαν ὀρεθόμενος αἰωνίου, σὺν ἐλάσει τοῖς ἀρχαῖοις, καὶ τοῖς ἀλλοῖς συμμάχοις εἰκόσῃ τῶν Μεσσηνίων, πολλὰ μὲν ἐπι γαργυρήσειν αἰδέσθαι τὸν λακεδαίμονιων, πόσιν δὲ ἄσπρον ἔχουσαν καὶ τῆς Σπάρτης συγκαταπέφυκῶν δὲ πάντων, αἰετήθησε τοῖς ἐπιλεημεῖοις ἔτι μισοσπίων, καὶ ἔτι ἄλλων τοῖς βαλοφόροις καταλέξας εἰς τὴν πολιτείαν, ἔκτισε τὴν Μεσσηνίαν, πολλοὺς ποιήσας αὐτῆς οἰκήτορας. i. Epaminondas autem magnarum rerum cupidus, magna que sibi proponens natura, et glorie avidus sempiternæ, suasisit Arcadibus, et aliis sociis, ut Messenam incolendam, et frequentandam curarent, à Lacedaemoniis quondam dirutam, multosque annos desertam, atque incultam relictam, loco autem aduersus Lacedaemonem opportuno sitam: cui cum omnes assentirentur, Messenios, qui reliqui erant, diligenter perquisiuit, et aliis, qui vellet, in ciuitatem receptis, atque in remp. allectis, Messenam de integro condidit, et constituit multisque habitatoribus celebrem reddidit. Eadē de re sic et Pausanias Bœoticis, quo loco elegæ statuæ eius inscripta refert. τὸ δὲ αὐτῶν πρὸς Ἐπαμινώνδου καὶ ἐλεγκτῆρα ἔπεισε, ἀλλὰ τε εἰς αὐτὸν λείποντα, καὶ ὅτι Μεσσηνίης ἕρποντα οἰκιστῆς, καὶ τοῖς ἔλλησι ὑπὸ ῥῆξαι ἐλδοθεῖα δι' αὐτὸν. καὶ ἔτι τῶν ἐχέτω ἐλεγκτῆρα.

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτην ἐπι ἐκείρα τὸ δόξαν,
 Μεσσηνίη δὲ ἐξ ἐπὶ τῶν καὶ χρόνον δὲ χέρας.
 Ἐνθα δὲ ὅποιοις μάλιστα πόλις ἐσεφαιώσῃ,
 Αὐτόνομος δὲ ἐλλὰς πᾶσι ἐν ἐλδοθεῖη. i.
 Consiliis nostris laus est attonsa Laconum;
 Messene natos denique nunc recipit.
 Sacrae nunc armis Thebæ sunt vndique septæ,
 Et retinet Leges Græcialæta suas.

107. risus omnium) sic Plutarch. ἀποφθ. βασιλ. eod. loco. ἔκλυον οὖν οἱ δὲ κατὰ σὺν πολλὰ γέλωτι, μὲν δὲ τὰς ἡσθεῖς ἐπὶ αὐτῶν αἰαλαβόντες. i. exierunt igitur iudices multo risu profuso, ne calculis quidem aduersus eum in manus sumitis.

108. ferre suffr.) id est, ferre sententiam. ferre suffragium autem dixit, quia Graeci calculis utebantur in sententia ferenda. Ita per suffragium, calculum significat.

109. apud Mantinea) hoc praelium res Lacedaemoniorum afflixit, ut ait Diodorus lib. 15. μὲν δὲ τῶντα ὡς Μαντινέαια πολέμουσαντες, τοῖς ὅλοις ἐσφάλησαν, et quem locum paullo ante protulimus. Idem Diodor. hoc praelium copiosè describit eodem lib. non admodum longè ab extr. numerumque Græciæ populorum ab utraque parte pugnantium, dispositionem vtriusque aciei, pugnae initium, progressum, et euentum multis verbis exponit: ex quibus mox pauca proferemus.

Hic uxorem numquam duxit. in quo cum reprehenderetur, quod liberos non relinqueret, à Pelopida, qui filium habebat infamem: malèque eum in eo patriæ consulere diceret: vide, inquit, ne tu peius, & c. ego sic resituendum curavi. Hic uxorem numquam duxit. in quo cum reprehenderetur à Pelopida, qui filium habebat infamem: malèque eum in eo patriæ consulere diceret, quod liberos non relinqueret: vide, inquit, ne tu peius, & c. Quod erudito iuueni, Claudio Puteano, venit in mentem, prius quàm animum attendissem.

118. ex me natam rel.) aliter. Diod. eod. loco. αἰαλοῦσαν τῶν δὲ φίλων παρὸν τῶν φίλων, καὶ τῶν εἰρησίων, ὅτι πλεονεξία ἀπειρος, Ἐπαμινώνδῃ καὶ δεκρῦστωντος, οὐ μὰ δία μὲ αὐτῶ, φησὶν, ὅτι καὶ ταπεινὸν δὴ οὐδὲν ἀπὸ τῆς πτωχίας, πλὴν τὸ ἐν δόξῃ καὶ ἰκύν, καὶ πλὴν ἐν Μαρωνείᾳ. καὶ τὸ δὲ ἐπεὶ τὸ ἔκπερθε τῆς αὐτῶ πείσης. Ἐξ ἧς ἔκπερθε θύον. i. Cum autem exclamassent amici presentes, & quidam ex iis dixisset, at sine liberis moreris, Epaminonda: & illacrymasset: minimè verò, inquit: sed duas filias relinquo, victoriam in Leuctris partam, & victoriam ad Mantinéam. Ac tum hasta extracta sine omni perturbatione animam efflavit.

119. duce Pelopida) hac de re in Pelopida.

120. ex arce) Cadméa.

121. retinuit) malim, continuit. Sed nōne debuit potius Epaminondas, quamuis Thebanus esset, ex auctoritate & lege Solonis, qui capite sanxit, si quis in seditione non aliter partis esset, cum Pelopida se coniungere, & improbos ciueis oppugnare? fortasse non debuit. Cur autem non debuerit, & quamobrem laudanda sit Epaminondæ quies, si quis audire volet, ex Plutarchi, & Aristotelis sententia exponam. Longè dissimilis est (inquit Plutarch præcept. polit.) apud procurandarum ratio, ciuitatum & reip. administrationi. Qui sunt apud curandarum, atque alendarum periti, ex susurro, & strepitu, & murmure alucaria bene affecta esse iudicāt. At, quibus Deus hoc munus assignauit, ut ciuitatem aliquam, aut reip. gubernent, ex quiete & tranquillitate, salutem ac beatitudinem populi conicere debent. Quare non oportet aut bonum ciuem, aut peritum reip. gerendæ moderatorem, in seditione, aut bello civili alterutri parti suum consilium, suamve operam admiscere, & ita malum publicum amplificare: sed potius se ab utraque, animo & voluntate, & factis quàm longissimè remouere. Neque verò est, quod quemquam moueat Solonis auctoritas. nam quemadmodum in corpore humano malè affecto & morbofo, ab ea parte, quæ laborat, non proficiscitur bonæ valetudinis, aut sanitatis initium, sed à sana & integra: sic in ciuitate, quæ seditione conflictatur, si modo seditio non sit pestifera, & ad interitum præceps, oportet aliquam populi partem ab affectu vitioso vacuam, & integram, & incolumè remanere, vnde publicæ tranquillitatis & salutis principium nascatur. Ita fiet, enim, ut ad totū corpus ciuitatis, ab iis, qui rectè sentiūt, & sapiūt, & iudicio, cōsilioq; valēt, ad eos, qui consilij sunt inopes, & errāt, & insaniūt, per aliquam partem ciuitatis agram, & corruptam salus perueniat, ac permānet. Ciuitates verò, quæ omnibus in partibus seditione & discordia perturbantur, funditus intereunt, nisi quis casus insperatus, aut deus propitijs ac benignus eas seruet. Neque tamen oportet bonum ciuem in seditione, veluti sensus omnis expertem,

& stupidum, & dolore carentem, & mala communia nihil ad se pertinere existimantem, domi otiosum ac securum sedere, sua indolentia, suæque animi tranquillitate letantem, de aliorum amentia, & calamitate nihil aut parum sollicitum: sed conuenit eum Theramenis illius cothurno indutum cum vrisque congregi, & colloqui, & neutris assentiri, neque adharere. Ita enim videbitur non eò quod vnà cum ceteris insaniat, neque iniuriam cuiquam faciat, ab vrisque alienus: sed eò quod vrisque consulat & opituletur, amicus omnium communis. Neque verò quod rerum aduersarum non fuerit particeps, id erit ei inuidiosum: sed quod videatur pari molestia vnà cum omnibus affici, id ei fidem apud vtramque partem conciliabit. Cum sint autem hæc fere ciuitatum bona maxime exoptada, pax externa, libertas, frugum vbertas, bonorum & fortium virorum multitudo, concordia: quod ad pacem externam attinet, eius procurandæ in nostra reip. administrandæ forma, qui regum imperio paremus, nulla opera ad populum pertinet, sed eius arbitrium & potestas penes regem est. Et verò hodie sanè nos à bello externo tuti sumus. Iam de libertate, libertatis nostræ caput est, bonis, & iustis, & clementibus principib. quales esse consueuerunt Gallorū reges, libenter parère, ac seruire. Frugum vbertas, fortium & bonorum virorum copia, à deo optandæ, & precibus, votisque expetèda sunt. Reliqua est concordia, quam secundum regem, magistratus, & qui aliquam reip. partem attigerunt, maxime in animis ciuium inferere, & ingenerare, atque omnibus modis constituere, & constitutam retinere ac tueri debent. Hæc enim sola, aut certè maxime, in hominum manu posita est, & hæc maxime ciuitates incolumeis conseruat: contra discordia omnium malorū ciuiliū maxime eas perdit, delet, ac perimit. Itaque scribit Aristoteles in libris de moribus, amicitia ciuitates contineri, eamque scriptoribus legum maiori curæ, quàm iustitiam, esse consueuisse. Nam & concordiam, inquit, amicitia simillimam ac geminam, sibi maxime proponunt, summoque opere expetunt: & seditionem illi dissimillimam, atque adeò repugnantem, omni studio eiiciunt, atque exterminant: & si ciues amicitiam inter se colant, nulla causa sit, quamobrem iustitiam desiderent. at quamuis iusti sint, tamen amicitia concordiaque accessionem requirant. Ex quo intelligere licet, eos esse capitales & perniciosos reip. ciueis, & grauissimis supplicijs afficiendos, qui in ciuitatibus serunt discordias. Illi enim, quantum in ipsis est, societatis humanæ vinculum dissoluunt ac perfringunt, concordiam. Sic igitur (ut eò, vnde degressa est, reuertatur oratio) gessit se in seditione Thebana Epaminondas: sic in duobus bellis ciuilibus Pomponius Atticus: sic alij multi sapientissimi, & laudatissimi viri: quorum exemplum secuti nuper innumerabiles boni ac sani ciues, & moderati viri, religionis que antiquæ retinentes, theologi, sanctorum ac sacrorum antistites, senatores, libellorum in regia magistri, Regis consiliarij, iudices, iurifconsulti, causarum actores, medici, bonarum artium doctores ac magistri, negotiatores, mercatores bene de re sua familiari constituti, hoc proximo bello ciuili, quo iterum iam vniuersa Gallia conflagrauit, dum alij arreptis armis passim ruunt ac volitant, quieuerunt: in quibus ego fui. primum enim existimaui, ciueis inter se virtute, non armis certare & contendere oportere: illam enim contentio-

nem esse honestam, & laudabilem, & reip. utilem, ac salutarem: hanc turpem, vituperabilem, & patriæ calamitosam, ac funestam: deinde non putavi, decere me, qui totam ætatem antè actam in studio litterarum consumissem, aut castra persequentem bellis civilibus interesse: aut in vrbe manentem, præter personæ meæ decorum, armatum exsultare. Hoc si fecissem, ridiculum me futurum existimassem. Quod si præterea manus meas sanguine civili cruentassem, aut alicui viro bono & integro periculum capitis & fortunarum creassem, aut terrorem proscriptiois denuntiassem, aut rem suam familiarem eripuissem, eiusque partem aliquam in meam domum transfulissem, (quæ perditii ciues legibus inter arma silentibus impunè fecerunt) impium me & sceleratum fore putavissem. Neque tamen ego interea aut otiosus domi sedi, aut incommodorum communium, malorumque publicorum securus fui: sed cum aliis bonis civibus pro aris ac focus excubans, communia pericula pro mea parte virili ac civili propulsare conatus sum: imperatam ac descriptam in capita, & in ostia ad stipendium militum, & mercedem eorum, qui aggerem iaciebant, fossasque ducebant, pecuniam (quamvis iure civili, & more maiorum, bonarum artium doctores sint immunes) libenter tamen contuli: hominem armis instructum, meæ operæ vicarium, armorum tractandorum non imperitum, qui & noctu vigiliæ ageret, & interdium ad vrbis portas in præsidio staret, ipse ad arma gestanda ineptus & studio, & natura, præbui: omnia denique munera, atque onera boni civis mihi cum aliis civibus communiter vel à rege, vel à præfectis vrbis imposta, non inuitus subij ac sustinui. Neque eo contentus fui: sed molestiam mihi ex malis publicis obortam partim legendo & scribendo, partim munus docendi mihi à rege mandatum diligenter administrando minui ac leuavi. Quod quamvis quidam homines improbarint, ac reprehenderit (quos ego non reprehendo, siquid non omnibus bonis probatum fecerint, quod facti sui probabilem rationem afferre possunt, vt ego mei,) consilij tamen mei me non pœnit, meque & meæ optimæ, rectissimæque voluntatis conscientia, & sincero amplissimorum, optimorumque virorum de me iudicio tueor, consolor, ac sustento. Postremò omnibus votis expeto, vt Gallia nostra, duobus iam bellis civilibus conuassata, & pæne afflictæ, quamprimum impiis civibus ad sanitatem reuersis, sempiternis que hostibus domitis ac subactis recreata, suam pristinam dignitatem recuperet: bonæque literæ, & liberales doctriinæ eodem motu labefactæ, & perculsæ, Carolo nostro IX. laboribus omnibus, & periculis perfuncto, in eum statum, locumque restituantur, in quo à Rege Francisco I. bonarum artium ac litterarum parente, quodam fuerat collocatæ.

122. suorum sanguine) sanguine civili. sic M. Tull. Philipp. 13. de M. Lepido. res familiaris cum ampla, tum casta à cruore civili: nemo ab eo civis violatus, multo beneficio & misericordia liberati.

123. omnem civil. vict. fun. put) quod ita est. & M. Tull. in epistola quadam ad Varr. lib. 9. scribit, belli civilis victoriam esse malorum omnium extremum. Idemque in epistola quadam ad Att. lib. 7. tanquam verus vates, prædixerat, ex victoria civili cum multa mala, tum tyrannidem exsisturam.

124. Cadmiam) arcem Thebarum. Καδμυία, ὄνομα τῆς ἀρχαίας, Stephan. vtrius

autem Cadmia, an Cadmea scribatur, nihil refert.

125. cepit) cur non dixit ceptum est, vt & alibi? erat enim veteribus vsitatum: quamquam hoc etiam modo loqui solent. Horatius epistola ad Pisones, in princip. amphora cepit Insitui: currente rota cur vrceus exit? ad quem locum plura.

126. in primis) ἐν πρώτοις, in iis, qui in primis ordinibus pugnabant.

127. quod nemo eat inf.) quod nemo neget. Terent. Adolph. Si infitias ibit, testis tecum est annulus, quem amiserat. Proprie tamen infitari, est creditum fraudare, vt docet Festus. M. Tull. Catil. II. infitiatore lentos.

128. Thebas & ante Epam. nat) sic Diod. lib. 15. eodem fere loco. Ἐπιπέδου ἢ πατρὸς ἀπὸ τῶν ἰσθμῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐπαρτήσαντος δὲ ταύτης ἐστὶν ἡ πόλις καὶ τῆς ἐκείνης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπιπέδου, καὶ τῆς ἐκείνης πόλεως ἀπορροσίου ἢ γουβύου, ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ἐκείνης καὶ ταύτης ἐστὶν ἡ πόλις. Itaque huius patria, eo quidem viuo Græciæ principatum comparavit: mortuo vero, eum amisit, & commutationem semper in deterius experta est: ad extremum propter imprudentiam eorum, qui reip. præerant, in seruitutem redacta, & funditus euerfa est. Idem eod. lib. pag. 498. de eodem. εἰ μὴ οὖν ὁ αὐτὸς εὖ μάλα χερόν ἐπέστη, ὡς μολομένης αὐτοῖς ἡ πόλις καὶ τῆς Ἑλλάδος ἀπὸ τῆς ἐκείνης ἀπὸ τῆς ἐκείνης ἐπιπέδου ἐπιπέδου ἢ πατρὸς ἀπὸ τῶν ἰσθμῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐπαρτήσαντος δὲ ταύτης ἐστὶν ἡ πόλις καὶ τῆς ἐκείνης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπιπέδου, καὶ τῆς ἐκείνης πόλεως ἀπορροσίου ἢ γουβύου, ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ἐκείνης καὶ ταύτης ἐστὶν ἡ πόλις. Itaque huius patria, eo quidem viuo Græciæ principatum comparavit: mortuo vero, eum amisit, & commutationem semper in deterius experta est: ad extremum propter imprudentiam eorum, qui reip. præerant, in seruitutem redacta, & funditus euerfa est. Idem eod. lib. pag. 498. de eodem. εἰ μὴ οὖν ὁ αὐτὸς εὖ μάλα χερόν ἐπέστη, ὡς μολομένης αὐτοῖς ἡ πόλις καὶ τῆς Ἑλλάδος ἀπὸ τῆς ἐκείνης ἀπὸ τῆς ἐκείνης ἐπιπέδου ἐπιπέδου ἢ πατρὸς ἀπὸ τῶν ἰσθμῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐπαρτήσαντος δὲ ταύτης ἐστὶν ἡ πόλις καὶ τῆς ἐκείνης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπιπέδου, καὶ τῆς ἐκείνης πόλεως ἀπορροσίου ἢ γουβύου, ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ἐκείνης καὶ ταύτης ἐστὶν ἡ πόλις.

129. Vnum hominem) Ita vnus homo interdum instar est multorum millium: immo vnus homo plurius est, quàm multa hominum millia: idque in vtramque partem: verbi gratia, vnus vir bonus, & sapiens, & virtute præstans, potest multis perditis hominibus repugnantibus, modo audiatur, remp. seruare: & contra vnus homo perditus, & sceleratus, & impius auctoritatem nactus, multis bonis reclamantibus, & ad reip. salutem incumbentibus, potest regnum florentissimum ac potentissimum euertere.

PELOPIDAS.

Pelopidas Thebanus magis historiis, quàm vulgo, notus: cuius de virtutibus dubito quemadmodum exponant, quòd vereor, ne si res explicare incipiam, non vitam eius enarrare, sed historiam videar scribere: si tantum modo summas attingere, ne rudibus litterarum Græcarum minus lucidè appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque & trique rari

occurram, quantum potero, & medebor cum⁶ satietati, tum⁷ ignorantiae lectorum.⁸ Phœbidas Lacedaemonius, cum exercitum Olynthum duceret, iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quae⁹ Cadmæa nominatur, occupavit,¹⁰ impulsu per paucorum Thebanorum, qui¹¹ aduersariae factioni quo facilius resisterent,¹² Laconum rebus studebant:¹³ idque suo privato, non publico, fecit consilio. quo facto eum Lacedaemonij¹⁴ ab exercitu remouerunt, pecuniâque multarunt.¹⁵ neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod susceptis inimicitiis satius ducebant eos obsideri, quam liberari. nam post¹⁶ Peloponnesium bellum, Athenasque deuictas, cum Thebanis sibi rem esse existimabant: & eos esse solos,¹⁷ qui aduersus resistere auderent. Hac mente¹⁸ amicis suis summas potestates dederant,¹⁹ alterius factionis principes²⁰ partim interfecerant, alios in exsulum eiecerant in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat. Hi omnes fere²¹ Athenas se contulerant, non ut sequerentur otium, sed ut, quemcumque ex proximo locum fors obtulisset, eo²² patriam recuperare niterentur. Itaque cum tempus est uisum rei gerendae,²³ communiter cum his, qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt ad inimicos opprimendos, ciuitatēque liberandam,²⁴ eum, quo maximi magistratus simul consueuerant epulari. Magnae saepe res non ita magnis copiis sunt gestae: sed profecto numquam ab tam tenui initio tantae opes sunt profligatae. nam²⁵ duodecim adolescentuli²⁶ coierunt ex iis, qui exsilio erant multati, cum omnino non essent²⁷ amplius centum, qui tanto se offerrent periculo. qua paucitate²⁸ percussa est Lacedaemoniorum potentia. Hi enim non magis aduersariorum factioni, quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Graeciae.

quorum²⁹ imperiosa maiestas neque ita multo post Leuctricæ impugnam ab hoc initio percussa cecidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, cum Athenis interdum exissent, ut³⁰ uesperascente calo Thebas possent peruenire, cum³¹ canibus venaticis exierunt,³² retia ferentes, uestitu agresti, quo minore suspitione facerent iter. qui cum tempore ipso, quo³³ studuerant, peruenissent: domum Charonis³⁴ deuerterunt. à³⁵ quo & tempus & dies erat datus. Hoc loco libet interponere, etsi seiunctum à³⁶ re proposita est, **NIMIA³⁷ FIDUCIA QUANTAE CALAMITATI SOLEAT ESSE.** nã³⁸ magistratum Thebanorum statim ad aureis peruēnit, exsules in urbem deuenisse. id illi uino, epulisque dediti usque³⁹ eodē despexerunt, ut ne querere quidem de tanta re laborarint. accessit etiam, quod magis aperiret eorum dementia. allata⁴⁰ est enim epistola Athenis ab Archia⁴¹ hierophante Archia, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat: in qua omnia de profectioe exsulum scripta erant. quae cum iam accubanti in conuiuio esset data, sicut erat signata, in puluinum subiiciens, in crastinum,⁴² inquit, differo res seueras. At illi omnes, cum iam⁴³ nox processisset,⁴⁴ uinolenti ab exsulis duce. Pelopida sunt interfecti.⁴⁵ Quibus rebus confectis, vulgò ad arma, libertatēque uocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedaemoniorum ex arce depulerunt, patriam obsidione liberarunt. auctores⁴⁶ Cadmæa occupandae partim occiderunt, partim in exsulum eiecerunt. Hoc tam turbido tempore (sicut supra docuimus) Epaminondas, quoad cum ciuibus dimicatum est, domi⁴⁷ quietus fuit. Itaque haec liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidae: cetera ferē

omnes communes cum Epaminonda. namq; in⁴⁸ Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux⁴⁹ delectæ manus, quæ⁵⁰ prima phalangem prostravit Laconum. omnibus præterea periculis affuit, sicut Spartam cum⁵¹ oppugnauit, alterum tenuit cornu: quòque⁵² Messena celerius restitueretur,⁵³ legatus in Persas est profectus. Denique hæc fuit⁵⁴ altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita, ut⁵⁵ proxima esset Epaminonda.⁵⁶ Consiectatus autem est cum aduersa fortuna. nam & initio (sicut ostēdimus) exsul patria caruit: & cum Thessaliam⁵⁷ in potestatem Thebanorum cuperet redigere, legationisque⁵⁸ iure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes⁵⁹ gentes sanctum esse consuesset, à tyranno Alexandro Pheræo simul cum Ismenia comprehensus, in vincula coniectus est. Hunc Epaminondas⁶⁰ recuperauit bello persequens Alexandrum. Post id factum, numquam⁶¹ is animo placari potuit in eum, à quo erat violatus. Itaque⁶² persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannosque eius expellerent. Cuius⁶³ belli summa cum ei esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non dubitauit,⁶⁴ simulac conspexit hostem, configere. in quo prælio⁶⁵ Alexandrum ut animaduertit, incensus ira, equum in eum⁶⁶ concitauit, procūlque degressus à suis, coniectu⁶⁷ telorum confossus cecidit.⁶⁸ Atque hoc secunda victoria accidit. nam iam⁶⁹ inclinatae erant tyrannorum copiae. Quo factō omnes⁷⁰ Thessaliæ ciuitates interfectum Pelopidam coronis aureis, & statuīs æneis, liberosque eius multo agro donarunt.

PELO-

PELOPIDAS.

M Agis histor. quàm vulgò n.) Quid sibi vult sine Æmilius, siue Cornelius? aut quid sentit hoc, ut opinor: Pelopidæ genus clarum quidem & antiquum esse, sed nullis populi honoribus recentibus illustratum: hoc est, maiores Pelopidæ proximos & nouissimos, nullis à populo honoribus fuisse ornatos: sed eos tantum, qui antiquissimi sunt, & vnde initium generis ducit, fuisse illustres, & claros. sic M. Tull. de Ser. Sulpicio, in oratione pro L. Murena. Tria verò nobilitas Ser. Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus litteratis & historicis notior est: populo verò & suffragatoribus obscurior. pater enim fuit equestri loco: cuius nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda memoria est nobilitatis tuæ.

2. exponam) verbum exponendi iunxit cum auferendi casu. ex quo videtur nihil mutandum à lectione recepta supra in præfatione, seu præfatione, in extr. ibi, & in hoc exponemus libro de vita excellentium imperatorum: (sic enim habent plerique libri) vbi ego edidi, secutus alios codices, in hoc exponemus libro vitas excell. imper. Verum tamen non muto factum. nam neque vitæ, neque vitas, neque vitis in numero multitudinis, reformido: quibus casibus vsi sunt & veteres. Verbi gratia, Terent. Ad. lph. denique inspicere tanquam in speculum, vitas omnium iubeo, & c. Virgil. æn. VI.

Conciliūque vocat, vitasque, & crimina dicit.

3. summas) & κεφάλαια. Virgil. lib. I. Æn. longa est iniuria, longæ Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.

4. rudib. litt. Gr.) sic loquitur Cic. lib. I. off. princip. ut non modò Græcarum litterarum rudes, sed etiam docti, & c.

5. lucidè) dilucidè.

6. satietati) medebor satietati lectorum, summas tantum attingendo, & breuitati studendo.

7. ignorantia lect.) medebor ignorantia lectorum, Pelopidæ vita breuiter exponenda, & quantum satis sit ad hoc, ne tanti viri virtutes à lectoribus ignorētur.

8. Phæbidas Lacedæm. cum exerc.) Diod. lib. 15. pag. 468. Φαιβίδης ὁ σπαρτιατῆς, πεπωμένος ἐν τῷ ἀνδρὶ ἡγεμονίᾳ, ἐξ ὀλίγων ἀρχῶν ἐν ὀλίγοις, καὶ πάλαι ποτὶ καὶ δαμῆων. i. Phæbidas Spartiatis cum imperium quoddam obtineret, & exercitum aduersus Olynthios duceret, Cadmæam occupauit. Hunc Phæbidam commemorat & Aristides sophista in oratione pro Thebanis prima, princip. ἀεμνὴ σπῆ δ' ὕμῳις πρὸς τὴν βουλομένη, ὅτι Φαιβίδης ἠγγέλθη πρὸς καὶ δαμῆων καπιτωρῶς, & c. i. volo autem vobis in memoriam redigere, quo tempore vobis nuntiatum est, Cadmæam à Phæbida esse occupatam, quis vester sensus, quæ vestra mens fuerit, & c. Sed Xenophon vnus omnium plenissimè, ut mox ostendemus.

9. Cadmè.) Arx Thebarum, à Cadmo, Agenoris Phœnicum & Tyriorum regis filio, Thebarum conditore, sic appellata.

10. impulsu perpauc.) Plutarch. in Pelopida, eos nominat, & hanc historiam sic narrat, Ἀρχίας καὶ Λεωνίδης, vel, ut Xenophon, Λεωνίδης, καὶ Φίλιππος, αἰσθρὸς ὄν-

De Arneco Seneca partim existimant, ut de scriptore minime utili, cuius libros attingere nullum pretium operæ sit, & c. Alij verò elegantia in verbis parum esse non infutias eunt, & c. Alibi semel item dumtaxat positum est sine voce, alij, ut M. Tullius lib. 2. accus. De quo homine hoc auditum est vniquam, quod tibi accidit, ut eius in provincia, statuæ in locis publicis posita, partim etiam in adibus sacris, per vim, & per vniuersam multitudinem deicerentur: sic Lucret. lib. 5. quibus exibant humore fluente Lubrica, proluvie largæ lauere humida saxa: Humida saxa super viridi stillantia musco, Et partim plano scâtere, atque erumpere campo. De voce, partim, lege & quæ obseruauit Gellius lib. 12. cap. 13.

- 21. Athenas se cont.) sic Xenoph. Plutarch. Diodorus.
- 22. patr. recuper.) patriam, scilicet amissam recuperare. propriè dictum. nam recuperari dicuntur amissa, atque erepta, recuperare autem dictum à verb. recipio. Itaq; vtro modo scribatur & dicatur, recuperare, an recipere, nihil refert.
- 23. communiter cum iis) Xenoph. lib. 5. de reb. Gr. tradit, Melonem vnum ex Thebanis exsulibus cum quodâ Phyllida nomine, qui Archia, polemarchi Thebani, scriba erat, ac non ita pridem Athenas venerat, & Archiam, ceterosque tyrannos oderat, esse de opprimendis aduersariis collocutum.
- 24. eum, quo max. m.) Xenoph. eod. lib. ait diem fuisse, quo magistratus, imperiumque deponi solebat: & Phyllidam, qui operam dabat coniuratis, has parteis suscepisse, ut ad polemarchos, epulari, & indulgere Genio, & litare Veneri cogitantes ac parantes, matronas quasdam nobilissimas & formosissimas perduceret. Neque hanc de mulieribus ad epulas expectatis historiam omisit Plutarchus, cuius hæc verba sunt. εἰς δὲ τὴν ἡμέραν ἐκεῖνην ἐν παλαιῷ κατηγγελῶς τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀρχίας πόλιν ἔλθον καὶ σὺν οὐσίᾳ, καὶ γυναικῶν ἧσ' ὑπὸ δρόμον, ἐπεσπινεν αὐτοῖς ἔτι ὅτι μάλα ταῖς ἰδούσας οὐκ ἐλευθέρους, καὶ καπνίους, ὡς τι τὸ πρῶτον ῥάδρον ματαχελίσσασθαι παρῆξιν τοῖς ἑπιτηδεύουσιν, & c. id est, Cum autem in diem illum iam pridem Archia, & eius sodalibus atque amicis comotationem quandam, & cæctum hominum ad omnem remissionem animorum solutorum, & matronas quasdam nobiles contulisset, hoc agebat, ut voluptatibus maximè eneruati, & vino obruti essent, quo rem facilem atque expeditam ad conficiendum iis, qui aggredi cogitabant, præberet. verba Xenophontis sunt hæc, καὶ δὴ τὴν γυναικῶν παλαιῶν ὑποχρῶτος ἄξιον αὐτοῖς τὰς σπουδαίας καὶ καλίστας ἧσ' ἐν ὀνήσας, ὅτι ἐφ' ἡ ἀξίον, & c. i. Et verò iam pridem Phyllidas pollicenti se ad eos adducturum mulieres omnium, quæ Thebis essent, clarissimas, & pulcherrimas, tunc se eas perduciturū dixit, & c. Illi autè tales enim erant) se valde iucunde pernoctaturos sperabant. Posteaquam autem cenarunt, & illo libenter adiuuante cū ebrii facti sunt, cum mulieres promissas flagitarent, domo egressus ille, adduxit Melonem cum sex aliis iuuenibus, treis ornatos habitu & cultu dominarum: ceteros ancillarum. Ita tres pro mulieribus intromissi, statim ut assederunt, illos interfecerunt. reliqui tres interea domum Leontidæ ducti, eum quoque recepti interemerunt. Cetera suo loco dicentur. Petyenus quoque testatur promissiones intercessisse muliercularum producendarum, quamquam paullo aliter apud illum, quam apud alios, hæc historia explicatur. sic enim ille lib. 2. strateg. Ὀνήσας ἐφ' ἡλκασε φρουρὰ λακωνικὴ, καὶ φρουρὰς ὅπ' ἡν κα δ-

μείας ἐπέτακτο. ἢ φρουρὰς ἐορτή. αἱ μὲν γυναικῶν ἐπαίον τῆς θεᾶς. οἱ δ' αὖ δρας ἀμφὶ τῶν πῶν εἶχον. ἔδοξε τῆς φρουρᾶς ἡμῶν τῶν θεῶν. ἐκαλίον ἐπαίον. ἔχον ἑπιφίδου κρυπτοῦ Γελοπίδης εἰσέρχεται, καὶ τῶν φρουρᾶς ἀγῶν, ἡλυθῆρωσε τὰς ὀνήσας. i. Thebas circumstodiebat presidium Laconicū. & presidij præfectus collocatus erat in Cadmea. dies erat festus Veneris. ac mulieres quidem deæ ludum ludebant. viri autem circum eas versabantur. visum est præsidij præfecto deam colere. puellas euocauit. Pelopidas gladiolum occultum habens ingreditur, & interfecto præsidij præfecto, Thebas liberauit.

- 25. duodecim adolefc.) Xenoph. tradit, sex dumtaxat exsules fuisse cum Melone, qui erat septimus. Plutarch. cum Probo congruit: cuius verba ascribam. γυνὸν δὲ οἱ συμπρωτῆς δῶδεκα, καὶ τοῖς ἀπολειπόμενοις ἀποσπείροντο, καὶ ἀεθρήσαντες ἀγῶνι τῆς ἑσπέρων, ἀεθρήσαν ἐν χλαμυδοῖς σκυλακᾶς πειθροπικᾶς ἑσπέρων, ὡς μὲν δὲ εἰς ἑσπέρων ἦσαν ἐπιπρῶτον καὶ ὁ δὲν, & c. i. cum essent autem omnino duodecim, & reliquis salutatis, & præmissi ad Charonem nuntio, procedebant breuib. chlamydibus amicti, catulos agentes venaticos, & perticas tenentes ad feras indagine cingendas, ut nequis eorum, qui in via occurrerent, suspicaretur eos aliquid noui moliri, sed huc & illuc vagari & venari existimaret.
- 26. coierunt) conuenerunt, societatem coierunt.
- 27. amplius centum) erant tamen exsules amplius quadringenti.
- 28. percussa est) labefacta est, seu permota est. al. percussa est. i. euersa est: quæ scripturam æquè probò. nam bellum, quod spartæ dignitatem, ac maiestatem fregit, quòdque Lacedæmonios maris & terræ imperio spoliavit, ex illa nocte, qua hi duodecim iuuenes Thebani tyrannos oppræsserunt, natum est. Sed melius Plutarch. in Pelopida. pag. 6. ὁ γὰρ καταλύσας τὸ τῆς Σπάρτης ἀξίωμα, καὶ παύσας ἄρχοντες αὐτοῖς γῆς τε καὶ θαλάσσης πόλεμος, ἃς ἐκεῖνης ἐξήρτη τῆς τυκλῆς, ἐν ἡ Πελοπίδης ἐφρουρείον, οὐ πύργου, ἀλλ' ἀρκοπῶν καὶ κατακλῶν, ἀπ' εἰς οὐρανὸν δῶδεκα τοῖς κατακλῶν, εἰ δὲ μεταφορῶν τὸν ἀξίον εἰπῶν, ἔλυσε, καὶ διέκοψε τοῖς δεσμοῖς τῆς λακεδαίμονιον ἡγεμονίας, ἐξ ὅπου, καὶ ἀρρηκτοῖς ἔτι δεσμοῖς τῆς i. bellum enim, quod spartæ amplitudinem & maiestatem percudit, quòdque Lacedæmonios imperio maris & terræ spoliavit, ex illa nocte ortum est: in qua Pelopidas non castello, non muro, non arce occupata, sed in domum duodecimus ingressus, si per translationem sermonis verum dicendum est, dissoluit, & comminuit imperij Lacedæmoniorum vincula, quæ indissoluta, & irrupta esse videbantur. sic & Diod. lib. 15. πλεῖστον δὲ σωθεῖσθαι τῶν ἧσ' ἐπὶ τῆς αἰῶν ἂν ἐξήσθη ἐν τῇ τῆς φουράδων κατακλῆσι, καὶ τῶν ἀνελήσθη τῶν κα δμείων, ὡς μολογημῶς ἀπρωτῆς τούτου τῶν ἐσπέρων τῆ κατὰ ρημάτος ἀπὸ νέμωσι. τῶν δὲ διημερῶν αὐτῶν τῶν σωθεῖσθαι τῶν ἧσ' ὑπὸ φρον ἡσομῶν αἰγῶν αἰπῶν ἡσ' ἐσπέρων. i. plurimum autem adiumenti attulit Pelopidas ad Thebanorum opes amplificandas. Nam in ea occupatione, quam fecerunt exsules qua Cadmeam à Lacedæmonis antiè occupatam receperunt, sine controuersia huic omnes huius rei benè gestæ primam laudem tribuunt. sic autem fors tulit, ut hæc prosperitas omnium rerum secundarū, quæ postea acciderunt, causa fuerit.
- 29. imperiosa maiestas) sic legendum, non ut vulgo imperio maiestas, sine ulla sententia, ac ratione imperiosam autem Lacedæmoniorum maiestatem appellat,

imperium Lacedaemoniorum superbum. Imperiosus enim vitium sonat, ut imperiosus dominus, imperiosus consul. Cic. parad. Imperiosa domina cupiditas. Horat. oda 14. lib. I. imperiosus Aequor. Sed videtur hic locus praeterea mendosus, et sic emendandus, quorum imperiosa maiestas, neque ita multo post, Leuctrica pugna, ab hoc initio percussa, cecidit: ut sit haec sententia. quorum imperiosa maiestas ab hoc initio percussa, cecidit funditus pugna Leuctrica, idque non multo post. Atque haec Cl. Puteano priori in mentem venerunt.

30. vesperasc. celo) vesperascente die: cum advesperasceret. Sic Xenoph. qui tradit, eos ea hora ad urbis portas venisse, qua hora ab opere rustico in urbem ij redeunt, qui postremi, et maximè serò redeunt. αὐτῶν τὰς πύλας ἤλθον, ὡς δὴ ἕξ ἀγροδ ἀπὸντες, ἠνίκα αὐτοὶ ἀπὸ τῆς ἔργων ὁψίας ταπει, sic et Diod. καὶ κατῆλθον εἰς πατριδα νυχθός. i. et redierunt in patriam noctu. Sed Plutarch. aliter. οἱ δὲ αὐτῶν τὸ Πελοπιδαυ, ἐσθίτας τὰς γεωργῶν μεταλαβόντες, καὶ διελόντες αὐτοῖς ἄλλοι κατ' ἄλλα μέρη τῆς πόλεως, παρεῖσθαι οὐκ εἶσι. i. At Pelopida et eius comites sumtis vestibus agricolarum, et distributi alij in alias urbis parteis, ingressi sunt cum etiam dies esset. Idem tamen subiicit deinceps. ἡ δὲ ἡ πόλις μα, καὶ νιφετός, ἀρχομένου τεπέσταυ τῷ ἀέρος, καὶ μάλλον ἐλάττω καὶ ἀπεφύργτων ἤδη διὰ τὴν χύσιναι τῆς πλείστων εἰς τὰς οἰκίας. i. Increscebat autem ventus, et nungebat, aëre mutari incipiente: atque eo magis sefellerunt, seu latuerunt, quod plerique iam propter adversam tempestatem in aedibus suas confugissent.

- 31. cum canibus venaticis) Plutarch. ut supra numero 25. indicavimus.
- 32. retia ferentes) Plutarch. ἑσάλικας ἔχοντες. i. et furcas, seu perticas ferentes.
- 33. quod studuerant) sic supra alibi Probus. Graeci, οἱ ἔαυτου.
- 34. domum Charonis deuert.) Xenoph. διενυκτέροισιν αὐτῶν ἄρχοντι ἡνι, καὶ τῷ ἐπιπύσται ἡμῶν διενυκτέροισιν. i. apud Charonem quandam noctem illam pernoctarunt, et diem subsequenter traduxerunt. Plutarch. οἱς δὲ ἡνι ἑσάλικας ἔχοντες ἐπὶ τὸν ἑδραζώσκειν, ἀνελάμειαν οὐκ ἔσπεροχομύροις, καὶ καδίτων διδύς εἰς τὴν οἰκίαν τῷ χαρῶνος. i. quibus autem erat in cura ea, quae agerentur, cognoscere, receperunt illos advenientes, et statim eos in aedibus Charonis collocarunt. Erat autem hic Charon, vir bonus, et impavidus, et in sententia sua perseverans, ut ait Plutarch. Iam verò quòd libri vulgati habent, domum Charonis deucnerunt, mendum manifestum est, ex vere scripturae ignoratione, deverterunt, natum. Cic. pro Deiot. cum domum regis hospitii tui devertisses, et c. Videtur autem, domum deverterunt, dixisse, pro, domi deverterunt.

35. à quo et tempus) nihil hac de re Xenoph. nihil Plutarch. nisi quòd hic diè ad rem gerendam praestitutum fuisse tradit, neque dicit à quo. sed quid sibi vult, et tempus, et dies? nõnne idem sunt tempus et dies? vtrum tempus diei significat, an tempus anni?

- 36. à re posita) sic quidem habent omnes libri: sed malim tamen, à re proposita.
- 37. nimia fiducia nimia securitas.
- 38. nam magistr. Theb.) sic Plutarch. οὐπω δὲ παύ πέρω μέθης ἔστι αὐτῶν, αὐτοσέπτε ἡσὶ ψυδῆς μὲ ἀσέβειας δὲ, καὶ πολλῶ ἀσάφειν ἔχουσα αὐτῶν τῶν φουράδων, ὡς ἐπὶ τῶν πλείστων κρητομύρων, μάλιστα. i. cum autem nondum admodum longè abessent ab

ebrietate magistratus Thebani, peruenit ad eos non falsum quidem illud, sed neque satis constans, et valde obscurum atque incertum de exsulibus indicium, quasi in vrbe latentibus.

39. usque ed despexer.) contra Plutarchus, qui tradit, Archiam, unum ex ministris suis ad Charonem misisse, qui eum suis verbis arcesset: Charonem autem initio commotum, compositotandem, quo ad eius maxime fieri potuit, ad tranquillitatem et serenitatem vultu, ad Archiam venisse. cum iam ad foreis Charon peruenisset, Archiam ei obuiam una cum Phyllida processisse, et ita eum interrogasse, quòsnà audio, Charon, in urbem venisse, et alicubi occultari, et nõnnullis ciuib. adiutorib. aliquid noui moliri? Tum Charonem primò conturbatum esse, deinde quasi fuisse ex Archia, quoniam essent ij homines, qui venissent, et qui essent ij, qui illos occultarent: postremò ut viderit, Archiam nihil certi posse dicere: suspicatum, à nemine, qui sciret, rem illi indicatam esse, dixisse: videte igitur ne vos inanis rumor conturbet. verumtamen exquiram, et scrutabor quid sit. oportet enim fortasse nihil contemnere. Haec à Phyllida approbata esse, et Archiam ab illo è vestigio in triclinium reductum esse, et illos pocula poposcisse, et computationem redintegrasse atque instaurasse.

40. allata est enim epist.) hac de re nullum verbum apud Xenophontem. Plutarchus autem eam sic narrat. ἡ καὶ ἕξ ἑ Αθηνῶν αὐτῶν Ἀρχίου τῷ ἱεροφάντου αὐτῶν Ἀρχίαν τὸν ὁμοθυμοῖν, ἔξενον ὄντα καὶ φίλον, ἐπιστολῶν κομίζων, ἐκελευ ἔχουσα, οὐδὲ πηλασμένῳ ὑπὸ τῶν ἀλλοτῶν, ἀλλὰ αὐτῶν ἐκαστῶν αὐτῶν τῶν ἀποστομένων φάσκουσαν, ὡς ὕστερον ἐπιγνώσθη. πῶς δὲ μισθῶν τῶν Ἀρχία ἀποσταχθεῖς ὁ γραμματεφόρος, καὶ τῶν ἐπιστολῶν ἐπιδοῦς, ὁ αὐτῶν, ἔφη, πῶς καὶ, ἐκείνου διδύς ἀναγνώσας αὐτῶν ἀποσταχθεῖς ἡνι τῶν ἀρχαφάντου, καὶ ὁ Ἀρχίας μισθῶν, οὐκ ἔως εἰς αὐτοῖν, ἔφη, αὐτῶν ἀποσταχθεῖς καὶ τῶν ἐπιστολῶν διέξαμνος, ὑπὸ τῶν ἀποσταχθεῖς ὁ ὑπέσθην αὐτῶν δὲ παλιν τῶν ἀποσταχθεῖς αὐτῶν ἐπιγνώσθη ὅτι ἀναγνώσας, αὐτῶν ὁ μὲ οὐκ ἔως ἐπὶ παροιμίας ἔξει ἀποσταχθεῖς μετρεῖ καὶ ἀποσταχθεῖς αὐτῶν ἔως ἐλλήσιν, et c. i. venit quidam Athenis ab Archia hierophante ad Archiam eiusdem nominis, hospitem illius et amicum, epistolam afferens, quae non inanem, neque fictam suspicionem continebat, sed aperte singula de iis, quae agebantur, aperiebat ac declarabat, ut posterius cognitum est: tunc autem ad Archiam ebrum adductus tabellarius, epistola reddita, Is (inquit) qui hanc ad te misit, insit te continuo legere. de quibusdam enim rebus scrius esse scriptam. Archias autem subridens, ergo in diem crastinum seria: et acceptam epistolam sub cervicali posuit: ipse autem rursus ad Phyllidam aureis et animum iis de rebus, de quibus loqui caeperant, attendebat. Hoc igitur verbum, locum prouerbij apud Graecos occupauit, et adhuc obtinet.

41. ab Archia hierophante) secutus sum exempla Veneta et Florentina, quoniam assentiar doctis quibusdam viris, qui putant huius scripturae auctorem esse Aldum Manutium, quia libri antiquissimi impressi, et manu scripti habeant, ab Archia vno Tinarchiae, contenduntque, Probum properantem, et aliud agentem, ita scripsisse, cum haec Graeca verba apud historicum Graecum reperta, ἀπὸ Ἀρχίου ἡνι ἑσάλικας, sic Latine redderet, ab Archia quodam Tinarchiae, quasi scripturam esset, Tinarchiae vno vocabulo, cum essent duo, ἡνι Ἀρχία pro τῷ Ἀρχία, cum debe-

ret ita vertere, ab Archia quodam, cuidam Archia. Quod erratum si à Probo, seu Nepote admissum est, negari non potest illum in hoc loco vertendo vel negligentem fuisse et dormitasse, vel aliud egisse, et animo peregrinatum esse. Nā lingua Graeca ignoratione peccasse, et incredibile est, et nefas est dicere. Omnino, haec mea sententia est, ex omnibus libris hāc maculam esse delendam, ut tam insignis negligentia crimine Probum, siue Nepotem liberemus. Alii contra placet, hanc scripturam intactam esse relinquendam, ut meminerint lectores, magnos viros interdum negligentia labi, et dormire: hocque illis concedi atque ignosci oportere: quod etiam Homero contigit: de quo Horatius, et idem Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. Hierophantes autem, seu hierophantia, significat eum, qui ostendit populo sacra, edituum, seu editimum, et sacerdotem, dictus est tamen primus hierophanta, ut docet Harpocratio et Suidas, qui sacra ex bello abeuntia populo ostendebat.

42. in crastin. inquit, diff.) sic Plutarch. εις αυειον τε αποδειξαι. i. in diem crastinum seria, subintellige αι αλλαωωω, differamus: seu αι αλλαω, differo, ut supra retulimus. Probus verbum non tacuit, nisi fortè à Probo praetermissum, ab aliquo lectore ad oram libri a scriptum est, et inde in contextum translatum, nam omnino venustius et concinnius tacetur, quam exprimitur.

43. cum iam nox process.) Diod. lib. 15. eod. loco, και παροπι μὲ τις τῶ λακεδαμνηῶν φρονουῶτας ἐν ταῖς οἰκίαις ἰδίαις ἐφόνδισαν, ἐπ κομμωδῶν καὶ παλαδόντες, et c. i. et primum quidem eos, qui rebus Lacedaemoniorum studebant, in suis domibus occiderunt, etiam tunc dormienteis, et c. Nullum hic Probus de exsulis: vestitu muliebris ornatum verbum facit, neque Diodorus. Ceteri, Xenophon, Plutarchus, Polyenus mulierum nobilium nocteis promissas fuisse, et iuvenes exsules muliebris ornatu intrinmissos esse in domos tyrannorum, Lacedaemoniorum reb. studentium, congruentes inter se narrat. Ac Polyeni quidem verba supra numero 24. posuimus: Xenophontis autem ea fere, quae ad hanc rem cognoscendam sunt satis, Latine versa retulimus. restat ut et ex Plutarcho quae ad interitum tyrannorum pertinent, proferamus. sic igitur Plutarch. τῆς δὲ παροπιζέως δοκούσης ἔχθη ἡδὴ τὸν οἰκίον κρηρὸν, ἐφάρμορον δίχρα διεκόντες αὐτοῖς, οἱ μὲν παρὶ Πελοπίδαν τὸν Δαμνοκλειδαν ὅτι τὸν Λεοντίδαν, καὶ τὸν Υπάτιον ἐγγὺς ἀμύλων οἰκοῦνται. Χάρων δὲ καὶ Μέλων ὅτι τὸν Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον, ἐδῆταις ἐπειθευδῶν γλυκερίας τῶς δαρεξι, καὶ δασίς σφο αἰοῖς ἐλάτις πε καὶ σπυρίκης παλαιῶν, καιτοισκιαζοντες τὸ παροπιζα. διο καὶ ταῖς θυρας τῶ συμποσίου τὸ παροπι ζῆπυτων, κρηρὸν ἐποίησαν καὶ θυροῦσιν, οἰομένους, αὐτὰ λαμ παροσιδῶκαν, γλυκῆ καὶ ἡκειν. ἐπὶ δὲ παροπιζέωσιν, ἐν κωκρω τὸ συμποσιον, καὶ ἔβη κα τακκαλι ἰδῶν ἐκατοι ἐκατος καιταμαδόντες ἐπασαντο ταῖ μαχεύρας, καὶ φερόμενοι δὲ τῶ τρε απεζων ὅτι τῶ Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον, ἐφάπταν οἱ παρ ἡσαν οἰκίαις μὲ ὁ Φυλλίδας τῶν κατακει ἰδῶν ἐπεισε ἡσυχίαν ἀζαρ. τῶς δὲ αὐ οἱς ἀμωω εδαι μὲ τῶν πολεμῶν ὅτι χροῦντες κα σιωεζαι πα οἰοῦτες, δια τῶ μὲ δλω ὁ πῶνυ χαλεπῶς ἀπέκλειναι, et c. i. Cum autem actionis obeundae videretur iam tempus maturum atque idoneum venisse, exierunt in duas partes distributi, Pelopidas et Damocles cum suis comitibus in Leontidam, et Hypatem inter se vicinos: Charo vero et Melo in Archiam et Philippum, vestibus ornati muliebris, ut tamen subiecti thoraces laterent, et densis coronis ex abie-

te, et picea redimiti, quibus ora in umbrabant. Quocirca cum foribus conuiuii primum astitissent, plausus et strepitus à conuiuio editus est, existimantibus, eas, quas iam pridem expectabant, mulieres venire. Posteaquam autem illi conuiuas oculis collustrantes circumspexerunt, et singuli singulos agnouerunt, et eductis gladiis, per mensas in Archiam et Philippum irruentes, apparuerunt, ut erant, viri: paucis quibusdam Phyllidas accumbentibus persuasit, ut quiescerent: alios cum polemarchis vim repellere conanteis, et una exsurgentibus, non magno negotio propter ebrietatem interfecerunt.

43. vinolenti) Plutarch. non omneis fuisse vinolentos, sed Leontidam siccum et sobrium, et sollertem fuisse tradit, eoque Pelopidam plus negotij habuisse in eo tollendo. sic Plutarch. τῶς δὲ παρὶ Πελοπίδαν ἐργαστερον ἀπίντα τὸ παροπιζα. καὶ ὅτι ἡφοντα, καὶ θῆρον αὐτῶν τὸν Λεοντίδαν ἐχάρων. i. Pelopida autem et eius comitibus, negotium difficile, atque operosius occurrit. Nam aduersus Leontidam virum sobrium, et sollertem ibant, sequitur deinceps. καὶ κεκλεισμένῳ τῶ οἰκίῳ δῦρον ἡδὴ κατῆυδοτος, καὶ πολλῶν χροῶν κρηρῶσιν αὐτοῖς ὑπήκουον οὐδεὶς μολις δὲ πῶς τῶ δὲ ἐρεπὸν τῶς ἀφῶδῶν παροπιζέωσιν τῶς ἐδῶται, καὶ τὸν μοχλοῖ ἀφάρμοδον, αἰμα τῶ παροπιζέωσιν ἐνδουῶσιν καὶ χαλεπῶσιν ταῖς θυρας, ὅτι πῶσιν τῶς ἀφῶσιν, καὶ τὸ οἰκίῳ αἰαστῶ ἐλαμτες, ὅτι τὸ δαλαμον ἄρμεσιν. ὁ δὲ Λεοντίδαν αὐτὸ τὸ κε μαρῶδῶσιν τῶ κλυπῶ, καὶ θρομῶ τὸ γνοῦσιν, ἐπατασατο μὲ ἐχῆ ἐλάσιον ἔλασας. ἐλασε δὲ αὐτὸν κατακαλεῖν τὸ λυγῶ, καὶ δια σκοπίοις αὐτοῖς ἐκατοῖς παροπιζέωσιν τῶς αὐτῶσιν. ἐν δὲ φωτὶ πολλῶ καθροῦσιν, ὑπήντα παροπιζέωσιν ταῖς θυρας αὐτοῖς τῶ δαλαμον, καὶ τὸν παροπιζέωσιν εἰσόντα Κρησιδῶρον πατάξας, καὶ τῶ αλεπειστοῖς δὲ τῶ πῶ, θευτῶσιν παροπιζέωσιν τῶ Πελοπίδαν, καὶ τῶ μαχῶ χαλεπῶ ἐποίησιν καὶ δῦπερρον ἡ σενότης τῶ θυρῶν, καὶ κείσιν ἐμποδῶν ἡδὴ νεκρὸς Κρησιδῶρος. ἐκράτισε δὲ οὐδὲ ὁ Πελοπίδαν, καὶ κατακαλεῖσιν τὸν Λεοντίδαν ὅτι τῶ Υπάτιον δῦδῶς ἐχάρη μὲ τῶ παροπιζέωσιν, καὶ παροπιζέωσιν μὲ εἰς τῶ οἰκίῳ δαίωσιν, αὐτῶσιν δὲ τῶ χαλεπῶ, καὶ καταφουρῶτα παροπιζέωσιν τῶς γέπῶσιν ἐμποδῶν δῶσιν τῶ δῶσιν. i. et clausam domum repperunt, dormiente iam Leontida: et que diu pulsantibus nemo respondebat. vix tandem cum famulus experrectus audisset, et processisset ut ostium aperiret, et vectem oppositum demeret, cum primum cœpta sunt cedere, et laxari fores, illi conferti, impressione facta, famulo perculso et prostrato, in cubiculum irruerunt. Leontidas cōiectura rei, quae ageretur, ex strepitu et cursu facta, exsurgens gladium nudauit: sed fugit eum lucernas deicere, et efficere ut ipsi per tenebras inter se incurrentes sibi impedimento essent. Ita cum in multo et largo lumine cerneretur, iis obuiam iit ad ostium cubiculi, et primum in cubiculum ingredientem Cephisodorum percussum perculit: cum hic cecidisset, cum secundo Pelopida manum conseruit, pedemque contulit: ac pugnam difficilem, et operosam, et impeditam reddebant ostij angustia, et Cephisodorus iacens iam in medio mortuus. vicit igitur tandem Pelopidas: et confecto Leontida, in Hypatem recta contendebat cum suis comitibus. et in domum similiter irrumpebat. illum autem cum citò sensisset, et ad vicinos confugisset, et vestigio persecuti, prehenderunt, et interfecerunt.

45. Quibus rebus confectis, et c.) paullo aliter Plutarch. κα παροπιζέωσιν τῶ τῶσιν, καὶ τῶς παρὶ Μέλων α συμβαλοντες ἐπιμα μὲ εἰς τῶ Ἀπικῶν ὅτι τῶσιν ὑπολελεμ-

μδρους ἐκεῖ ἔσθ' οὐράων ἐκάλου δὲ τῶν πολιτῶν ἐπι πλὴ ἐλθούτων, ἢ τῶν ποσειδόντων
ὠπλιζόν, &c. i. his autem rebus confectis, &c. cum Melone, eiusque comitib. con-
gressi, miserunt in Atticam ad eos, qui illic relictī erant, exsules: ciueis autem ad
libertatem vocabant, &c. omneis aduenienteis armabant, spolia ē porticibus cir-
cium suspenſa deripientes, &c. eorum, qui hastas faciunt ac poliunt, eorumque, qui
glādios fabricantur, officinas effringentes, &c. sequitur paucis pōst versib. ἢ δὲ
πολις ἢ δὴ μὴ αἰ ἐπιθῆτο πᾶσα, ἢ πολλὸς δόρυς οὐκ ἔστι, ἢ φῶτα πᾶσι ταῖς οἰκίαις, καὶ διαδρομαί
ποδὲς ἀλλήλοισ. οὐ πῶτα ἢ σιωπῆσιν κῆρ το πᾶσι, ἀλλ' ἐκπληγμένοι ποδὲς ἔτι γινώσκου, καὶ ἄ-
φῆς οὐδὲν εἰδότες, ἢ μέρῳ πᾶσι ἐμῶν. i. ciuitas autem iam quidem spe &c. metu per-
culsa, atque attonita erat, &c. multus erat in vrbe strepitus, &c. circum domos lu-
mina, &c. concursationes hominum inter se. Sed nondum in vnum conuenerat
multitudo, sed obstupēfacti rerum nouitate, nihilque exploratum habentes, diem
expectabant.

- 46. auctores Cadmēe occup.) de quibus supra.
- 47. domi quietus fuit) A tq̄ui Plutarchus tradit, statim postquam tyranni, &c.
potentes illi interfecti sunt, Epaminondam &c. Gorgidam, non paucis iuuenib. &c.
ex senū numero, iis, qui erant fortissimi, coactis, subsidio Pelopida, &c. eius co-
mitibus venisse.
- 48. Leuctrica pugna) de qua supra in Epaminonda.
- 49. hic fuit dux delectae manus) praefuit Pelopidas cohorti trecentorum iuue-
num, ἐξ ἑσῶν ἢ ἐρωδιῶν. i. &c. qui amabant, &c. qui amabantur, quos Plutarchus
appellat ἑπικλεῖς. i. delectos, seu dilectos potius, non à diligendo, sed à dile-
gendo, &c. ἱερός λόχος dicebatur, id est, sacra cohors: de qua multa Plutarch. in
Pelopida.
- 50. quae prima phalangem) hoc qua sollertia effecerit Pelopidas, operapre-
tium est ex Plutarcho cognoscere: qui hanc historiam explicat luculentē his ver-
bis, pag. 9. ἢ δὲ τῆ μαχῆ, τῆ Ἐπαμινῶν δού πλὴ φάλαγγα λοξῶν ἐπι τὸ θῖωνιου ἐκκοι-
πὸς, ὁπῶς ἔσθ' ἄλλων ἐλλοιω ἀπῶτα τῶ ἄρῃται τὸ δὲ ζῖον ἔσθ' ἀπῶτα τῶν, καὶ τῶν Κλεόμι-
ερωτοῖ ἡρώση ποσειδῶν ἀθρόως καὶ κέρας ἢ ἐισασιδρος ὁ μὴ πολέμοι καπαμαδόντες,
&c. c. nam satis erit fortassis hunc locum Latine reddere. In praelio autem Epami-
nonda phalangem oblique in leuam partem trahente, vt dextrum cornu Spar-
tiatarum ab aliis Graecis quam longissimē remotum esset, &c. ipse impetu facto,
&c. magna vi irrupens, directa acie, Cleombrotum de gradu depelleret, &c. ce-
dere cogeret: aduersarij, re, quae agebatur ab Epaminonda, cognita, se ipsi ordine
mutato, caeperunt loco mouere, &c. dextrum cornu explicabant, &c. circumduce-
bant, tanquam Epaminondam multitudine sua circumuiuenturi, &c. complexuri.
At Pelopidas interea praecurrit, &c. suis trecentis cursim conuersis, Cleombrotum
anteuertit, antequam cornu suum vel explicaret, vel iterum eodem reduceret
&c. contraheret, ordinemque clauderet, impressione facta in Lacedaemonios non-
dum certo ordine collocatos, sed inter se trepidanteis &c. perturbatos. sequitur
paucis pōst versib. τὸν δὴ ἢ τῆ Ἐπαμινῶν δού φάλαγγα ἐπι τὸ θῖωνιου ἐκκοι-
πὸς, ὁπῶς ἔσθ' ἄλλων ἐλλοιω ἀπῶτα τῶ ἄρῃται τὸ δὲ ζῖον ἔσθ' ἀπῶτα τῶν, καὶ τῶν Κλεόμι-
ερωτοῖ ἡρώση ποσειδῶν ἀθρόως καὶ κέρας ἢ ἐισασιδρος ὁ μὴ πολέμοι καπαμαδόντες,

ἑσῶν, ὅταν οὐ πῶ ποσειδῶν, ἄρῃται. διὸ τῶ Ἐπαμινῶν δού βοιωπαρχῶν μὴ βοιωπαρ-
χῶν, ἢ πᾶσις ἡγεμονία τῆς δωδεκαετίας μετὰ μέρους ἄρῃται, ἴσον ἢ ἐξ ἑκατὸ ἀρῃται τῆς ἡλικίας
ἐκείνης, ἢ κατὰ δόμας. i. Tunc igitur Epaminonda phalanx in solos illos irruens,
aliósque prateriens, &c. Pelopidas incredibili celeritate &c. audacia ad commi-
nus pugnandum expeditus, eorum cogitata &c. spiritus, &c. disciplinas ita confu-
dit, vt fuga, caedésque Spartiatarum inaudita, atque inuisitata, facta sit. Quocirca
cum magistratum Bæotium non gereret, neque imperator esset, sed paucis militi-
bus praeesset, æqualem atque Epaminondas Bæotia praefectus, &c. totius exercitus
imperator, victoriæ illius, &c. rei bene gesta gloriam consecutus est. Consenta-
nea fere sunt his Plutarchi, ea, quæ tradit Diodorus Siculus lib. 15. διὸ καὶ λοξῶν
ποίησαι πλὴ φάλαγγα, τῶ τῶν ἐπικλεῖς ἐχόντων κῆρα πῶ ἔγω κῆρα πλὴ πλὴ μάχῳ, &c. id est,
Quapropter Epaminondas phalange in obliquum inflexa, eo cornu aciei, in quo
erant dilecti milites, quibus praerat Pelopidas, praelium diiudicare constituit.
Malim autem hic legi, dilectæ, quam delectæ, vt supra dixi.

- 51. Spartam cum oppugn.) Plutarchus narrat, Pelopidam primum assensum es-
se Epaminonda, post victoriam Leuctricam de exercitu aduersus Spartam du-
cendo, &c. ciueis suos ab illo excitatos in Spartam duxisse, &c. Eurotam transisse,
&c. multis Lacedaemoniorum urbib. captis, omnem agrum Lacedaemoniorum vs-
que ad muros ferro, flammâque vastasse, cum septuaginta Græcorum millib. præ-
esset, quorum vix duodecima pars erant Thebani.
- 52. Messena celerius restit.) hac de re dictum est in Epaminonda.
- 53. legatus ad Persas) de hac legatione sic Plutarch. οἱ δὲ θεβαῖοι ποσειδῶν λακεδαι-
μοταῖοι καὶ ἔσθ' ἀθῖων αἰ ἀθῖων ποσειδῶν τὸν μέγαν βασιλέα σπέρβεις αἰ ἀθῖωνοτας ἄρῃ
συμμαχίας, ἢ πῶτα καὶ αὐτῶ Περσῶν αἰ εἰσα βουλοσάμενοι ποσειδῶν πλὴ δὲ ζῖου αὐτῶ
ποσειδῶν αἰ εἰσα καὶ ἔσθ' βασιλέως ἐπαρχῶν ἰστοματῆς αἰ, ἢ πῶτα ποσειδῶν, &c. i. The-
bani autem cum legatos à Lacedaemoniis &c. Atheniensib. ad regem Persarum de
societate missos esse sensissent, miserunt &c. ipsi Pelopidam: qua in re optimè re-
bus suis consuluerunt, multumque viderunt, spectata ea, quæ de eo erat, hominū
opinionē &c. fama. Primum enim iter fecit per regis prouincias, cum esset magna
eius nominis gloria, &c. omnium sermone, vocēque celebrata, &c.
- 54. hæc fuit altera pers.) secunda scilicet, vt mox subiicit. videtur à fabulis
translatum.
- 55. vt proxima esset Epam.) ita vt breuissimo interuallo Epaminondam seque-
retur. aliter Virgil lib. V. æn. de Salio. Proximus huic, longo sed proximus inter-
uallo Insequitur salius. &c. Cic. de L. Philippo in Bruto. Duobus igitur summis
Crasso, &c. Antonio L. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo tamē
proximus. Itaque eum, etsi nemo intercedebat, qui se illis anteferreret, neque secun-
dum tamen, neque tertium dixerim. &c. Horat. de Pallade oda 12. lib. 1. Vnde nil
maius generatur ipso, Nec viget quicquam simile, aut secundum: Proximos illi
tamen occupauit Pallas honores.
- 56. conflictatus) colluctatus, vel contritus, &c. collisus. conflictatio enim (vt do-
cet Donatus ad illud Terent. Nam qui cum ingenis conflictatur eiusmodi, &c.
in Andria) est corporum tactus inuicem &c. collisio. significat Pelopidam fortu-

nam non habuisse vsquequaque sibi propitiam, benignam, atque amicam: sed interdum infestam, iratam, atque aduersariam, ita vt cum ea necesse haberet pugnare & luctari. vsurpauit idem verbum Probus etiam in Timoleonte infra non longè à princip. sed iunxit cum eodem casu sine praepositione: ibi. sed in his rebus non simplici fortuna conflictatus est.

57. & cum Theff.) Diod. lib. 15. ὁ δὲ Ἀλεξάνδρῳ Ἰσμιλίῳ αἰσθροφίλον μὲν ἑαυτῷ, Δωμάριον δὲ ἐπ' ἀρετῆς, παρὴν ἔς Θεσσαλίαν, & c. i. Pelopidas adiuncto sibi Ismenia amico quidem suo, sed ob virtutem admirando, in Thessaliam transiit. Plutarch. ὡς οὖν ἔσχετο πρὸς τὸν Θεσσαλῶν μὲν Δωμάριον, τὴν δὲ Ἀλεξάνδρου δίδου παρὲν ἔσχετο. Ἀλέξανδρον ἐλθόντα, καὶ Δωμάριον, δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιπέσει, καὶ πρὸς τὸν Περσῶν ἀρχόντα τῆς Θεσσαλίας, καὶ τὸν μὲν, & c. i. Posteaquam igitur Pelopidas coactio exercitum, Thessaliae bellum intulit, statim Larissam deditione facta in fidem suam recepit, & Alexandrum tyrannum ad se venientem, & orantem, cum Thessalis reconciliare in gratiam, & ex tyranno clementem in Thessalos, & legitimum principem reddere conabatur.

58. legationis que iure) nulla legationis fit mentio neque apud Diod. neque apud Plutarch. Diodorus hoc tantum scribit, Pelopidam & Ismeniam, cum Alexandro, Pherarum tyranno, obuij facti essent, temere, & sine vlla probabili ratione ab eo comprehensos esse, & in custodiam datos. verba Graeca non ascribenda, sunt autem lib. 15. Plutarchus verò sic. ἀρτίως δὲ αὐτῷ παρεληλυθότες, Ἀλέξανδρος δὲ πρῶτος ἐπιπέσει μὲν τῆς Δωμάριον, καὶ νομίμως οἱ περὶ τὸν Πελοπίδαν ἀπολογισμῶν ἤκειν, ἐβλάδιον αὐτῷ πρὸς αὐτὸν, ἔβωλη μὲν οἷα, καὶ μὲν αἰσθροφίλον εἰδότες. δὲ δὲ τῆς Θεσσαλίας, καὶ τὸν περὶ αὐτοῦ ἀξίωμα καὶ δόξαν ἔδειξεν αὐτῷ παρὴν πρὸς δουκισίαντες. ὁ δὲ ὡς εἶδεν αὐτοῖσι, καὶ μάλιστα πρὸς οἰκισίαν, ἐκείνοις μὲν δίδου σιωπῶντες, τὴν δὲ Φαρσάλων κατέπερσεν. i. Cum autem Pelopidas paullo antè Larissam è Macedonia reuersus esset, & modo venisset, ecce Alexander tyrannus cum exercitu apparuit, ac Pelopidas quidè & Ismenias rati illum vt se defenderet, & ad crimina responderet, venisse, ipse ad eum se contulerunt, perditum quidem hominem, & caede cruentum esse scientes, sed propter Thebas, & suam ipsorum dignitatem, & gloriam, nullum se ab illo detrimentum, nullamque iniuriam accepturos sperantes. At ille vt vidit Pelopidam & Ismeniam inermeis, & solos ad se venientes, illos quidem statim comprehendit, Pharsalum autem occupatam tenuit.

59. apud omnes gent.) M. Tull. lib. I. accus. Legati nomen eiusmodi esse debet, quod non modò inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur.

60. hunc Epaminondas recup.) quo consilio, qua arte, quaque moderatione vsus, narrat Plutarchus. non enim omnes suos nervos contendit, neque omnibus suis opibus illum oppugnauit, ne eum ad desperationem rerum suarum redactum, ad seuiendum in Pelopidam impelleret: sed eam belli gerendi rationem adhibuit, vt tyrannus impetratis xxx. dierum induitijs Pelopidam liberarit.

61. numquam is animo placari pot.) Itaque Thessali multis praelijs ab Alexandro, Pherarum tyranno, superati, multisque imperatorib amissis, legatos Thebas miserunt, petentes, vt sibi opem ferrent, Pelopidamque imperatorem mitterent.

Nam cum scirent illum implacabileis cum tyranno inimicitias gerere, tum eum virtute, & scientia rei militaris, secundum Epaminondam, omnib. mortalib. prestare sibi persuaferant, vt scribit Diod. lib. 15. pag. libri 41. neque multo aliter Plutarch. in Pelop. pag. X. vbi is quoque tradit, Thessaliae ciuitates, legatis ad Thebanos missis, auxilium ab illis petuisse: Pelopidam autem, qui videret Epaminondam res Peloponesiacas administrare, illumque vnum ei negotio satum esse, neque alium desiderari imperatorem, vbi Epaminondas imperaret: suam operam vltro Thessalis obtulisse, sibi que hanc prouinciam depoposcisse, vt Thessalis aduersus tyrannum, à quo iniuste laesus fuerat, subueniret.

62. Itaque persuasit Theb.) paullo aliter Diod. & Plutarchus, vt proxime ostendimus.

63. cuius belli summa cum ei) id est, cum ei summa eius belli administrandi potestas data esset: cum esset factus dux eius belli summus, & solus. sic saepe loquitur Probus, summa belli, summa imperij.

64. non dubitauit sim. ac const.) sic Diod. eod. fere loco. ὡς δὲ καὶ τὴν πρῶτον εἰς τὴν Θεσσαλίαν, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον κατέλαβε πρὸς καταπιημμένον τῆς ἀρετῆς πότις, καὶ στρατώνας ἔχοντα πλείους ἢ δισμυρίων, αἰπερ ἀποπίδουσι μὲν τῆς πολέμου, πρὸς ἑαυτὸν δὲ συμμάχους ὄντας ἑαυτῶν, σιωπῶντα μάλιστ' ἐν αὐτοῖσι. i. vbi autem in Thessalia pedem posuit, & Alexandrum offendit, in locis opportunis & idoneis iam antè castra metatum, & militum habentem amplius XX. millia: primum ipse quoque castra locauit contra, & socios à Thessalis nactus, cum aduersarijs conflixit. sic & Plutarch. ὡς οὖν εἰς Φαρσάλων ἐλθὼν ἠδρόζει τὴν Δωμάριον, δίδου ἐβλάδιον ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον. i. statim autem vt Pharsalum venit, exercitumque comparauit, aduersus Alexandrum contendit.

65. in quo praelio Alex. vt animadu.) Plutarch. hanc rem multis verbis exponit: quae iuuabit fortassis audire. ὁ δὲ Πελοπίδας ἀπὸ τῆς ἀκρῆς κατέβη ἅπασα τὸ στρατόπεδον τῆς πολέμου, οὐ πρὸς εἰς φυλὴν περὶ ἀμύνον, ἠδὲ δὲ δουρῶν καὶ ἑσπέρης ἀσπίδα πρὸς ἀμύνον, ἔσπ' καὶ ἀεὶ ἐσπῆν αὐτῶν, ζυγῶν τὸν Ἀλέξανδρον. ὡς δὲ εἶδεν ἐπὶ τὸν δεξιὸν ἀμύνοντα, καὶ σιωπῶντα τῆς μὲν ἀσπίδος καὶ κατέβη τὴν λογισμῶν τὴν ἀμύνοντα, καὶ πρὸς τὴν βλάδιον ἀσπίδα χεῖρας, καὶ τὴν θυμῶν ἀμύνοντα τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἠγεμῶν τῆς πρῶτης ἐξέως πρὸς τὸν ἀμύνοντα ἄλλων ἑξαμυρίων ἐφ' ἑρπετα βουῶν, καὶ πρὸς καλοῦ μέρους τὸν πύργον. ἐκείνος μὲν οὖν ἐκ ἐδέξατο τὴν ὀρμὴν, οὐδὲ ὑπέμεινε, ἀλλὰ ἀσπίδων πρὸς τὸν ἀμύνοντα ἐκέρυεν ἑαυτῶν, & c. i. Pelopidas autem cum ex collib. vniuersum hostium exercitum despexisset, nodum illum quidem in fugam versum, sed tumultus iam & trepidationis plenum: stetit, & circumspexit, Alexandrum quaerens. vbi autem eum vidit in loco idoneo mercenarius cohortantem, & disponentem, non protuit iram ratione continere: sed hostis aspectu ira de integro accensa, & corpore & principatu actionis iracundia tradito ac permisso, longè ante alios exsiliens, vociferans, & tyrannum pronocans ferebatur. Ille igitur Pelopidae impetum nodum excepit, neque sustinuit, sed refugiens ad satellites, se ipse occultauit.

66. equum in eum concit.) sic loquitur in Datame. Ipse equo concitato ad hostem vehitur.

67. coniectu telorum confossus, Plutarch. αἰ δὲ πρῶτον τῆς ἀρετῆς πρὸς τὸν ἀμύνοντα.

ὁ πῶν τῶν ὄντων ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν αὐτῆς ἰσχύος, &c. i. plerique autem hastis amentatis e-

minus eum per arma percussum vulnerabant. 68. Atque hoc secunda victoria) Quid sibi vult, hoc secunda victoria? nulla enim victoria est adversa: & omnis victoria secunda est: nisi quis dicat, aliquas esse Cadmeas, nonnullas etiam funestas: vel per secundam victoriam significari ἔμπροσθεν τῆς μάχης, id est, clarissimam, & luculentissimam. Atqui nihil hoc ad rem, si significat enim probus, Pelopidam cecidisse secundo praelio, id est, parta suis victoria. Ne igitur lectorem diutius suspensum teneam, legendum, & scriptum à Probo, seu Nepote arbitror, secunda pugna. hanc autem scripturam receptam, natam esse puto ex annotatione, cum primum esset ad oram libri ascriptum, id est victoria: deinde vox victoria, in contextum verborum translata. Sed quod ad rem atinet, sic Diodorus eod. libro. Τέλος δὲ ἔμπροσθεν τῆς μάχης, ἢ τῆς περὶ μάλιστα τῆς μάχης, ἢ τῆς μάχης ἑαυτῶν ἀπέπευσται, ἢ ἀπὸ τῆς βίον ἀπέπευσται, ποιοῦς ἀπέπευσται βάλμασι, καὶ τὸ ἔλω ἠρώϊκος ἀπέπευσται. i. sine autem periculo imposito victoriā quidē ipse potitus est, vitam autem suam amisit, multis vulneribus acceptis percussus, & anima heroicum in morem profusa.

69. inclinatae erant; i. in fugam versa. nam dum certamen est anceps, atque ἰσορροπία, seu ἰσορροπία, i. aequalis, seu aequalis momenti, interea utraq; acies stat: ubi fugit altera pars, in anteriorem partem prona, & propensa ruit: quod Homerus non vno loco dicit ἰκλῖναι. i. inclinari. Cic. lib. 2. epist. ad famil. epist. 16. ut me existimares tam improvidum, qui ab excitata fortuna, ad inclinatam & prope iacentem desciscerem. & Caesar epist. 9. lib. 10. scribendum ad te existimaui, & pro nostra benevolentia petendum, ne quod progredereris, inclinata iam re, qua integra progrediendum tibi non existimasses.

70. omnes Thessaliae civit.) Mira Plutarchus narrat de honore habito à Thessalis & sociis Pelopidae mortuo. Nam cum omnem honorem humanum virtuti conveniētem decretis exsuperarint, tum magis affectu & merore suam in illum benivolentiam declararunt. quin milites neque thoracem posuerunt, neque frenos equis detraxerunt, neque vulnera obligarunt, postquam ad eius morte audiverunt: sed cum armis, & etiā tum pulvere sordidi, & calidi ad cadaver quasi sentiens, hostium spolia certatim deportarunt: equos totonderunt, ipsi quoque tōsi fuerunt: multi in tabernacula sua reuersi, neque ignem accenderunt; neque cenati sunt: silentium autem & luctus tota castra occupavit, quasi non gloriosissimam & maximam victoriam peperissent, sed à tyranno victi, & in servitutem redacti essent. Ex civitatibus autem, ubi nuntius ad eas perlatus est, aderāt magistratus, & in eis ephēbi, (id est, puberes,) & pueri impuberes, & sacerdotes, ad subeundum humeris cadaver, tropaea, & coronas, & totius corporis armaturas aureas afferentes. habitae sunt etiam orationes funebres miserabiles, & maestissima. Quid multa? nullae umquam sepulturae videntur hac fuisse magnificentiores, neque clariores, iis hominibus, qui magnificentiam non in auro, aut ebore, aut purpura, sed in studio, & officio, & affectu, & vero merore ponunt. sed Diodorus tradit hoc euenisse posteriore pugna. duas enim pugnas fuisse significat, his verbis. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος δευτέρῃ μάχῃ ληφθεὶς, (ἀλ. ληφθεὶς) καὶ τῶν ὀλοῦς σπυ-

πυρεῖς, καὶ ἀκαθάρτη καὶ ὁμολεγεῖς τῶν ἰδῶν. Ἐπειτα τοῖς παρὰ τὴν περὶ μάλιστα πόλεως ἔδοξε αἰ. μάχης δὲ, ἢ τῆς φθιώτις, καὶ ἀρχαίως ἀπέπευσται βοιωτίς, καὶ τῆς λοιπῆς φερῶν μόνον ἔρχονται, συμμαχίᾳ τῆς βοιωτίς, i. Alexander autem altero praelio captus, seu victus, & omnino contractus atq; afflictus, coactus est ex conventionione Thessalis quidem urbeis expugnatas reddere: Magnetas vero, & Phihiotas, & Achaos Bæotiis tradere, & in reliquum tempus iheris tantum imperatorem, socium esse Bæotorum. Legendum est autem supra in princip. Pelopidae, magis historicis, quam vulgo notus.

AGESILAVS.

Agesilaus Lacedaemonius cum à ceteris scriptoribus, tum¹ eximie à Xenophonte² Socratico collaudatus est. eo³ enim usus est familiarissimè. Hic primum de regno cum⁴ Leotychide fratris filio habuit contentionem. Mos est enim à maioribus Lacedaemonis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis, quam imperio, ex duabus⁵ familiis Proclis & Eurysthenis, qui principes ex⁷ progenie Herculis Sparta reges fuerunt. harum⁸ ex altera in alterius familiae locum⁹ fieri non licebat. itaque uterque suum retinebat ordinem. Primus in eo habebatur,¹⁰ qui maximus natu esset ex liberis eius, qui regnans decessisset. sin is virilem sexum non reliquisset, tum dilegebatur, qui proximus esset¹¹ propinquitate. Mortuus erat¹² Agis rex, frater Agesilai. filium reliquerat Leotychidem,¹³ quem ille vivus non agnorat: eundem¹⁴ moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao suo patruo contendit: neque id,¹⁵ quod petiuit, consecutus est. nam Lysandro¹⁶ suffragante, homine (ut¹⁷ ostendimus supra) factioso, & his temporibus potente, Agesilaus antelatus est. Hic simulatque imperij potitus est, persuasit¹⁸ Lacedaemoniis, ut exercitum emitterent in Asiam,¹⁹ bellumq; regi facerent, docens²⁰ latius esse in Asia, quam in Europa, dimicare. namque²¹ fama exierat, Artaxerxenē comparare classem, pedestresque exercitus, quos in Grae-

ciam mitteret. Data potestate, tanta celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis peruenerit, quam regij satrapae eum scirent profectum. Quo factum est, ut omneis imperatores²² imparatos, imprudenteisque²³ offenderet. Id ut cognouit Tissaphernes, qui summū imperium tum inter praefectos habebat regios, indutias à²⁴ Lacone petiuit, simulans se dare operam, ut Lacedaemoniis²⁵ cum rege conueniret: re autem²⁶ vera ad copias comparandas: easque impetrauit²⁷ trimestreis. Iurauit autem uterque se sine²⁸ dolo indutias conseruaturum: in qua²⁹ pactione summa fide mansit Agesilaus:³⁰ contra ea Tissaphernes nihil aliud, quam bellum comparauit. Id & si sentiebat Laco, tamen iusurandum seruabat, multumque in eo consequi se dicebat, quòd³¹ Tissaphernes periurio suo & homines suis rebus³² abalienaret, & deos sibi iratos redderet: se autem seruata³³ religione confirmare³⁴ exercitum, cum animaduerteteret deorum numen³⁵ facere secum, hominesque³⁶ sibi conciliari, quòd his studere consuescent, quos conseruare fidem uiderent. Postquam indutiarum praeteriit dies, barbarus non dubitans, quòd ipsius erant plurima³⁷ domicilia in Caria, & ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima, eò potissimum hosteis impetum facturos: omneis suas copias eò contraxerat. At³⁸ Agesilaus in Phrygiam se conuertit, eamque prius depulatus est, quam Tissaphernes usquam se moueret. Magna praeda militibus locupletatis³⁹ Ephesum hiematum exercitum reduxit, atque ibi officinis armorum institutis, magna industria bellum parauit: & quo studiosius armarentur, insigniùsque ornarentur, praemia⁴⁰ proposuit, quibus donarentur,⁴¹ quorū egregia in ea re fuisset industria.⁴² Fecit idem in exercitationum generibus, ut, qui ceteris praestitissent, eos

magnis

esto sine negotio, cum uoluerint, nos oppriment. Interim accidit illa calamitas⁸² apud Leuctra Lacedaemoniis, quò ne proficisceretur, cum à plerisque ad exeundum premeretur, ut⁸³ si de exitu diuinaret, exire noluit. Idem cum⁸⁴ Epaminondas Spartam oppugnaret, essetque⁸⁵ sine muris oppidum, talem se imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus apparuerit,⁸⁶ nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse. In quo quidem discrimine celeritas eius consilij saluti fuit uniuersis. nam cum quidam adolescentuli hostium aduentu perterriti ad Thebanos transfugere uellent,⁸⁷ & locum extra urbem editum cepissent: Agesilaus, qui perniciosissimum fore uideret, si animaduersum esset, quemquam ad hosteis transfugere conari, cum suis⁸⁸ eò uenit, atque, ut si bono animo fecissent,⁸⁹ laudauit consilium eorum, quòd eum locum occupassent: & se, id quoque fieri debere, animaduertisse. Sic adolescentulos simulata laudatione⁹⁰ recuperauit, & ⁹¹ adiunctis de suis comitibus, locum tutum reliquit. namque ⁹² illi aucto numero eorum, ⁹³ qui expertes erant consilij, commouere se non sunt ausi, eoque libentius, quòd⁹⁴ latere arbitrabantur, qua cogitarant. Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedaemonij se⁹⁵ numquam refecerunt, neque⁹⁶ pristinum imperium recuperarunt: cum interim Agesilaus non destitit, quibuscumque rebus posset, patriam iuuare. nam cum praecipue Lacedaemonij indigeret pecunia:⁹⁷ ille omnibus, qui à rege defecerant, praesidio fuit. à⁹⁸ quibus magna donatus pecunia, patriam subleuauit. Atque in hoc illud in primis fuit admirabile, cum maxima munera ei ab regibus, & dynastis, ciuitatibusque conferrentur, nihil umquam in domum suam⁹⁹ contulit, ¹⁰⁰ nihil de victu, nihil de uestitu Laconū mutauit. Domo eadem fuit contentus, qua¹⁰¹ Eis-

rysthenes, progenitor maiorum suorum fuerat usus: quam
 qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriae vide-
 re poterat.¹⁰² contra plurima patientia, atque abstinentia.
¹⁰³ Sic enim erat instructa, ut nulla in re differret¹⁰⁴ à ci-
 uis inuis inopis atque primati. Atque hic tantus vir ut naturam
¹⁰⁵ faultricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic ma-
 leficam nactus est in corpore, exiguus, et¹⁰⁶ claudus altero
 pede. Quae res etiam nonnullam afferebat deformitatem: at-
 que¹⁰⁷ ignoti faciem eius cum intuerentur, contemnebant.
 qui autem virtutem nouerant, non poterant admirari satis.
 Quod ei usu venit, cum annorum¹⁰⁸ octoginta subsidio
¹⁰⁹ Thaco in Aegyptum iuisset, et in¹¹⁰ acta cum suis ac-
 cubuisset, sine ullo tecto: stratumque haberet tale, ut terra
 tecta esset stramentis: neque¹¹¹ huc amplius, quam pellis esset
 iniecta, eodemque comites omnes accubuissent, vestitu hu-
 mili, atque obsoleto, ut eorum ornatus¹¹² non modò in his
 regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi su-
 spicionem praeberet. Huius de aduentu fama cum ad regiones
 esset perlata, celeriter munera eò cuiusque generis sunt alla-
 ta. His quaerentibus Agesilaum¹¹³ vix fides facta est unum
 esse ex iis, qui tum accubabant. Qui cum regis verbis, quae
 attulerant, dedissent, ille praeter vitulina, et huiusmodi ge-
 nera opsonij, quae praesens tempus desiderabat, nihil acce-
 pit. unguenta,¹¹⁴ coronas,¹¹⁵ secundamque mensam¹¹⁶ seruis
 dispersiuit, ceteraque referri iussit. Quo facto eum barbari
 magis¹¹⁷ etiam contemserunt, quòd eum¹¹⁸ ignorantia bona-
 rum rerum illa potissimum sumsisse arbitrabantur. Hic cum
 ex Aegyptio reuerteretur, donatus à rege¹¹⁹ Neclanabe
¹²⁰ ducentis viginti talentis, quae ille muneri populo suo da-
 ret: venissetque¹²¹ in portum, qui Menelai vocatur, iacens

magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut or-
 natissimum, et exercitatissimum haberet exercitum. Huic
⁴³ cum tempus esset visum copias extrahere ex hibernacu-
 lis: vidit, si, quòd esset iter factururus,⁴⁴ palam pronuntiasset,
 hosteis non credituros, aliasque regiones occupaturos, nec
 dubituros aliud esse facturum, ac pronuntiasset. Itaque
 cum ille⁴⁵ Sardis se iturum dixisset, Tisaphernes eandem
⁴⁶ Cariam defendendam putauit. In quo cum eum opinio
 fefellisset, victumque se vidisset consilio: serò suis⁴⁷ prae-
 sidio profectus est. nam cum illò venisset, iam Agesilaus mul-
 tis locis expugnatis⁴⁸ magna erat praeda potitus. Laco au-
 tem, cum videret, hosteis equitatu superare, numquam⁴⁹ in
 campo sui fecit potestatem, et his locis manum conseruit,
 quibus plus pedestres copiae valerent. Pepulit ergo, quoties-
 cumque congressus est, multo maiores aduersariorum copias,
 et sic in Asia versatus est, ut omnium opinione victor du-
 ceretur. Hic cum animo meditaretur proficisci in Persas: et
 ipsum regem adoriri,⁵⁰ nuntius ei domo venit Ephorum
 iussu, bellum Athenienseis et Beotios indixisse Lace-
 daemoniis:⁵¹ quare venire non dubitaret. In hoc non minus
 eius pietas⁵² suspicienda est, quam virtus bellica: qui cum
⁵³ victori praesent exercitui, maximamque haberet fidu-
 ciam regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens
 fuit iussis absentium magistratuum, ut si priuatus⁵⁴ in co-
 mitio esset Sparta.⁵⁵ Cuius exemplum utinam imperatores
 nostri sequi voluissent. sed illuc redeamus. Agesilaus opu-
 lentissimo regno praeposuit⁵⁶ bonam existimationem, multo-
 que gloriosius duxit, si⁵⁷ institutis patriae paruisset, quam si
 bello Asiam superasset. Hac igitur mente Hellepontum
 copias traiecit, tantaque⁵⁸ usus est celeritate, ut, quòd iter

Xerxes⁵ anno vertente confecerat, hic⁶ transferit triginta⁶ diebus. Cùm iam haud longè abesset à Peloponneso, ⁶² ob-
 sistere ei conati sunt Athenienses, & Bœotij, ceterique eo-
 rum socij, ⁶³ apud Coronéam: quos omneis graui prælio vi-
 cit. Huius victoriæ vel maxima fuit laus, quòd, cùm
 plerique ex fuga se⁶⁴ in templum Mineruæ coniecissent,
 quærereturque ab eo, ⁶⁵ quid his fieri vellet, ⁶⁶ etsi aliquot
 vulnera acceperat eo prælio, & iratus videbatur omnibus,
 qui aduersus arma tulerant, tamen antetulit iræ religio-
 nem, & eos vetuit violari. Neque hoc solùm in Græcia
 fecit, vt templa deorum⁶⁷ sancta haberet: sed etiam⁶⁸ apud
 barbáros summa religione omnia simulacra, arásque con-
 seruauit. Itaque⁶⁹ prædicabat, mirari se non sacrilegorum
 numero haberi, qui supplicibus eorum nocuissent: aut non
⁷⁰ grauioribus pœnis affici, qui religionem minuerent, quàm
 qui sana spoliarent. Post hoc prælium, collatum est omne
 bellum circa Corinthum: ideòque⁷¹ Corinthum est appella-
 tum. Hic cùm vna pugna decem⁷² milia hostium, ⁷³ Age-
 silao duce, cecidissent: eòque factò opes aduersariorum debili-
 tata viderentur: tantùm⁷⁴ astitit ab insolentia gloriæ, vt
⁷⁵ commiseratus sit fortunam Græciæ, quòd tam multi à se
 victi vitio aduersariorum concidissent. namq; illa multitudi-
 ne, si sana⁷⁶ mens esset, Græcia supplicium Persas dare po-
 tuisset. Idem cùm aduersarios intra mœnia compulisset,
 & vt Corinthum oppugnaret, multi hortarentur: negauit
⁷⁷ id suæ virtuti conuenire. se enim eum esse dixit, qui⁷⁸ ad
 officium peccantis redire cogeret, non qui vrbeis nobilissi-
 mas expugnaret Græciæ. ⁷⁹ nam si, inquit, eos extinguere
 voluerimus, ⁸⁰ qui nobiscum aduersus barbaros steterunt,
 nosmetipsi nos expugnauerimus, illis quiescentibus. ⁸¹ quo fa-

Eurypontis excellentem ac præstantem virtutem appellati sunt: & qui Eurysthe-
 nida appellabantur, ij, Agida, seu Agidae dicti sunt, ab Agide Eurysthenis filio.
 Rectè igitur Plutarchus, qui Lacedæmoniorum reges ex Eurypontidarum, & A-
 gidarum familiis fuisse significat: rectè Probus, qui ex Eurysthenidarum, & Pro-
 clidarum, seu Eurysthenis, & Proclis familiis fuisse dicit. Eurypontida enim orti
 erant à Proclidis: Agida ab Eurysthenidis.

7. ex progenie Herc.) hoc paullo antè satis apertè, opinor, ostendimus.
8. harum ex altera) Querat ex familia Proclidarum, seu Eurypontidarum, non poterat rex fieri in locum eius, qui fuisset ex familia Eurysthenidarum, seu Agidarum: neque contra.
9. fieri) regem.
10. qui maximus natus) Herod. lib. supra commemorato. οὗτω δὲ ἐς λεωνίδου αἰετὸν ἐν Βασιλῆϊ καὶ διότι πατρὸς ἐκγονοῦ Κλεομρόπου. καὶ ὅτι τὸν τῶν πρὸς Ἀγαξιδῶν πατρὸς, & c. i. sic igitur ad Leonidam regnum peruenerat, tum propterea quòd erat Cleombroto natus minor. hic enim Anaxandridæ filiorum natus minimus erat, & c.
11. propinquitate) συγγεία.
12. mortuus erat Agis) de morte Agidis & sepultura lege Xenophontem lib. 3. de reb. Gr.
13. quem ille viuus non agn.) secutus sum exempla Veneta, & Florentina. nam alia habent partim, quem ille viuus non agnorat: partim, quem ille natum non agnorat. Verisimile est ex voce, viuus, factum esse, viuens, vt responderet voci, moriens, quasi viuus minus quadraret: quamquam, viuens, non damno natus, suspicor esse inculcatum, quamquam ferri potest, vt intelligamus, natum Leorychidæ à patre non esse agnitum: aliquanto postquam natus est tempore esse agnitum. Nò agnorat autè Leorychidæ Agis, quia suspicabatur, ab Alcibiade procreatum. Consentanea his Plutarchus scribit in Agide. ὁ δὲ πατρὸς τὸν μὲν ἄλλοι χρονον ὑποπίστω τὸν Ἀγιδῆ, καὶ γνησίον ἡμῶν ἐκείνη παρ' αὐτῶν. τοσοῦτον δὲ πατρὸς αὐτοῦ, ἔδεικνυται, ἔπειτα ἐ-
 αυτὸν ἦν ἀποφῆσαι πολλῶν εἶναι ποιεῖ. i. puer autem antea quidem suspectus erat Agidi, & germani filij locum, & honorem non obtinebat apud eum. cum autem se ad pe-
 des patris ægrotantis abiicisset, & multas lacrymas profudisset, persuasit ei, vt se multis presentibus filium pronuntiaret. Athen. lib. 12. pag. 13. de Alcibiade lo-
 quens: ἐν Σπάρτῃ δὲ ἀνέφθρε τὸν Ἀγιδὸς τὸ βασιλέως γυναικὸς Τιμαίαν. ἐπιπλησίον-
 τὸν δὲ αὐτῶν ἑαυτῶν, ἐν ἀκρασίᾳ ἐπέκει στυγερῶν ἔσθῃ, ἀπὸ τῆς ὁ γυνοῦχος ἔδεικνυται. βασιλευ-
 σῆ τε τῆς Σπάρτης, ἢ μὲν ἐπὶ λέρωνται οἱ βασιλεῖς ἀφ' Ἡρακλείους, ἀπὸ αὐτῶν Ἀλκιβιάδου. i.
 Sparta autem cum esset Alcibiades, regis Agidis uxorem corrupit, Timam. ob-
 iurgantibus autem eum quibusdam, se non libidinis & incōtinentiæ causa cum
 illa concubuisse dixit, sed vt is, qui sibi nasceretur, Sparta regnaret, & ne am-
 plius reges Spartani ab Hercule, sed ab Alcibiade orti dicerentur. Pausanias in
 Laonicis scribit, Agidi mali genij impulsu hoc ei in mentem venisse, vt audient-
 tib. ephoris, diceret se non putare Leorychidem filium suum esse. sic, Pausan. καὶ
 οἱ καὶ τὸν αὐτὸν ἀγαθὸν δαίμονα ἐσθλῶν ἐς ἐπιπλοῖν τῶν ἐφόρων εἶπεν, ὡς οὐχ αὐτὸν νομίζου-
 λεοπαυχίδου.

14. eundem moriens suum esse d.) Idem Pausanias ibid. ἐπιλαθε ῥήτορι καὶ Ἀγαμέμνονα ὕστερον καὶ ἐφερον γὰρ τιμωκῶνται οἱ καὶ δὲ Ἰσθμίου ἀπὸ τῆς Ἀρκαδίας αὐτὸν νοσοῦντα, ὡς ἐρίνετο ἐν Ἡρακλῆϊ, τὸ πλῆθος μὲν ῥήτορας ἐποιεῖτο, ἢ μὲν Λεωτυχίδου ἑαυτοῦ πατρὸς ἡγαῖσθαι, καὶ σπῆσι σὺν ἱεσὶ καὶ δακρυόεις ἐπέσκηπτε πρὸς Λακεδαιμονίους ἑαυτὸν ἀπαγγέλλων. ἰ. p. n. nituit tamen Agin posterius eius, quod dixerat. Nam cum esset in urbe Heraca, cumque domum morbo implicitus ex Arcadia reuenteretur, testatus multitudinē affirmavit, se Leotychidem filium suum existimare: & eis mandauit supplex & lacrymans, ut hæc Lacedæmonii renuntiarent. Hæc Pausanias.

15. neque id, quod pet. conf.) quia Agesilaus rex à ciuitate declaratus est: quæ de re deinceps dicemus.

16. nam Lysandro suffr.) sic Plutarchus in Agesil. ἢ μὲν ἀλλὰ τελευτήσαντος τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὁ Λύσανδρος δὲ ἠὲ καταπειναυμαχίης ἡ Σπάρτῃ δεινὰ ἔργα, καὶ μάλιστα ἐν Σπάρτῃ δεινὰ ἔργα, τὸν Ἀγαμέμνονα ὅτι πῶς βασιλεύειν θέσῃ ἤθελον, ὡς ἔχει πρὸς ἑαυτὸν τὸν Λεωτυχίδην. ἰ. Verumtamen Agide mortuo Lysander Atheniensib. iam prælio nauali superatis, plurimum Sparta auctoritate & opibus valens, & factiosus, Agesilaum ad regnum produxit, ac prouexit, tamquam Leotychidæ, qui nothus esset, minime cōueniret. Xenophon in Agesilao non dicit, vllam eare Lysandri operam fuisse, sic enim ille. ἐπεὶ γὰρ Ἀγὶς βασιλεὺς ὢν ἐτελευτήσεν, ἐλευσάντων αὐτὸν τῆς ἀρχῆς Λεωτυχίδης μὲν ὡς Ἀγίδος ὄντος ἦτορ Ἀγαμέμνονος ἦτορ, ὡς Ἀρχιδάμου, κρινάσθαι ἢ πόλιν, ἀνελκιστῆρον, (ἀνελκιστῆρον τῆς) Ἀγαμέμνονος ἢ τῆς ἡγεμονίας, καὶ τῆς ἀρχῆς, τῆς ἑστῆσαντο βασιλείας. ἰ. Postquam enim Agis cum rex esset, mortuus est, de regno inter se contendentibus Leotychida & Agesilao, Leotychida quidem, ut Agidis filio, Agesilao verò ut Archidami, ciuitas arbitrata Agesilaum & genere, & virtute minus affinem esse reprehensionis, aut criminationis, hunc regem creauit. Ne illud quidem prætermittendū est, quod iis respondisse Lysandrum tradit Plutarchus, qui proferebāt oraculum, quo monebantur Lacedæmonij cauere, ne regnum claudicaret: idque ita interpretabantur, claudum hominem in regnum recipiendum non esse: quare Agesilaum, qui claudus esset, à regno esse repellendum. hoc igitur Lysandrum illis opposuisse, ac retulisse narrat Plutarchus: si Lacedæmonij illo oraculo commouerentur, ac terrerentur, Leotychidem eis esse vitandum. Nihil enim referre deo, vtrum aliquis offensus pede claudicet, necne: sed si quis non germanus ciuis, neque ab Hercule prognatus, regnet. hoc enim esse claudum regnum. Sed præstat Xenophontis verba ascribere, vnde videtur illa sumfisse Plutarchus: apud quem tota hæc inter Agesilaum & Leotychidem de regno contentio illustri dialogo exponitur. sic igitur Xenoph. lib. 3. de reb. Gr. ἐπεὶ δὲ, ὡς εἰώθεσαν, αὐτὸν ἡμέρας παρήλαστον, καὶ ἐδὴ βασιλεύει κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ Ἀγαμέμνονος βασιλεύειν ἠξίον. αὐτὸν τελέει αὐτὸν βασιλείας Λεωτυχίδης, ἢ ὁ φάσκων Ἀγίδος ἦτορ. Ἀγαμέμνονος δὲ ἑὸν ἀδελφὸς ἐστὶν ἑπὶ τὸν Λεωτυχίδου, ἢ ὁ τὸ μὲν ὡς Ἀγαμέμνονος, ἐν ἀδελφόν, ἀλλ' ἢ ὄν βασιλεύει βασιλεύειν κελεύει δὲ ἢ ὄν καὶ μὴ τὸ γὰρ αὐτὸ ὡς ἀδελφὸς βασιλεύει. ἐμὲ οὖν αὐτὸν δέοι, ἐφῆ δὲ Ἀγαμέμνονος. πᾶς ἐμὸς γὰρ ὄντος ὅτι ὄν ἡγεμονίας κατὰ τὸ δίκαιον, ἐφῆ σέ τίς ἑαυτοῦ. ὅτι ἢ πολλὸν κάλλιον εἶδ' ἂν μὴ τὸν ἐμὸν ἐπιφύσιν. ὅτι καὶ ὁ Πισσαγόρας ὡς μάλα ψυδοδύου, κατεμύωσεν ἐν τῷ ἡγεμονίᾳ ἐξελείπει σφισιν ἂν ἐπὶ φαρῶν πρὸς τὸν πατέρα. συμμαρτυρεῖ αὐτὸν αὐτὸν καὶ ὁ ἀγῆθ' ἑστῆσαντος λεγόμενος ἡρότος ἦτορ. αὐτὸν γὰρ τὸν ἐφύσιν, καὶ ἐφῆ ἢ ἐν τῷ δαίμονι, δὲ κατὰ μίμν' ἐξήρουν. οἱ γὰρ τοῖσιν ταῖς ἐλεγε.

Διοπίδης

inter¹²² Cyrenas & Aegyptum: in¹²³ morbum implicitus decessit. Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre possent, ¹²⁴ quod mel non habebant, cera circumfuderunt: atque ita domum retulerunt.

AGESILAVS.

TVM eximie à Xenoph.) quæ etiam nunc exstat laudatio.

2. Socratico) Socratis discipulo, ut ex scriptis Xenophontis facile apparet. Vtrum autem Plato & Xenophon inter se obrectarint, & æmulati sint, necne, disputat A. Gellius lib. 14. cap. 3.

3. eo enim usus est familiarissimè) dubium est vtrum dicat Probus, Xenophontem usum esse Agesilao familiarissimè, an Agesilaum Xenophonte. Mihi quidem videtur illud potius.

4. cum Leotych. fr. fil.) sic Xenophon in Agesil. ἐλευσάντων αὐτὸν τῆς ἀρχῆς Λεωτυχίδης μὲν ὡς Ἀγίδος ὄντος ἦτορ, Ἀγαμέμνονος δὲ ὡς Ἀρχιδάμου, ἔσθ' ἰ. cum de regno contendissent Leotychides & Agesilaus, ille ut Agidis fil. hic ut Archidami, ἔσθ' ἰ.

5. nom. mag. quam imperio) Nam ita ephori oppositi fuerant à Theopompo regibus, ut reges ephororum potestati subiecti essent, ut supra diximus in Pausania pag. 5. 7. Sic in Timoleonte, in extr. vbi de regibus loquitur, Lacedæmonius Agesilaus nomine, non potestate fuit rex, sicut ceteri Spartani. Itaque eo diuturnus fuit regnū Lacedæmoniorū. Quæto enim, ut ait Aristoteles lib. V. cap. XI. de optima reipubl. forma, pauciorū rerū penes principes singularis potestas est, tæto diutius omnis principatus singularis maneat necesse est. Nam cum ipsi minus fiunt dominorum in morem imperiosi, tum moribus efficiuntur magis ad æquitatem, atque æqualitatem propensi, tum ciuibus minus sunt inuidiosi. Tradit porro Xenophon Lacedæm polit. in extr. Lacedæmone reges, & ephoros singulis mensibus mutuo iurare consueuisse: ephoros pro ciuitate: reges pro seipsis. Insurandum autem tale fuisse, regum quidem, se ex legum scripturarum præscripto regnatos: ephororum verò, & ciuitatis, se regnum firmum & stabile reddituram, si rex insurandum seruet. Idem in Agesil. scribit, neque ciuitatem vquam regibus inuidisse quod aliis antepontantur, eorumque imperium euertisse: neque reges plura, quam quibus cōdicionibus regnum adepti sunt, concupiuisse. Itaque nullum aliud imperium, inquit ille, apparet permanfisse diuturnum, & indissolutū, neque populi potentiam, neque paucorum principatum, neque tyrannidem: sed hoc solum regnum manet perpetuum & perenne. Verba Græca non ascribam.

6. ex duab. fam. Proclis & Eurysth.) Quoniam videntur Herodotus, & Plutarchus, Pausanias, & Probus non satis inter se congruere, plurib. verbis tota hæc regum Lacedæmoniorum generis ratio explicanda est. Ac primū sanè ab Herodoto ordiamur. Sic igitur Herodotus lib. 7. seu Polyhymn. fere sub extr. Λοιπὸν δὲ ἀναξίμου δειδέειν, τὸ ἄετοντος, τὸ Εὐρυκράτηδεω, τὸ Αἰαξιδέω, τὸ Εὐρυκράτης, τὸ Πολυδάροιο, τὸ Ἀναξαμένειος, τὸ Τελέκλου, τὸ Ἀρχιδέω, τὸ Ἠρακλῆω, τὸ Ἰσθμίου, τὸ Ἰσθμίου, τὸ Λεωτάροιο.

πω, ὁ δ' Ἐχσπάρτου, τὸ Ἡγήσιος, τὸ Εὐρυδίνεος, ὁ Αἰσοδήμου, τὸ Δεισομάχου, τὸ Κλειδάου, τὸ Ἰλίου, τὸ Ηγεκλέος, i. Leonides rex Lacedaemoniorum, filius Anaxandri-
 dae, filij Leontis, cuius pater Eurycratidas, filius Anaxandri, qui filius erat Eury-
 cratis, filij Polydori, cuius pater erat Alcamenas, cuius pater Telecles, filius Ar-
 chelai, filij Agefilai, filij Doryagi, filij Leobotis, filij Echeprati, cuius pater Hēgesis,
 filius Eurysthenis, filij Aristodemi, filij Aristomachi, filij Cleodai, filij Hylli, filij
 Herculis. Ex quibus verbis intelligimus, reges Lacedaemoniorum ultimam origi-
 nem ab Hercule repetere. Hoc posito, illud praeterea tenendum est, non semper, ne-
 que omneis Heraclidas apud Lacedaemonios regnum obtinuisse: sed tum demum
 cum in regnum restituti sunt, Aristodemi filij, Procles & Eurysthenes, quos
 commemorat Pausanias in Laconicis non longe à principio, & M. Tull. lib. 2. de
 diuinat. M. Tullij verba sunt haec. Procles & Eurysthenes Lacedaemoniorum re-
 ges, gemini fratres fuerunt. At hi nec totidem annos vixerunt: anno enim Proclis
 vita breuior fuit, multoque is fratri rerum gestarum gloria praestitit. Pausanias
 sic. Εὐρυδίνεος παρῶν τέρψοντος Αἰσοδήμου παίδων ὄντι ἡλικίᾳ, ἤντε δὲ καὶ λέγουσι ὅτι Ἀχι-
 λῆος υἱὸν δὲ τὸ ἦθος τὸ Εὐρυδίνεος καλοῦσιν Ἀχιλῆος. i. Eurysthenis natu maioris Ari-
 stodemi liberorum filium fuisse dicunt Agin. ab hoc genus Eurysthenis Agidas
 appellant. Idem pag. 6. Προκλῆς ὁ Αἰσοδήμου τὸ παίδων ἔχων, ὃ ὄνομα πῆται Σόου.
 Εὐρυπώντων δὲ τὸ Σόου φασίν ἐς Σόου τὸν ἀφικέσθαι δόξης, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ὡς πῶν, Εὐρυ-
 πώντων δὲ ὄνομα ἀπ' αὐτῶν λαβῆν, Γρικηίδας ἐς ἐκείνους καλουμένων. i. Procles alter Ari-
 stodemi filius, filium habuit, cui nomen imposuit Soo: Eurypontem autem Soi fi-
 lium aiunt ad tantam gloriam peruenisse, vt haec familia Eurypontidarum no-
 men ab eo consecuta sit, qui antea Proclidæ vsque ad illum appellati fuerant.
 Nunc ad Plutarchum veniamus. sic igitur Plutarch. in Lyfandro. δι' ὅντα δὲ τὸ βί-
 βλιν, ὃν ἡ γράμματα ἴστω ὁ δὲ τῆς πολιτίας λόγος, ὡς καὶ τῶν Εὐρυπώντων (sic autem
 legendum, non vt vulgò, Εὐρυπώντων, aut Εὐρυπώνιδων, quod mendum secuti
 sunt omnes interpretes: nisi corruptus est Pausanias: quod non fit mihi verisimile)
 καὶ Ἀχιλῆων, seu Ἀχιλῶν, τὴν βασιλείαν ἀφελομένων εἰς μέτρον Σπάρτας, καὶ πρὸς τὴν αἰρε-
 σιν ἐκ τῶν ἀείων, ἢ καὶ μὴ τῶν ἀμφ' Ηγεκλέος, ἀπ' οἷος Ηγεκλῆος τῆ ἀρετῆ κρινομένων τὸ
 γένος ἦ, ἢ κακίους εἰς Σπάρταν ἡμᾶς ἀνήχθη, &c. i. Reperit autem Agefilans libel-
 lum à Lyfandro scriptum de rep. administranda, oportere regnum Eurypontidis
 & Agiadis ademptum in medio ponere, optionemq; seu electionem ex viris opti-
 mis facere, vt non eorum, qui ab Hercule prognati essent: sed eorum, qui tales vir-
 tute iudicarentur, qualis Hercules fuit, munus ac praemium esset: qua & ille ad
 honores deorum sublatus est. Quid igitur haec aut inter se, aut à Probo discrepant
 nihil, aut parum admodum. Probus ait, reges Lacedaemoniorum ex duabus fa-
 miliis creari solitos, Proclis, & Eurysthenis. Plutarchus significat ex Euryponti-
 darum, & Agidarum familiis sumi consueuisse: Herodorus ad Herculem refert
 regum Spartanorum genus, tanquam ad fontem, ac parentem. haec omnia inter
 se consentiunt. Nam Procles & Eurysthenes filij erant Aristodemi: Aristodemus
 ab Hercule prognatus erat. Familia, à quibus reges Lacedaemonij sumebantur,
 Proclidarum, & Eurysthenidarum antea dicebantur, vt tradit Pausanias. po-
 stea verò qui Proclidæ dicebantur, Eurypontidæ ab Euryponte Proclis filio ob

Διοπίθης δὲ μάλα χρησιμολόγος αἴψα, Ἀεωτυχὴν σπάρταρον ἔπει, ὡς καὶ Ἀπολλῶνος
 χρησιμὸς εἶπ, φυλάξασθαι τὴν χαλκίαν βασιλείαν. Λύσανδρος δὲ πρὸς αὐτὸν ἄσπ
 λαίου αὐτίπην, ὡς ἐν οἷοιτο τὸν θεὸν τὸ πικρὸν φυλάξασθαι, μὴ πρὸς ἀσπίδας ἡς χαλκίαν
 δὴ μάλλον μὴ ἐν ὧν ἔσθαι βασιλεύσῃ. παντὶ πασι γὰρ αὐτὸν χαλκίαν εἶπ τὴν βασιλείαν, ὁ πῶ-
 τι ἡς μὴ σπῶ Ηγεκλέος, τῆς πόλεως ἡγήται. Ἐπειὶ τα ἀκουσασα ἡ πόλις ἀμφοτέρων, Ἀχι-
 σίλαον εἰλοντο βασιλεῖα. i. Postquam dierum numerus vsitatus praeteriit, & regem
 creari oportebat, & Agefilans vt regnaret, postulabat: de regno Agefilao recla-
 mabat Leotychides, cum se Agidis filium esse diceret. Agefilans autē frater erat.
 cum autem dixisset Leotychides, At lex, Agefilae, non fratrem, sed filium regis
 regnare iubet: quòd si filius non existet, fratrem: Me igitur, inquit Agefilans, re-
 gnare oporteat. Quo pacto, inquit ille, me filio superstite? quia, inquit, is, quem pa-
 trem appellas, te filium suum negauit esse. Quin ea, quae multo certius scit, quàm
 ille, mater, etiam nunc idem dicit. Iam verò Neptunus index aduersus te, mentiri
 te indicauit, qui patrem tuum ex lecto geniali terrae motu excussum in propa-
 tulo posuit. Testimonium in te vnà cum eo dixit & id, quod verisimum esse di-
 citur, tempus. Nam posteaquàm Agis cum matre tua postremum rem habuit, & in
 lecto geniali postremum visus est, mense decimo natus es. Talia quidem hi dice-
 bant. Diopithes autem, homo oraculorum interpres clariss. Leotychidæ suffra-
 gans, dicebat Lacedaemonios oraculo Apollinis moneri, vt regnum claudum vi-
 tent. Lyfander verò ei pro Agefilao contrà respondebat, ac referebat, se non exi-
 stimare, deum hoc vetare, nequis pede offenso titubet, aut claudicet, sed potius ne
 quis, non ex Hercule genere, regnet. Omnino enim claudum esse regnum cum
 qui non ab Hercule prognatus est, ciuitati praest. Talibus ab vtroque auditis, ci-
 uitas Agefilauum regem creauit. Proferunt autem oraculum illud Plutarchus in
 Agef. & Pausanias in Laconicis. quod tale est,
 Φεζέο δ' ἀσπίρη καὶ πρὸς μετὰ λαυχοῦ εἶουσα,
 Μὴ σπῶν ἀρ' ἰπποδὸς βλάψῃ χαλκὴ βασιλεία, id est,
 Sparta vide, sis ipsa ferox licet atque superba,
 Ne te, quae reecta es, laedat claudo pede regnum.
 17. vt ostendimus supra in Lyfandro: quem fuisse Aristocriti filium, quia fugit
 nos admonere lectorem suo loco, hic vel alieno relatum sit potius, quàm praeter-
 missum.
 18. persuasit Lacedem.) Immo verò Lyfander (vt tradit Plutarchus) cupiens
 in Asiam reuerti, & amicis suis, quos in Asia vrbibus reliquerat, opitulari: cum
 quidam nuntiassent, Persarum regem exercitum & classē comparare, vt La-
 cedaemonios è mari pelleret: Agefilao persuasit, vt huius belli gerēdi prouinciam
 sibi deposceret, & quàm longissimè à patriabellaret, & regis Persarum appara-
 tum antecueret: eadēque opera, atque uno tempore ad amicos suos eos, qui e-
 rant in Asia, scripsit, vt certos homines Lacedaemonem mitterent, qui Agefilauum
 imperatorem poscerent. Sic fere Xenophon lib. 3. de reb. Graec. καὶ τῶν ἠραδίας
 ἡς συστρατοῦσιν ἐν Φοινίκῃ ὡν, καὶ ταυκλήρου ἡνὸς, καὶ ἰδῶν τελέρες φοινίκους, &c. Ἐν γὰρ
 λε τῶς λακεδαίμωνίος ὡς βασιλέως, ἔτι ἰσχυρότερος τ' ἰσχυρὸν ἔσθαι πρὸς ἀσπίδας ὡς ἰδῶν ὁ-
 πτε δὲ, οὐδὲν ἔφη εἰδέσθαι. αἰετῆρωμένων δὲ τῶν λακεδαίμωνιων, καὶ τῶς συμμάχους ἔχοντων.

γόντων, καὶ βαλθουμένων τὴν ποιεῖν, Ἰούστιδρος τομίζων ἐπὶ ναυπηκῶν πολὺν ἀελλέσεσθαι
 τοῖς ἠλλωσιν, καὶ τὸ πρὸν λογιζόμενος αἰς ἐσάθει τὸ μὲν Κύρου αἰσθάσει, πρὶν δὲ Ἀγχιλαίου
 ὑποστῆναι, εἰ αὐτὰ δῶσινται τελευτῶντα σαυραπῶν, ἐς διαχλίους δὲ νεοδαμωδῶν, ἐς ἔξα-
 κισλίους δὲ τὸ σωπαγμα ἑστὶ συμμάχων, εὐραπέεσθαι ἐς πλεῖστον Ἀσίαν. πορὸς δὲ τούτω τῇ λογι-
 σμῶς, ἐπὶ σὺν σιωπῆσιν αὐτὰ ἐβούλετο, ὅπως ταῖς δεκαρχίαις ταῖς καπταχίαις ἐπὶ κεί-
 νου οὐ ταῖς πόλεσιν, οὐ πεπωκῆσθαι δὲ ἔδει τοῖς ἐφόροις, οἱ ταῖς παλαιῶν πολιτίας παρήσεισαν,
 πρὶν καπταχίαις μετ' Ἀγχιλαίου. i. Postea verò Herodas quidam Syracusanus, cūm
 in Phœnicia esset cum quodam nauclero, & triremibus Phœnissas vidisset, & c. id
 Lacedæmonius nuntiavit, tanquam rex Persarum, & Tissaphernes hanc classem
 compararent. quò autem, scire se negavit. Lacedæmonius porrò hoc nuntio exci-
 tatis atque erectis, cūm socios suos in unum coëgissent, & quid opus esset facto,
 vnà consultarent: Lysander existimans classe Græcos longè superiores futuros,
 & pedites, qui cum Cyro in Asiam profecti erant, servatos esse incolumis cum
 animo suo reputans, persuadet Agefilao vt promittat ac recipiat Lacedæmonius,
 si sibi dent ciues spartanos triginta, qui sibi in consilio adsint, nouorum ciuium
 autem ad duo millia, sociorum ad sex millia, se Asia bellum illaturum. In hac ra-
 tione iteunda vnà cum eo in Asiam proficisci volebat, vt decemuirales potesta-
 tes in urbibus Asia ab illo constitutas, quæ ab ephoris sublatae erāt, qui antiquam
 & patriam reip. administrande formam seruari iusserant, cum Agefilao restitue-
 ret. Idem in Agef. paullo aliter, quàm in lib. 3. de reb. Gr. & fere ita vt Probus,
 sic enim ille. ἄρπ' δὲ ὄντες αὐτῶν ἐν τῇ ἀρχῇ ἐκείνη ἕλθον βασιλεὺς ἀφ' ὧν ἀφ' οἷζων ἔισαν-
 πῶν τῶν πλεον πολὺ σραπύμα, ὡς ἐστὶ τοῖς ἐν ἠλλωσιν. βαλθουμένων δὲ ἀελλέσεσθαι τοῦτων λακεδαίμων-
 τῶν, καὶ ἑστὶ συμμάχων Ἀγχιλαίου ὑπέστη, εἰ δὲ αὐτῶν πεπηκῶντα μὲν σαυραπῶν, τε-
 λευτῶν δὲ νεοδαμωδῶν, ἐς ἔξακισλίους δὲ τὸ σωπαγμα ἑστὶ συμμάχων, εὐραπέεσθαι ἐς τὸ
 Ἀσίαν, ἕπ' ἐπισσεσθαι ἀνακισθέν τὴν βασιλείαν ἥτοι εἰρήνω πρὸς ἡμῶν, ἢ ἀπολέμεν βούληται
 ἐβάρβαρος, ἀφελίαν αὐτῶν παρὲξ ἐστι σραπύειν ἐπὶ τοῖς ἠλλωσιν. i. Tantùm quòd autem
 Agefilaus regnum obtinere cœperat, cūm allatus est nuntius, regem Persarũ clas-
 sem, & exercitum pedestrem ingentem comparare, tanquam Græcis bellum illa-
 turum. Consultantib. autem his de rebus Lacedæmonius, ac sociis, Agefilaus pro-
 misit ac recepit. si sibi dederint Lacedæmonij quinquaginta Lacedæmonios, quo-
 rum consilio vtatur, nouorum ciuium tria millia, sociorum autem ad sex millia,
 se in Asiam transfuturum, & vel regem Persarum, vt pacem faciat, cogere cona-
 turum atque experturum: vel, si bellum paci barbarus anteponat, se tantum ei
 negotij exhibiturum, vt de bello Græcis inferendo desinat cogitare. Diod. autem
 lib. 14. sic hanc rem narrat. καὶ δὲ πλεῖστον ἠλλωσιν λακεδαίμωνιοι ποροράμενοι τὸ μέγιστον ἢ
 πορὸς ὧσιν πολέμου, τὸ ἐπρόν ἑστὶ βασιλέων Ἀγχιλαίου ἐπέστησαν τοῖς ποροράμασι. εὐστὶ δὲ
 ἔξακισλίους εὐραπῶνας ἔπιλέξαντες, τελευτῶντα δὲ ἑστὶ πολιτῶν εἰς τὸ σωέδριον τοῖς ἀελλέσεσθαι
 καπταχίαις, διεβούλετο στωάμεν ἐν τῆς Εὐρώπης εἰς Εφεσον. i. In Græcia autem Lacedæmonij belli Persici magnitudinem prouidentes, alterum ex regib. Agefilaum
 reb. gerendis prafecerunt. Hic autem sex militum millibus, & triginta Spartia-
 tarum fortissimis, atque optimis ad consilium cum eis incundum sumtis, traiecit
 exercitum ex Asia Ephesum. Sed non videtur silentio pratereundum quòd scri-
 ptum reliquit Plutarchus in apophth. Lacon. neque vsquam alibi reperi, Agefi-

laum, cūm vellet regi Persarum bellum inferre, vt Græcos, qui erant in Asia, libe-
 raret, consultũ iuisse Dodoneum oraculũ: cūm autẽ Iuppiter Dodoneus respon-
 so suo Agefilai consilium, conatũque approbasset, responsumque Iouis ephoris
 renuntiafferit: illos iussisse eum eadem de re Delphos proficisci, & Apollinem con-
 sulere: cūm ille ad oraculum Delphicum peruenisset, Apollinem sic interrogasse,
 Apollo, idẽmne tibi videtur, quòd patri? cūm ille idem, quòd patri, sibi probari
 respondisset, idque Agefilaus Lacedæmonius renuntiafferet, imperatorem ad bel-
 lum Persicum missum esse. Verba Plutarchi Græca non ascribam.
 19. bellũque regi fac.) sic sepe loquitur M. Tullius, exempli causa lib. 6. ac-
 cus. Tu, quos seruos arma capere, ac bellum facere in Sicilia voluisse cognoras,
 & de consilij sententia iudicaras, hos, & c. & Catilinaria secunda. nullus rex,
 qui bellum populo Ro. facere possit.
 20. docens (satius esse) sic Xenophon in Agef. διδούσιν μὲν οὖν πολλοὶ ἠγασθῆσαι, ὡς τὸ
 εὖ ποτὸν ἔπιδουμῶσαι, ἐπιδῶν δὲ ἄσπις πορὸν ἐπὶ πλεῖστον ἠλλωσιν διεβού, αὐτῶν δὲ ἠλλωσιν εὐ-
 πῶν αὐτῶν, πῶς αἰρεῖσθαι ἔπιδῶντα μάχῃ, ἢ ὑπομῶντα, μάχεσθαι αὐτῶν, καὶ τὸ ἔκαστον ἀνα-
 παύωνται μάχῃ, ἢ τῷ ἑστὶ ἠλλωσιν, βύλεσθαι πλημεῖν κάλλιστον δὲ πρὸς ἅπαντας ἐκείνοις, μὴ πε-
 εἰ τῶς ἐλλωσιν, ἢ ἡμῶν ἀελλέσεσθαι τῆς Ἀσίας τὴν κῶνα κατιστάσει. i. Statim igitur multi admira-
 ti, atque amplexi sunt Agefilai conatum, quòd cūm Persæ antea in Græciã tran-
 sissent, nunc Agefilaus contrà in Persas transire cuperet, & quòd eum adortus,
 quàm eius aduentu expectato, cum eo dimicare: resque illius, quàm Græcorum,
 consumendo, bellum gerere mallet. Omnium autem pulcherrimum iudicabatur,
 eũ non de Græciã, sed de Asia certare. Non laudat tamen Isocrates hunc Agefilai
 conatũ, in oratione ad Philippum, eò quòd non prius Græcos inter se conciliarit,
 quàm regi Persarum bellum inferret.
 21. namque fama exierat.) secuti sumus exempla Basileens. aliãque multo
 antiquissima: quæ sic habent. Nam in Venetis & Florent. impressum est, famam
 exire, vt sint verba Agefilai scilicet, non Probi: minus rectè, opinor.
 22. imparatos, imprud.) sic locutus est suprã in Datame. ibi. facilius se imparata-
 tum, imprudentemque parua manu oppressurum.
 23. offenderet) καὶ πρὸς τοῖς, occuparet, deprehenderet, opprimeret, reperiret. Sic
 loquitur & M. Tull. lib. 2. epistol. ad famil. aut ne ad eã meditare, imparatum te
 offendam. & Terentius Heautont. Texentem telam studiosè ipsam offendimus.
 24. indutias (à Lacone petiuit) Xenoph. lib. 3. de reb. Gr. ἐπὶ δὲ ἐκείσε ἀφίεσθαι,
 πορὸν μὲν ἵστια φέρεις πέμπεις, ἦρετο αὐτῶν, τίνας διαρκῶς ἦκοι. ἢ ἐπὶ τῆσιν, ὅτι αὐτῶν οὐκ
 ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πλείεσθαι, αἰσθασι καὶ παρ' ἡμῶν ἐν ἠλλωσιν: πορὸς τῶντα εἶπεν, ὁ Τισσαφίερ-
 νης, εἰ τῶντα δέλεις ἀπεσσεσθαι ἕως αὐτῶν ἐγὼ πορὸς βασιλέα πέμπεις, ὅμαι αὐτῶντα δέ-
 πορὸς ἔασθαι, ἀλλ' ὅμαι αὐτῶν τῶντα διαπορὸς ἔασθαι, ἀποπλεῖν, εἰ βούλοιο. αὐτῶν βούλομαι
 αὐτῶν, εἰ μὴ οἰομαι, ὑπὸ τῶν ἔλαπατασθαι, ἀπ' ἔσθαι, εἰ μὴ, ὅτι τῶντα πῆσαν λάεσθαι, ἢ μὲν
 ἀδελφῶς σὺ πορὸν τῶντα ἡμαῖς μὴ δὲ τῶντα σῶς ἀρχῆς ἀδελφῶς ἐν ταῖς σαυραπῶν. ἐπὶ
 τούτοις ῥηθῆσθαι Τισσαφίερνις ὡς ὅμαι τοῖς πεπορῆσθαι, & c. i. Posteaquã autem illic
 (Ephesum) peruenit Agefilaus, primũ quidem Tissaphernes missis ad eum certis
 hominibus, interrogauit eum, quamobrem veniret. Ille autem respondit, se ea gra-
 tia venire, vt ciuitates, quæ sunt in Asia, proinde liberæ sint. & sicut legib. vnan-

tur, ut quæ sunt in Græcia. Ad hæc Tissaphernes, Si vis, inquit, mecum pacisci, & facere indutias dum ad regem mitto, spero me hoc confecturum. At puto me, inquit Agesilaus, si ista confeceris, in Græciam reuersurum, si velis. Ego vero velim, inquit ille, nisi verear ne à te decipiar. At licet tibi, inquit Agesilaus, horu fidem accipere, si ista sine dolo conficias, Me sine maleficio & iniuria per totam provinciam tuam, intra indutiarum & fœderum tempus, iter facturum. His conditionibus latis, & his verbis præscriptis, iuravit Tissaphernes iis, qui ab Agesilao missi ad eum fuerant, Erippidae, & Dercyllidae, & Megalio, se sine dolo pacem seruaturum. Illi autem contra iurarunt, & c. Idem in Agesil. paullo breuius. Τισσαφέρνης ἔδωκε μισθὸν Ἀγησίλαῳ, εἰ ποιήσεται ἕως ἔλθῃεν οἱ πρὸς βασιλεῖα Ἀγησίλαου, ὅσα τὰ ἀξίως αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ αὐτονομίαις πρὸς τὴν Ἀσίαν πόλεος ἑλληνίδας. Ἀγησίλαος δὲ αὐτὸν μισθῶν, & c. i. Tissaphernes quidem iuravit Agesilao, si secum pacifceretur indutias, donec nuntios ad regem mitteret, se ei effectum daturum, vt ciuitates Græcorum, quæ sunt in Asia, liberentur, suisque legibus vti possint. Agesilaus autem contra iuravit, se indutias sine dolo seruaturum, tribus mensibus ad rem conficiendam præfinitis. Polyænus hac de re sic lib. 2. strategem. Ἀγησίλαος εἰς Ἀσίαν ὅτι διέειπεν, ὅτι πρὸς βασιλεῖας ἑλληνίδας, ἡλισταφέρνης ἀποχρῆσται σὺν ἐκείνῳ ἂν ἀποχρῆσται εἰς τὰς πόλεις μισθῶν ἐφ' ἃ τὸν βασιλεῖα πῶσαι, ὅσα πόλεις ἑλληνίδες ἐν Ἀσίᾳ, ἀπονομίαις ἀφ' ἑαυτοῦ. οἱ ἑδῶ οὗ ἑλληνες αὐτὸν ἔδιδον πρὸς τὴν ἀποχρῆσται. ὁ δὲ τῶν πολλῶν ἔδειξεν ἀποχρῆσται τῶν ἑλληνῶν, ὅτι ἀποχρῆσται ἡ πόλις. Ἀγησίλαος δὲ ἡ φαιδρὸς πρὸς τὸν ἀποχρῆσται, δηλαδὴ γαυροὺς ἐστράτηγος, ἡ γὰρ ὅτι ἔλεον οἱ δὲ Τισσαφέρην τῆς ἑπιτορίας. ἑαυτοῦ γὰρ πολεμίας τῶν θεῶν εἰπέσει, ἡ μὲν ὁ συμμαχίας. ἡ γὰρ τῶν ἐστράτηγος, ὡς μαχόμενοι μὲν περὶ τῶν συμμαχίας. αὐτὸν δὲ τῶν οἱ ἑλληνες ὅτι ἀποχρῆσται τῶν συμμαχίας, ἐπὶ τῶν βαρβάρων. i. Agesilaus cum in Asia transisset, & regis Persarum imperij sineis popularetur, Tissaphernes indutias cum eo pactus est. Indutiæ autem trium mensium fuerunt, his conditionibus, vt regi Persarum persuaderet, quotquot Græcorum ciuitates essent in Asia, vt eas suis legibus vti sineret, & liberaret. Græci igitur diem præstitutam exspectabant. Tissaphernes autem, magna manu facta Græcos inuasit. Illi totis castris metu trepidare. At Agesilaus contra hilari vultu, gaudens scilicet exercitum ducere, cum diceret se Tissapherni habere gratiam, quod peierasset. sibi enim (inquit) deos inimicos, atque infestos reddidit, nobis autem adiutores, ac socios adiunxit. Eamus igitur bona spe freti, tanquam prælium commissuri, tam potentibus belli adiutoribus ac sociis ad nos aggregatis. Animus Græcis accessit, imperatoris oratione confirmatis: & prælio commisso, barbaros superarunt. Viget ascribere quæ Plutarchus eadem de re tradit in Agesil. pag. 3. ἔπει δὲ Τισσαφέρνης ἐν ἀρχῇ μὲν φερόμενος πρὸς Ἀγησίλαον, ἐπιτίθειτο αὐτῷ, & c. i. Posteaquam autem Tissaphernes cum inuadit Agesilaum pertimisset, indutias cum eo fecit, & c. satis est enim mihi locum le-ctori indicaſse.

- 25. vt Lacedæmoniis cum rege conu.) vt Lacedæmoniū à rege quæ vellent, impetrarent: id est, vt rex Persarum sineret ciuitates Græciæ, quæ erant in Asia, esse liberatas, & vti suis legibus. Ita enim futurum erat, vt Lacedæmoniis cum rege conueniret.
- 26. re autem vera ad cop. comp.) repete ἀπὸ κοινῶν, petiuit. Nam hæc verborum.

feries est, petiuit indutias à Lacone, simulâs se d. op. & c. sed re vera petiuit indutias ad cop. comp.

- 27. trimestre:) sic Xenophon, Plutarchus, Polyænus, vt supra ostendimus.
- 28. sine dolo.) ἀδόλως, bona fide.
- 29. in qua pactione.) manere in officio, manere in fide, manere in sententia, manere in pactione & pulchrè dictum, & bonis scriptorib. vsitatum, & à Græcis expressum, atque imitatum, sic enim illi ἐμμένειν ταῖς συνθήκαις, τῶν ἀπολογιστέων, τῶν νόμοις, ἢ τῷ νόμῳ, & sim. Virgil. lib. 8. æn. at in dictis Albane maneres. sine præpositione.
- 30. contra ea) sic solet loqui Probus, vt alibi indicauimus: pro quo alij contra, simpliciter. quanquam etiam à Cæsare aliquando, contra ea, vsurpatum esse ostendimus.
- 31. quod Tissaphernes periur) sic Xenopho in Agesilao. ὁ μὲν δὲ Τισσαφέρνης ἂν ὠμύσων, δι' οὗ ἐψεύσατο. ἂν πὶ γὰρ τὴν εἰρήνην ἀποχρῆσται, ἐστὶ πύμα πολὺ ἀξίως βασιλεῖας, τῶν ὅσων ἀποχρῆσται εἰς τὰς, μετὰ πρὸς τὸν Ἀγησίλαον δὲ, ἡ γὰρ αὐτὸν ἔδιδον τῶν ὅσων ἐνέμενε πρὸς ἀπονομίαις. i. Tissaphernes igitur, quæ iuravit, continuo médacio perturbauit. Nam pro eo vt pacem seruaret, magnum exercitum à rege, præter eum, quem antea habebat, arcessiuit. Agesilaus verò, quamuis hæc sentiret, tamen in pactione & fœdere manebat. Sic fere idem Xenophon lib. 3. de reb. Græc. atque adeò in idem propemodum verbis. Polyænus quoque re congruit, vt paullo antè indicauimus: Plutarch. paullo aliter, vt mox ostendemus.
- 32. suis reb. abalien.) id est, à suis rebus alienaret. licebat & repetita præpositione ita dicere, à suis rebus abalienaret: quo de genere aliàs. Quod ad rem attinet autem, sic Xenoph. in Agesil. ἐμὸν οὖν τῶν ἀποχρῆσται τῶν κατὰ τὸν νόμον ὅσα ἀποχρῆσται, ὅτι Τισσαφέρην ἐμὸν ἔμενον ἑπιτορία, ἀπὸ τῶν πῶσαι ἐπέμεινε. ἑαυτοῦ δὲ ἀπὸ τῶν εἰς ἀποχρῆσται τῶν ὅσων ἐμπεπύετο, ἔπιπτε δὲ σὺν τῶν κατὰ τὸν νόμον ἀποχρῆσται, πρὸς τῶν ἐπέμεινε, ἡ γὰρ ἐπὶ τῶν βαρβάρων σὺν τῶν ἀποχρῆσται, εἰ βέλονται. i. Mihi igitur primùm videtur hoc præclare fecisse, quia cum Tissaphernem declarauit esse periurum, infidum in omnibus reddidit: Cum autem se ostendit, primùm quidem in iurandum sanctè seruare, deinde verò in pactione manere, neque fidem fallere, effecit vt omnes & Græci & Barbari, si vellet, sese cum eo coniungerent. Idem lib. 3. de reb. Gr. Ἀγησίλαος δὲ μάλιστα φαιδρὸς τῶν ἀποχρῆσται ἀπαγγέλει τῶν ἀποχρῆσται ἐκείνῳ, ὡς πολλὰ ἔλεον αὐτῶν ἔχει, ὅτι ἐπιτορίας, αὐτὸν ἔδιδον τῶν κατὰ τὸν νόμον ὅσων ἐπέμεινε, ἡ γὰρ ἑλληνῶν συμμαχίας ἐπέμεινε. i. Agesilaus autem valde hilari vultu Tissapherni legatos renuntiare iussit, magnam ei gratiam habere, quod periurio suo sibi quidem deos iratos reddidisset, Græcis verò adiutores ac socios adiunxisset. Sic Polyænus, Ἀγησίλαος δὲ ἡ φαιδρὸς πρὸς τὸν ἀποχρῆσται, & c. nam supra iam retulimus.
- 33. seruata religione) id est, seruato iureiurando. Cic. pro Fonteio. religio iurandi. Idem non semel, neque vno loco, religiosus iudex, religiosus testis. testes autem & iudices iurabant.
- 35. facere secum.) se adiuuare, ἑαυτοῦ συμμαχίας. Cicero pro Cæcinnâ. rem & sententiam interdicti secum facere fatebatur.

35. confirmare exercitum.) fiducia, & bona spe complere exercitum. ταρρώων τὴν δυνάμιν, vel τὸν στρατὸν. sequitur deinceps cum animaduverteret, scilicet exercitus.

36. hominesque sibi conciliari.) sic edēdum curavi deleta voce, amiciores, quæ in omnis editiones, quas quidem viderim, ex oris librorum irrepfit, cum forte ad eas interpretandi gratia, hoc ascriptum esset, è regione verbi, conciliari, id est, amiciores fieri. Nam omnino Latine dici non potest, conciliari amicium, seu amiciorum. pro fieri amicium, seu amiciorum. dicunt enim Latini, vel aliquem conciliari simpliciter, vel aliquem amicium fieri, vel amicitiam alicuius conciliari. Quare legendum est hoc loco, vel, vt edendum curauimus, hominēque sibi conciliari, vel, hominēque sibi fieri amiciores, vel hominum sibi amicitiam conciliari.

37. plurimā domicilia.) & in eis horti amœnissimi, arborib. vndique magno sumptu cōquisitis, & ceteris reb. ad voluptatem & delicias summo artificio comparatis instructi. Diod. lib. 14.

38. At Agesil. in Phryg.) Xenophon lib. 3. de reb. Gr. paullo aliter hanc rē narrat, ὁ δὲ Τιισαφέρνης ἦ ὅτι ἰππικὸν ἔχει ὁ Ἀγισίλαος, ἢ δὲ Κελαιὸς ἀφ' ἑσπέρων, ἢ ὅτι ἡγεῖται αὐτὸν ὄρχησθεὺς αὐτῶν ἄλλ' ἢ τὴν ἀπατῶν, τὰ δ' ὄντι νομισθεὶς ὅτι τὸν αὐτὸν οἶκον εἰς Κελαιὸν αὐτὸν ὀρμησὴν, τὸ μὲν πρὸν ἄπαν διεβίβασεν ἐκείσε τὸ δὲ ἰππικὸν ἄπαν εἰς τὸ Μαλαὸν δὸν ἀπέβη παρ' οἶον, νομίζων ἰκανὸς εἶναι καὶ ἀπατῆσαι τὴν ἰππικὴν τοῖς Ἰλλυαῖς ποταμοῖς ἐς τὰ δὲ οὐκ ἔστι ἀφ' ἑσπέρων, ὁ δὲ Ἀγισίλαος αὐτὸν ὅτι Κελαιὸν εἶναι, δι' οὗ εἰς τὰν ἄνω πύργον εἰσέρχεται, ἢ τὰς πύργους τὴν πόλιν ἀπέβη καὶ τὴν εἰσέρχεται, ἢ ἐμὲ δὲ ὡς ἀποδοκίμους, παμπλήθη χερμάτων ἔλαβεν. i. Tissaphernes autē tum quia equitatum non habebat Agesilaus, Caria autem equis inepta erat, tum quia existimabat cum sibi iratum esse propter fallaciam, re vera arbitratus eum in Cariam, vbi erat eius domicilium, impressionem facturum, vniuersum pedestrem exercitum illuc traiecit, equitatum verò in campum Mæandri circumduxit, existimans se eo posse Græcos conculcare, priusquam ad loca aspera, & ad equitationem minimè opportuna peruenirent. At Agesilaus pro eo vt in Cariam inuaderet, statim flexo in contrarias partes itinere in Phrygiam contendit, & vrbeis, quæ ei obuiæ factæ sunt, subegit, easque insperatò adortus, multarū pecuniarum potitus est. Atque idem ita fere, iisdemque verbis in Agesil. Polyænus autem lib. 2. Strateg. in ceteris cum Probo & Xenophonte ferè congruens, in hoc discrepat, quòd illi Agesilaum Phrygiam, hic Lydiam peruasisse ac diripiisse narrat. Sic enim Polyænus. Ἀγισίλαος ὅτι Σαρδῆς ἐλαίων καὶ σίκε λογοποιοῖς, ὡς ἔλαπατὴ Τιισαφέρνης. ἐπὶ δὲ τῷ φαιεῶς ὅτι Λυδίας, τὰς ἐπιπέται δὲ ἀφ' αὐτῶν ὅτι Κελαιῶν. ἢ γὰρ ἐλθὼν ὡς Τιισαφέρνης. ἢ ἄλλ' οὐκ ἔστι ἀρμυσε Κελαιῶν φυλάττει. ὁ δὲ Λακων κατὰ δὲ ἀμαρῆς Λυδίας, ἢ λέων τομῶν κατὰ τὰ ἀσπ. i. Agesilaus cum in sardeis exercitum duceret, misit homines, qui hos rumores diceret ac dissiparet, Agesilaum fucū facere, & verba dare Tissapherni. aperte enim & specie in Lydiam inuadere: occultè verò, & re vera in Cariam. Hæc Tissapherni nuntiata sunt. Persa igitur instituit Cariam tutari. Laco verò Lydiam peruasit, & magnam prædam egit. Sic & Frontin. lib. 1. cap. 8. Agesilaus Lacedæmonius cum inferret bellum Tissapherni, Cariam se petere simulauit, quasi aptius locis montosis aduersus hostem equitatu præualentem pugnaturus. Per hanc consiliū

ostensionem aduocato in Cariam Tissapherne, ipse in Lydiam, vbi caput hostium regni erat, irrupit, oppressisque, qui illic agebant, pecunia regia potitus est. Plutarchus autem in Agesil. cum Probo congruens, διδοὺς οὖν ἀμυσηδῶν (inquit) Ἀγισίλαος ἀπατῆ διδοῖ τὴν Τιισαφέρνην ὅτι πορκαίαν, ἐπίδραξεν ὡς ὅτι Κελαιῶν ἀποδῶν. ἐκὰ δὲ τὸν βαρβαρὸν τὴν δυνάμιν σαωαθροίσαντες, ἔρας εἰς Φρυγίαν ἐπέβαλεν, ἢ πέλει μὲν εἶλε συχὰς, ἢ χερμῶν ἀφ' ἑσπέρων ἐκείσε, ὅτι ὅτι φιλιοῖς, ὅτι τὸ μὲν ἀπεισάμενοι ἀδίκων, ὅτι δὲ ὡν βῆ καταφορεῖν. ἐν δὲ τῷ ἀρχελογοῖσθε τὴν πολεμῶν ἐ μόνον τὸ δῖον, ἀλλὰ ἢ δόξα τῶν, ἢ τὸ μετ' ἡσδῶν κερδαίεν ἐνεσιν. i. Statim igitur Agesilaus iusto dolo Tissaphernis periuriū vltus, præ se tulit, se in Cariam progressurū. cum autem barbarus illuc copias suas contraxisset, castris motis in Phrygiam inuasit, atque vrbeis quidem cepit multas & multarum pecuniarum compos factus est, ostendens amicis, iniuriam alteri facere posteaquam fœdus percusseris, esse deos contemnere: in decipiendis verò hostibus non ius solū, verūm etiam magnam gloriam & lucrum cum voluptate coniunctum inesse.

39. Ephesum hiematum) Xenophon lib. 3. de reb. Gr. & in Agesil. ἐπιδὴ δὲ ἐὰν ὑπέβαινε, σωήραχαι τὰ τὸ στρατῆμα εἰς Εφεσον. i. vbi autem ver appropinquare cepit, vniuersum exercitum Ephesum contraxit. Idē lib. 3. de reb. Gr. eandem rem narrans, eadem quoque verba iterat. Causam autem cur longius non sit progressus, hanc affert, quia exta sacrificanti parum læta fuerant, victimæ sine fibris exstiterant: quod & a Diodoro lib. 14. relatum est, his verbis. Ἀγισίλαος δὲ ἐπέχρησε μὲν εἰς τὰς αἰῶν ἀποδῶν ἑσπέρων, ἐν δὲ τῶν ἰερούς ἐ δυνάμει καλλιερῶσαι, παλαιὸν ἀπήραχαι τὴν δυνάμιν ὅτι τὴν ἡλάσων. i. Agesilaus autem conatus est quidem in superiores præfecturas progredi, sed ab extis minus lætis deterritus, exercitum ad mare reduxit. Præterea cognouit, se, nisi equitatum haberet, barbaris imparem futurum iccirco equitatum sibi esse comparandum existimauit. Xenoph. lib. 3. de reb. Gr. γινώσκων δὲ ὅτι, εἰ μὴ ἰππικὸν ἰκανὸν κήσασται, οὐ δυνάσται ἔτι τὰ πῆδη στρατεύεσθαι, ἔργον τὸ κατὰ σκεδαστῶν εἶναι, ὡς μὴ στρατεύοντα πολεμῶν εἶναι. i. Cum autem videret nisi equitatum idoneum haberet, se non posse in apertis campis & exporretis, planisque locis bellum gerere, existimauit sibi hunc esse comparandum, ne necesse haberet fugiens præliari. sic fere & in Agesil. Quo consilio autem, & qua arte vsus sit ad equitatum quam primū parandum, operæpretium est ex eodem scriptore cognoscere, cuius hæc verba sunt lib. 3. de reb. Gr. neque admodum differunt, quæ scripsit in Agesil. sic igitur ille. ἢ τῶν μὲν πολλοῖσιν ἄνθρωποις ἐν πασῶν ἡδὲ καὶ πόλεων ἰπποδρόμῳ κατελέξε. ἀποδῶν δὲ ὅς τις παρέρχεται ἰππικὸν, ἢ ὅπλα, ἢ ἀσπὸς ὄντι μόνον, ὅτι ἔστι αὐτῶν μὴ στρατεύεσθαι, ἐπίσπειν οὐ τὸ σωτήριον ἀποδῶν, ὡς ἀπ' αὐτῶν τὸν ἀπὸ ἀσπὸς ἀποδῶν ὄντι ἀποδῶν ἀποδῶν ἢ ἢ. i. & diuissimas quidem ex omnibus Asiæ ciuitatibus delegit, qui equos alerent. cum autem prædixisset, quisquis equum, & arma, & virum spectatum ac probatum præberet, ei se rationem militiæ daturum, assuectus est vt ita celeriter ea res ageretur, tanquam si quis eum, qui pro se moriturus esset, cupidè & alacriter exquireret. Plutarch. in Agesil. τῶν δὲ ἰππικῶν ἐλάττωσθαι, ἢ ἡδὲ ἰερών ἐξοῦσθαι τὰς ἐπιπέταις εἰς Εφεσον, ἰππικὸν σωήραχαι, τῶν δὲ ἰερούς ἀποδῶν, εἰ μὴ βυλόνται ἑσπέρων, ἀποδῶν ἢ ἐκείσε ἰππικῶν αὐτῶν ἐαυτῶν ἢ ἀσπὸς, & c. i. Cum autem aduersarios equitatu præstare, & sit-

οὐ πῶς παρὲν τὸ πικρὸν, αὐτὰς δὲ οὐδὲν ἀπὸ τῆς παρὰ τοὺς ἄλλους, καλὸν ἢ γλῶσσαν μαζῶν
 σιωπῆσαι, εἰ δὴ αὐτοῖς, &c. i. Agefilans non ignorans hostib. nondum praesid esse pe-
 ditatum, sibi autem nihil eorum, quae apparatus erant, abesse, rectum existimavit
 praelium committere, &c. ut nos vertimus. sic fere & Plutarch. Addunt ad sta-
 periora alij scriptores, hac victoria parta Agefilauum facultatem adeptum esse A-
 sia diripiendae, eiusque victoriae beneficio Tissaphernem sui periurij poenas dan-
 tem, iucundissimum atque optatissimum Graecis spectaculum praebuisse. Nam rex
 Persarum huius cladis accepto nuntio, Tithraustem misit, qui Tissapherni caput
 praecidendum curaret. Plutarchi verba ascribere libet. ἐν ταύτης τῆς μάχης ἡ μόνον
 ὑπῆρχεν αὐτοῖς ἀρχὴ καὶ φέρειν ἀδελῶς τὴν βασιλείαν ἡμεῶν, ἀλλὰ καὶ δύναντο ἑπὶ τῆς Ἰσραφελ
 πλεῖστον, μοχθηρὸν αἰσθῆσαι, ἔτι καὶ ἡμεῖς ἐπὶ ἐλλήνων ἐπαχθέστατοι. ἐπιμύθη δὲ ὁ βα-
 σιλεὺς Τισσαφέρνη ἐπ' αὐτῶν, ὅς ἐκείνου μὲν τὴν κεφαλὴν ἀπέπημα τὸν δὲ Ἀρμισίλαον ἡξίου
 δεξιὰν ἀμφοῖν καταπέμψαι οὐκ ἔδει καὶ χεῖρας διδοῦν αὐτοῖς, ὡς ἐπέμψαμεν. i. ex hoc praelio nō
 solum data eis est facultas regis Persarum terrae impune populandae ac vastandae,
 verum etiam licuit eis Tissaphernem poenas dātem videre, hominem improbum,
 & Graecorum generi infestissimum. misit enim ad eum continuò rex Persarum
 Tithraustem, qui ei quidem caput abscidit, ab Agefilao verò postulat, ut bello
 cōposito domū reuertetur: & praeterea pecuniā per Tithraustem ad illum misit.
 50. nuntius ei domo venit) Diod. lib. 14. λακεδαίμονιοι ἰρώπτες τὰς μεγάλας καὶ
 τὴν ἐλλάδα πόλεον ἐφ' ἑαυτοῖς αὐτοῖς ἰδίας, ἐμφύσιατο τὸν τὴν Ἀρμισίλαον ἐν τῆς Ἀσίας
 μεταπέμψασαι, καὶ τὴν μετ' αὐτῶν δώσαναι. i. Lacedaemonij cum viderent Graeciae
 ciuitatum maximas societates aduersus se coiuisse, decreuerunt & Agefilauum ex
 Asia esse arcessendum, & eas, quae cum eo essent, copias. Xenoph. de reb. Gr. lib. 4.
 οἱ δὲ λακεδαίμονιοι ἐπὶ τῶν ἄλλων ἡμεῶν τὰς χεῖρας ἐλλήνοισι ἐς τὴν ἐλλάδα, καὶ τὰς με-
 γάλαις πόλεσι ἔνεστηκαὶς ἐπὶ πολέμῳ, ὡς ἐαυτοῖς, ἐν κινδύνῳ τὴν τὴν πᾶσι ἔτι οὐκ ἔμοιχε,
 σχεπιδὲν αἰσθῆσαι ἢ ἡξίου τῆς ἐπὶ αὐτῶν τῆς παρὰ τοὺς ἄλλους, ὡς ἐπὶ τῆς ἐπὶ τῶν Ἀ-
 ρμισίλαον πέμπωσιν Ἐπιπυδίδαν ὅς ἐπὶ ἀσκήσει, τὰς ἄλλα δὲ ἡμεῖς ὡς ἐχρῆσθαι ὅτι ἡ πόλις
 ἔστιν ἐλλοι, αὐτῶν, βουθῆν ὡς ἔχρησται τῆ παρὰ τοὺς ἄλλους. i. Lacedaemonij autem posteaquam cer-
 to cognorunt, & pecunias in Graeciam à rege Persarū venisse, & maximas Grae-
 ciae ciuitates ad bellum sibi inferendum consensisse: & ciuitatem suam in peri-
 culo versari, & exercitum comparandum, bellumque suscipiendum putauerunt:
 atque ipsi quidem haec parabant: statim verò etiam ad Agefilauum mittunt Epicu-
 didam. Ille autem ubi ad Agefilauum peruenit, cum alia narrabat, ut se haberent,
 tum ciuitatem ad eum scribere, ut quā primū patriā subueniret. Sic fere &
 Plutarchus in Agef.

51. quare venire non dub.) quare ne dubitaret, quin sibi veniendum esset: vel,
 quare ne cunctaretur venire. Sed nōne sic legendum est potius? quare venire ne
 dubitaret. Hoc loco Plutarchus exclamās, ὡς βάρβαροι εἰς ἡμεῶν κακὰ, in-
 quit. ἢ γὰρ αὐτὸς ἄλλο τὸ φρόνον ἐκείνον ὡροσεῖται, καὶ τὴν τὸν σὺ γὰρ καὶ σὺ τὰ ἔτι ἐαυ-
 τοῖς ἐπὶ ἐλλήνων, οἱ τῆς τῶν αὐτῶν φερομένων ἐπελάβοντο, καὶ τὸ ὅτι αὐτοῖς ἔτι βαρβαροῖς
 βλέπονται, καὶ τὸν πόλεμον τῆς ἑλλάδος ἡδὴ ἔρωμισημένον αὐτοῖς εἰς ἑαυτοῖς ἔστρεψαν. O qui
 reperistis barbara vos Graeci mala. Quo enim alio quispiam nomine appellet in-
 iudiam illam, & coitionem, & conpirationem, quam tum in se Graeci conflant

runt? qui fortunam sursum se attolentem, represserunt, ac retinuerunt? & arma
 ad barbaros spectantia, bellumque è Graecia iam exterminatum, rursus in seipos
 verterunt? Hæc Plutarch. quæ utinam non item possemus nos Galli deslere ac
 deplorare. Nōne iam duo breuissimo temporis interuallo interposito bella ciui-
 lia excitauimus? nōne ferrum in hosteis Galliae peremneis ac sempiternos, qui
 nunc nostris malis renident, ac triumphant, paratum ac destructum, in nos ipsos
 conuertimus? nōne florem nobilitatis, summōsque imperatores, quibus eramus
 nostris hostibus horribiles ac formidolosi, discordiis nostris ciuilibus amisimus?
 nōne nationes longinquas, partim feras, atque immanes, partim natura, & o-
 dio penitus insito nobis inimicas atque infestas, nonnullas etiam finitimas emu-
 las atque inuidas, vtrò in mediam Galliam arcessiuimus, easque impunè in a-
 gris, atque adeò in vrbibus Galliae grassari ac praedari, & quæ olim hostes nostri
 captis vrbibus facere non solebant, ea in Gallorum vxores ac liberos facere &
 vidimus, & inuiti passi sumus? Nōne Callia ab iis ipsis, qui nobis belli adiuto-
 res venisse dicebantur, direpta, ac vastata est? nōne pessima & atrocissima post
 hominum memoriam facinora specie religionis per cunctam Galliam facta sunt?
 Nōne bello publicè composito, legēque obliuionis à rege Carolo lata, tamen qui
 vulgò contra legem regiā ciuilem ac publicas alebāt discordias, attentis auribus
 audiebatur? nōne pace publica à rege constituta, gladios tamen nondum in
 vagina reconditos videbamus? nōne miserabilis Gallorum cædeis à Gallis ip-
 sis & factas audiebamus, & fieri cernebamus? Ac malorum quidem, quæ Grae-
 ciae acciderunt, causam, Plutarchus Graecorum in Graecos inuidiae, seu inuidiæ
 ascribit: ego verò nostrarum discordiarum, & calamitatum nullam aliam cau-
 sam, quā iracundiam diuinam, id est deorum, nostris flagitiosis, & sceleratis
 factis, insignique impietate, & iniustitia, & occidendorum passum hominum,
 conuiuentibus magistratibus, impunitate diuturna commotam, atque excitatam
 esse puto. Sed satis querelarum, satis Lacrymarum. Ego homo alioqui religio-
 nis antiquæ retinentissimus, non potui non testari, mihi magno opere place-
 re concordiam. Mihi enim persuasum est, illud Quintij apud T. Liniū, esse ve-
 rissimum, concordiae in ciuitatib. principes, & ordines inter se, & in commune
 omnes ciuitates consulere debere. aduersus cōsentientis hostem externum nemi-
 nem satis validum fore. discordiā & seditionem omnia opportuna insidiatibus
 facere, cum pars ea, quæ domestico certamine inferior sit, externo potius se ap-
 plicet, quā cini cedat. Nunc ad Agefilai ex Asia reuocationem redeamus:
 quā Pausanias quoque in Laconicis commemorat, eiusque causam non, ut Plu-
 tarchus, in Graecorum liuorem, atque inuidiam, sed in alicuius deorum male-
 uolentiam confert, qui Agefilao optatum suorum consiliorum & cogitationum
 exitum inuiderit. sic enim ille. καὶ οἱ θεῶν τις ἐβάρβαρε μὴ ἀρχῆν τῶν βαρβάρων εἰς
 πόλιν. i. & ei deorum aliquis inuidit, ne sua consilia adducere ad exitum posset.
 Quasi verò in deos maleuolentia, aut inuidia vlla cadat.

52. suspicienda) admiranda, probanda, magni facienda.
 52. tanta modest, dicto aud.) Xenoph. lib. 4. de reb. Gr. οἱ δὲ Ἀρμισίλαος ἐπὶ ἡ-
 κούσε, καλεπὸς μὴ ἦν καὶ, &c. i. Agefilans autem posteaquam illum audiuit, mo-

mortuorum numerum, sed certis hominibus ex suis negotium dare, ut hoc cognoscant.

76. si sana mens fuisset.) si sana Graecorum mens fuisset.

76. Graeciae supplic. Pers. d. p.) id est Graecos panas de Persis sumere potuisse. sic Horat. od. 2. lib. I. Audiet, ciueis acuisse ferrum, Quo graues Persae melius perirent. Sic et nobis Galliae vicem miserari, et deplorare licet, quae tot fortissimos viros, et clarissimos belli duces duobus bellis ciuilibus amisit. Namque omnino si sani fuissetus, hosteis Galliae sempiternos ea multitudine, quae interit et iis gladiis, quos in latera et pectora nostra destruximus, aduersariorum nostrorum ferociam reprimere, et pristinam belli gloriam, nostris dissensionibus amissam, recuperare potuissetus.

77. negauit id suae virt. conu.) Etiam hic locus videtur fere ex Xenophonte expressus, aut certe imitatus. Sic enim ille in Agesil. κοενθων γα μω οφδ φδροντων, λεγοντων οτι ενδιδωι αυτις η πολις, και μη χενας ενδιδωι αυτων, αις περτις η πολις ενει εν πηχην, ην ηγελε παρος βαλλειν, λεγων οτι εν αυδραποδίζεσθαι δε οι ελληιδες πειλες, αλλα φροσιζεν. i. Corinthiis autem exsulibus, dicentibus urbem sibi cedere, ciueisque remissius eam defendere, et machinas ostentantibus, quibus omnes se mania euersuros sperabant, noluit urbem oppugnare, cum diceret, ciuitates Graeciae subigere, et in seruitutem redigere non oportere, sed castigare, et ad officium redire cogere. Vbi animaduertat lector, bonarum litterarum studiosus, Probum φροσιζεν, Latine reddidisse, cogere ad officium redire: recte. est enim φροσιζεν, eum, qui sit αωλατος, id est intemperans, et incaustificatus, et demens. φροσι ποιεν, hoc est castigare, et sanum facere.

78. ad officium pecc. red.) sic et supra locus est Probus in Cimone, ibi, alienatas ad officium redire coegit. ordo autem hic est, qui cogeret peccantibus ad officium redire.

79. Nam si, inquit,) Xenoph. ibidem, aliter ille quidem, sed preclare. Itaque locum totum ascribam. ει γδ τις αμφοτεροντας, εφη, ημω αυτων αφαιτουμω, δραει χη μη η ελ γαμω μω οπου κρατησομεν. ει ελ αυ. και τον εμσοσθον εν, οπ και ο παλαι εστι στρατευσει ως δουλωσόμενος πω Ελλάδα, η ο τω συμμαχά μ τωποισ, μω ο ποτερον αυ οηται μελζω βλαβη, δωρεται ελ εκεινοις, οισ αυ νομιζη λαβόντας πλειστα και και τω ελληιας ποιησθην, ειρηνωω ο συμπαροσθην, ελ ης αυ ηγηται μάλιστα αυ ημεις δηημοις πολεμωσθην. ορωσι μω αυ απωτες τω πα, επηδηδη δε ης αλλος πωποτε πλω Αρησιαιου, η οπως ο φωλοισ ποσθησεται το Περσου, η οπως το επισται μη εποληται, η το εδωσθαι ως ε βασιλεις και ελ εχων μη δευησεται τις ελληπ παροσθην παρ ενχην, ος ε πολεμωσος ης παρ ειδος, ομας το κοινοδ αρα τοδ τις ελληπ ην ημωσθην. id est, Si enim de nostris eos, qui peccant, debemus, verendum est, ne cum quo vincamus, non habeamus. Quod si pulchrum est, (loquitur nunc ex persona sua Xenophon) odio penitus insito Persas persequi, quia et ille, qui quondam fuit, exercitum in Graeciam eduxit, tanquam eam in seruitutem redacturus: et hic, qui nunc est, cum his societatem belli coit, cum virtisumque putet se maiora detrimenta nobis illaturum: illis largitur, quos speret accepta pecunia plurimis incommodis Graecos affecturum, pacem illam adiunat, ex qua existimet maxime nos inter nos bellum facturos: hoc igitur vident quidem omnes, sed quis alius unquam, praeterquam Agesilaus, diligentiam ad-

hibuit aut ut gens aliqua a persa deficeret, aut ut qua defecisset, ne interiret, aut omnino ut rex suis malis implicatus, Graecis negotia facessere non possent: qui cum patria sua in bello esset occupata, utilitatis tamen omnium Graecorum communis curam non abiicit?

80. qui nobiscum aduers. barb. st.) qui nobiscum barbaros oppugnarunt. sic fere loquitur M. Tull. pro Cluentio. Nemo contra perditos a senatu, et a bonorum causa stetit constantius.

81. quo facto, sine neg.) locus praclarus, omnibusque reip. moderatorib. diligenter attendendus, et memoriae mandandus. Quem utinam secuti essent nostrae Galliae principes non parriam duobus bellis ciuilib. debilitatam ac laceratam, hostium ferro, cum eis liberit, opportunam, et ad subigendum facilem, (quod tamen omen deus auertat) reddidissent.

82. apud Leuctra de Lacedaemoniorum clade, et calamitate Leuctrica dictum est in Epaminonda.

83. ut si de exitu diuin.) non admodum ab his abhorrent, quae scribit Diodorus lib. 15. de Agesilao verba faciens: qui, quarentibus ex eo, quam obrem cum Atheniensib. Chabria duce congressus, fugatis iam a se conductitiis copiis, reliqua phalangem quam Chabrias loco retuerat cedere, et obnixo ad scutum genu, proiecitque hasta, impetum hostium excipere docuerat, aggredi non esset ausus: respondit, Lacedaemonios nunc quidem sine periculo et iactura vicisse: Thebanos autem suis agris, qui vastarentur, non esse ausos auxilium ferre. quod si hostib. victoriam concedentib. vim intulisset, inquit, eosque periculum subire, et impetum excipere coegisset, fortasse propter inopinatos fortuna casus potuissent Lacedaemonij priores cladem accipere. Tunc igitur (inquit Diod.) visus est Agesilaus hoc responso dato, mediocriter euentum rei auguratus esse. Sequitur deinceps. εστειρον ο ελ εφδ εποπλεσματων εδοξε εν αυδραποδινω εσθρασιν, αλλα θεων εν τα χρησμοι ειρηκενα. οι γδ λακεδαμονιοι μετ πλλης δυναμωσ στρατυσωντες ενθ εστασθαι, και στωακα και στωατες αυτις εσθ ης ελδθηλεας ερησισαδου, μεγαλη συμφορα πειεπισον το μω γδ παροσθην εν εδωσθην η ην εδωσθην, πολλοις απωλεσθαι εφδ πριτων. et c. i. Posteriore autem propter ea, quae euenerunt, visus est non humanam sententiam pronuntiasse, sed diuinum quoddam oraculum edidisse, ac profatus esse. Lacedaemonij enim magno coparato exercitu, cum Thebanis bellum intulissent, eosque de libertate decertare coegissent, in magnam calamitatem inciderunt. Primum enim in Leuctris victi multos ciueis amiserunt, et c.

84. cum Epam. Sp. opp.) et noctu in oppidum irrumpere conatus esset, ut mox cognoscemus.

85. essetque sine muris opp.) vel ex Platone lib. 6. de rep. Lacedaemonem nullis muris septam fuisse licet intelligere: cuius haec sunt verba pag. XI. Γεε δε πωχων, α Μεγίλη, εγω αυ τη επρηθη εμφοδομω, το καινοδην εα εν τη γη και τα κειμενα ε πηχην, μη επανισθαι εφδ δε ενεκα. και ως με και ο ποιηκος εσθ αυτων λογι. υμεισται, πο χαλκω και σθηεσθ εν ενθ εα πηχην μαμοι, η γη α. το ε ημειστρον εν παρος τωποισ. et c. i. De muris autem, Megille, equidem Spartae assentiar, iacentibus in terra muros sinere dormire, neque eos excitare harum rerum gratia. Praclare perdo et poe-

neis partais vno tempore impressione facta, vt vidit spartiatas in tectis & angustis dispositos, continuo rem indicatam & patefactam esse cognouit. Verum tamen cum omnibus vicissim, & singillatim pugnans, & locorum angustis inferior, manum cum hostibus conferuit. Multis autem detrimentis & acceptis & illatis, non destitit a studio laudis, & contentione suscepta, donec Lacedaemoniorum exercitus, cui preerat Agis, Spartam rediit.

87. & locum extra urb. ed.) λοφοι, collem, vt mox ex Polyæno cognoscemus.

88. cum suis eo venit) sic legendum, non, vt habent mendosi codices, cum suis conuenit.

89. laudauit consilium eor.) hoc strategema retulit Polyænus lib. 2. quatuor p.ullo aliter, vt ex eius verbis intelligere licebit, quæ sunt huiusmodi. Ἀγησίλαος ἐν τῇ Σπάρτῃ γάστωρ ἤμιλλῃσιν, ὡς τε ἴππῳ ὅπλα τῶν οἰ πολλοὶ κατελάσονται λόφοι ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐρηλάσας ἐγγύς Πυθαιῶν ὄνεικτον ὃ βοιωτῶν ἤ ἀριστερῶν ἐμὲς ἐβλῆκατες. καὶ δεῶς ἴω ἀμιχρανοὶ ἐν τῷ πλάμῳ καὶ γάστωρ μὴ αὐτὸς ἐδῆσεν. ἅμα τὸ μὲ ὅπλασι ἔπιβιάζῃσιν τοῖς ὅπλοι τῶ λοφοῦ, σφῆραρον τὸ ὃ ἱκατέυην, ἑπιπέον παρήκεν. αὐτὸς δὲ ἴω μόνος ἀόπλος ἀστῆ ἔπιω καὶ πολλὰ, (αὐτὸς ραὶ δρω) τῷ ποροσῆπω ποροσῆ τὸ λοφοῦ ἐλθῶν, ἐπὶ ἑσῶντα, ἔφην, ὡ νεανία, ὑμῶς ἔπεισῶ. ἅμ ὑμῶς μὲ εἰς τὴν δεξιὴν λοφοῦ, ἔπεισῶ δεξιῶν. ὑμῶς δὲ εἰς τὸ δεξιὸν ἄπει, ἢ φρουρεῖτε. οἱ δὲ λάκωνες, ὡς ἀνοσῶντες πλεὺς ἕλθῶνται αὐτῶν τῆς ἀποστάσεως κρητὸς ἐδῆσαν καὶ οἱ ποροσῆσιν, ὡς περὶ τῶς σιωχῶρησαν. ὑμῶς δὲ τῶς ἕλθῶντες τῆς ἐκστάσεως πόλεως ἀδρασε δῶδεκα, ἅλλοι ἀλλῶ ὑμῶς ἀζῶν, ἔλυσεν πλεὺς μάχῃ. i. Agesilans orta Lacedaemone seditione, cum multi ex militibus grauioris armaturæ collem quendam Diane Orthiæ sacrum non longè à Pitana occupassent (instabant autem Bæoti, & Arcades, suis copiis in fines, agròsque Lacedaemoniorum adductis, & timor erat inenitabilis, atque inexplicabilis in eo bello ciuitati iniectus, & seditio) non tamen ipse timuit. sed vim quidem ius, qui collem occuparant, inferre, periculosum: supplicare verò, humile existimabat. Itaque vtrumque omisit. Verum ipse solus inermis, immoto & obducto, al. sereno, vultu, cum in collem ascendisset, non hic vos iuuenes, collocaui, inquit: sed vos quidem in collem illum, alio demonstrato: vos autem in illum abite, eumque tuemini, & custodite. Lacones autem vt illorram sensum, mentemque ignorantes, pudore affecti sunt, & ἢ, quibus præcepit Agesilaus quibus in locis in præsidio starent, morem ei gerentes ad sanitatem atque ad officium redierunt: noctu autem principes atque auctores seditionis ac secessionis ab urbe, alium aliò clam emisit, & prælium diremit. Sic fere Plutarchus in Ages. ὅς δὲ Λακεδαιμόνιοι ἴππῳ πάλας ἴκῃς ἰσχυρῶν, ὡς δὲ λαῶσι συστραφέντες κατελάσονται τὸ ἱσώλειον, ἢ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ὄντι, ἀεὶ κηὶ ἢ διουκείσασιν τὸ πῶν ἐφ' οἷς βαλομένων ὡδὺς ὡς δὲ λακεδαιμονίων, φοβηθείς τὸ νεοπελοπόν οἱ Ἀγησίλαος, ἐκείλασε τοῖς μὲ ἄλλοις ἡσυχίαν ἀζῆν, αὐτὸς δὲ ἰμαπίω, ἢ μὲ ἐνδὸς οἰκέτου ποροσῆσιν βοῶν, ἄλλως ἀκηκείωται τὸ ποροσῆσιν αὐτῶν. οὐ γὰρ ἐσῶντα καλεῖται σιωχῶρη, οὐδὲ παύται, ἀλλὰ πῶς μὲ ἐκεῖ, δεξιῶς ἔπεισῶ πῶν. τοῖς δὲ ἅμα ἀζῶν τῆς πόλεως. οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἠόθησαν, οἰόμενοι λατῆρην, ἢ δὲ σαυτῶν ὅπλοι τῶ ποροσῆσιν, οἱ δὲ κείνους ἐκείλθουσι, ἀπὸ τῶ ποροσῆσιν. οἱ δὲ τὸ μὲ ἱσώλειον, ὡδὺς ματαπεμφθέντες ἐπίροις, καὶ τῶς ἴππῳ ὃ συστῶν ἐκείνων ποροσῆσιν δὲ ἱσῶντα συλλαβῶν, ὑκίλοσ ἀπὸ κείνου. i. Lacedaemone autem quidam iam pridem malè sani atque improbi circiter ducenti, conglobati Hisforium, vbi est templum

Dianæ,

Dianæ, occuparunt, locum vndique circumseptum, & ascensu difficilem, si vis sit adhibenda, irruptioque facienda. In quos cum statim vellet Lacedaemonij impetum atque impressionem facere, Agesilaus, nequid rerum nouarum moliretur, veritus, iussit alios quidem quiescere, & manere: ipse autem, vestitus tantum, non etiam armatus, cum vno seruo ad eos accessit, vociferans eos secus intellexisse quod præcepisset, ac mandasset. non enim in hunc locum iussisse eos conuenire, neque omnes in eundem locum, sed alios illuc, alio loco demonstrato, alios in aliam regionem vrbis. Illi autem cum eum audissent, letati sunt, existimantes sua consilia non patere: & diuersi in ea loca, quæ iussit Agesilaus, se contulerunt. Ille verò Hisforium aliis continuo arcesitis occupauit. Ex improbis autem illis, qui coitionem fecerant, ad quindecim comprehensos noctu necauit.

90. recuperavit) ἀνεκλήσαστο, ἀνωκαίωσαστο, de integro sibi adiunxit.

91. & adiunctis de suis com. & c.) id est adiunctis aliis militib. de numero suorum, de quorum voluntate & fide erga se minimè dubitabat, ad eos, qui secesserant, & collem illum occuparant, locum illum tuum reddidit.

92. illi) adolescentes, qui secesserant, & montem occuparant.

93. expertes erant cons.) qui non erant secessionis illius participes.

94. latere) λανθάνειν, ignorari, & occulta esse, seu obscura, atque incognita.

95. numquam refecerunt) i. numquam recrearunt. tralatio est abiis, qui diuturno & graui morbo impliciti pristinam valetudinem recuperare non possunt.

96. neque pristinum imperium recuper.) ἱερμῶνεια, seu ἐπέχησις, id est, interpretatio, seu subsequens declaratio eius, quod obscurius dictum esse videbatur. Nam hoc totum, neque pristinum imperium recuperarunt, tantumdem valet, quantum, numquam se refecerunt.

97. ille omnib. qui à rege def.) hanc rem sic exponit Xenophon in Ages. ὡς γὰρ ἦ στρατιώταις ἢ πεζῆς, καὶ ἐφ' ἵππων ἀπὸ τῶν ἡδὴ τῶν γῆρας, ἤδη μὲν ἦ ἔωρα πλεὺς πῶν δεινῶν, εἰ μὴ λοῖο σύμμαχον ἔνα ἔξεν. ὅπῃ τὸ ποροσῆσιν αὐτῶν ἐπὶ τῆς ἐκστάσεως, εἰ μὴ λοῖο πῶν οἰκοὶ ἰβρων, ἢ ἡμιχρανοῦ, ἢ δὲ καὶ τῶν ἴω, ἢ ὡκεν μαπέται, οὐδὲ ἠεχῶτο, εἰ μὴ λοῖο τὸ πῶν ὡφελήσῃ, ποροσῆσιν τῆς ἐμποροῦ ὡδὺς αὐτῶν ἰσῶντα. ὁ μῶς δὲ ἢ ἐν τῇ ποροσῆσιν, ἢ ἰσῶντα, εἰ ἢ εἰς τὸ ποροσῆσιν. i. vbi enim eum à ducendo exercitu, bellòque gerendo, & pedibus, & in equis, senectus iam prohibebat: pecuniis autem ciuitati opus esse vidit, si socium aliquem habere vellet: has sibi partem sumsit, vt pecunias patriæ suæ suppeditaret. Atque omnia quidem, quæ domi manens poterat, machinabatur, atque excogitabat. Quas res autè tempora reip. postulabāt, eas res neque piguit eum, persequi & pertractare, neque puduit quasi mercaturā facere, legati personam pro imperatoria gerentem, modo ciuitati prodesset. verum tamè etiam in legatione magni ducis munera obiit, magnique imperatoris res confecit.

98. à quib magna d. p.) Ibid. Xenophon. Ἀὐ ποροσῆσιν τῶν πολλορκῶν ἐν Ἀσπυ, Λεοβαρῶν ἰσῶντα σύμμαχον ἴπποσιν, δέισις Ἀγησίλαος, φθῶν ὡ χρο. Κόπος τ' αὐ Σηπὸν πολλορκῶν, & c. i. Nam & Anophradates, qui Ariobarzanem socium Lacedaemoniorum in sso circumfidebat, Agesilaum veritus, aufugit: & Cotus cum Sestum obsideret, quæ etiam tunc Ariobarzanis erat, obsidione soluta discessit. Itaque non immeritò etiam ex hac legatione tropæum ei de hostib. erectum esset. Mansolus

porro, qui vtraque illa loca mari centum nauibus obsidebat, non iam metu perterritus, sed oratione Agefilai adductus, domum se recepit. Sequitur deinceps, ἀ-
ξια δαύματι δὲ ἀποδοῦναι οἱ πρὸ δὲ πικρὰ δὲ αὐτῶν, καὶ οἱ φθάρτες
αὐτῶν, ἡγεύματα ἀποδοῦναι, &c. i. res admirabileis effecit. nam & qui se ab eo
beneficium accepisse existimabant, & qui eum fugiebant, vtrique pecunias ei
dederunt. Tachos porro, & Mausolus propter superius Agefilai hospitium con-
ferentes. etiam hi in Lacedaem. nem pecunias, domum eum dimiserunt, muni-
bus amplis ac magnificis prosecuti.

99. contulit) conuerit.
100. nihil de v. n. de vest.) Plutarch. apophth. Lacon. καὶ πρὸ πολλῶν βασιλέων
κακῶς τὸ πᾶν διακείμενος, ἔτι μάλιστα κακῶς, ὡς φησι Xenophon, τὰ κατὰ τὴν ἡγεμονίαν
γενεῖσθαι, ὡς δὲ ἐν τῷ ἀποδοῦναι τὸν βίβλιν, ἔτι διατεταταῖς τῶν ἑσπερίων ἡγεμονίαις
οἰκασθὲν ἐπαυθῶν. i. A tui quamuis ob multa vulnera, quae acceperat, corpore effe-
malè affecto ac debili, & ex praelio omnium, quae sua aetate commissa fuerant,
maximo, superior discessisset, nihil tamen propter tot ac taleis res secundas, &
victorias, de victu & cultu, domum reuersus, immutauit.

101. Eurysthnes) Aristodemi fil. Proclis frater: de quo supra hac eadem vita
in princip.
102. contra plurima pat.) opposuitne libidini patientiam, luxuriae absten-
tiam, κατὰ δὲ θεωρίαν, id est, rectis lineis, quemadmodum Terent. in Andria, oppo-
nit laborem libidini, non longe à princip. Ita vt ingenium est omnium hominum
à labore proclius ad libidinem. (patientia enim in laborib. perferendis versatur)
an ἔτι χαλεπὸν libidini abstinentiam, luxuriae patientiam, vt tertium respondeat
secundo, quartum primo? quod videtur probabilius. Patientia enim rei satur-
tiam in tenuitate & duritie victus toleranda, cui opponitur luxuries. absten-
tia autem rectè opponitur libidini, vt abstinentia intelligatur eadem esse atque
continentia, ac temperantia Nam quamquam abstinentia sapientius ea virtus intel-
ligatur, quae auaritia opponitur: Cic. lib. 5. epist. ad Att. sic in prouincia nos geri-
mus, quod ad abstinentiam atinet, vt nullus teruncius insumatur in quemquam.
& item saepe in eod. lib. Idem off. 2. Nulla alia re conciliare facilius beniuolen-
tiam multitudinis possunt qui reip. praesunt, quam abstinentia & continentia:
Videtur tamen interdum etiam eam virtutem, quae in aspernandis voluptatibus
consistit, significare, id est, continentiam, seu temperantiam potius: vt apud M. Tull.
off. 2. At enim, inquit Pericles, praetorem Sophocle decet non solum manus, sed et-
tiam oculos abstinenteis habere.

103. Sic enim erat instr.) nullo in libro reperi verbum, erat: quod tamen vide-
tur desiderari.
104. à cuiusuis inopis, &c.) subintell. domo. In quibusdam libris non est, à.
quae lectio si probaretur, haec esset sententia, vt nulla in re cuiusuis inopis & pri-
uarii domus ab Agefilai domo differret.
105. fautricem) benignam & beneficam.
106. claudus altero pede) loripes. etiam hac de re supra dictum est.
107. ignoti) id est, qui eum non nouerat, actiue, seu ἐνδραχίως, vt apud M. Tull.

epist. ad L. Luceium Q. fil. lib. V. epist. ad famil. Atque illi artifices corporis si-
mulacra ignotis nota faciebant. Idem lib. accus. 5. In iudicio coactu atque effla-
gitatu meo producere ad ignotos. tanto post eum, quem archipiratum esse dice-
res, &c.

108. annorum oct.) Xenophon in Agefilao. ἐγερὼν ἐπὶ ἀμφὶ τῶν ἰσθμίων. i. na-
tus erat annos circiter octoginta. Plutarch. autem τῶν ἰσθμίων τὰ γερωνὸς ἐπὶ. i. su-
pra octoginta annos natus.

109. subsidio Tacho in Egypt.) Xenophon in Agefil. κατανοήσας δὲ τὴν ἀγορῆν
βασιλεία ἐπιθυμῶν τὰς ἀπὸ πλεμῶν, ἔπιπλοῖς μὲν πλοῖς, πλοῖς δὲ ἰππέας, πολλὰ δὲ
ζήματα ἔχοντα, ἀσμενος ἠκούσας, ὅτι μετὰ πύλας αὐτῶν, καὶ τῶν ἡγεμονίαις ὑπερβύμε-
τος. i. Cum cognouisset regem Egyptiorum regi Persarum bellum inferre cupere.
& magnum peditatum, magnumque equitatum habere, & pecunia abundare,
libenter audiit cum ab eo arcesitus esset, praesertim qui belli imperium sibi promit-
teret. Sed hoc Agefilai inceptum, & factum scribit Plutarchus fuisse à plerisque
improbatum ac reprehensum. ὡς δὲ ἠξιοῦν, inquit, & c. i. Indignum enim iudica-
bant, virum totius Graeciae optimum ac fortiss. ab omnib. iudicatum, qui orbem
terrarum sua gloria impleuerat, homini barbaro, qui à rege Persarum defecisset,
corpus suum locare, nomenque suum & gloriam suam pecunia vendere, mu-
nere mercenarij & externorum milium ductoris fungentem.

110. in acta in littore, & ἀκτῆ sic M. Tull. accus lib 5. tametsi in acta cum mu-
lierculis iacebat ebrius, & c. Idem ibid. uxorem eius parum poterat animo soluto
ac libero tot in acta dies secum habere. Ibid. tum istius acta commemorabatur:
tum flagitiosa illa conuiuia. nam (vt dicam ἐν παρῶν) mendosè in aliis libris
vulg. legitur, commemorabantur. Virgil. lib 5. an. At procul in sola secretae Troa-
des acta Amisum Anchisen stebant. lege Stephanum in voce ἀκτῆ.

111. neque huc amplius quicquam) neque terra alia vllare, quam pellib. stra-
ta esset. Sic Tubero ille, homo eruditiss. & Stoicus, in funere Scipionis Africani,
cum epulū populo Ro. nomine Q. Maximi Africani daret, strauit pelliculis ha-
dinis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia. auctor Cic. orat. pro Murena.

112. non modo in his regem) In hoc magnopere barbari fallebantur. Itaque o-
stendit eis interea (vt scribit Plutarchus apophth. Lacon.) maiestatem & digni-
tatem regiam ex virtute, & bona existimatione, non ex vestitu esse petendam,
atque comparandam.

113. vix fides facta est, vix eis persuasum est, & c.
114. coronas) quae fiebant ex gramine quodam non magni pretij, quod βούλον
Graeci vocant, vnde charta conficiebatur: & taleis coronas, non reticisse dicitur
Agefilaus, vt refert Plutarchus ex Theophrasto. aliae erant cariores, & sumtuo-
siores ex philyra: quas commemorat Horatius oda vlt. lib. I. Dissilient nexae phi-
lyra coronae. Taleis fortasse aspernatus est Agefilaus. aut seruis distribuit.
115. secundamque mensam, ἀπὸ πικρῶν, τε ἀγνῶν τε. placentas, liba, bellaria. M.
Tull. lib. 14. epist. ad Att. epist. 6. Hac ad te scripsi, apposita secunda mensa. Horat.
lib. 2. serm. sat. 2. pensilis vna secundas, Et nux ornabat mensas cum duplice sicu.
116. seruis dispartit) Plutarchus similia munera Agefilao à Thasiis esse dono

Agesilaus cum eo assidue colluctans & conflictans, & indignè ferens, se ei suspectum esse, ad alterum fuerit transiturus, & re infecta discisurus, nisi pudore deterritus esset.) Agesilao adiutore, ex animi sententia rem gessisse, & regno Ægypti potitum esse, magnamque beneficii accepti gratiam ei retulisse.

118. ignorantia rerum bon.) ἀγνοησις, seu ἀγνοησις appellant Græci talem stultitiam: sed non erat hæc ἀγνοησις, seu rerum bonarum ignorantia, nisi fortè placentiæ, & similes diuitum, & beatorum istorum (sic enim vulgò appellantur) deliciæ, bonæ res sunt appelladæ: & qui eis carent, bonis rebus carent. quod longè aliter est.

119. Nectanabe) immo Tacho, vt vult Diodorus, eo, quem supra indicauimus loco. vbi sic ille. μὲν τῶν τοῦ μὲν Τάχου ἀνεκλήσαστο τὴν κατ' Ἀθηναίων βασιλείαν. ὁ δ' Ἀθηναίος, ὡς μόνος κρατῆρως τὴν βασιλείαν, ἐπιμένει τῆς θεωρηκουσις δωρεῆς. i. postea Tachos quidem regnum Ægypti recuperauit: Agesilaus verò, tamquam solus auctor rei bene gestæ, regnòque Tacho restituto, conuenientib. muneribus ornatus est. Nectanebe autem legendum non, vt habent exempla Veneta, Nathabide. Sic enim hunc appellant Plutarchus, Diod. Siculus, Polyænus, nisi quòd ἀδελφῶν Nectanabus, & Nectanabis, & Nectanebis, Νεκτανεβῶν, Νεκτανεβῆς, Νεκτανεβῆς, ab illis nominatur. Quòd autem in apophth. Lacon. Νεκτανεβῶν scriptum est, erratum esse puto. Nectanebum supra commemorauit & Probus in Chabria princip.

120. ducentis vig. talen.) Plutarch. ibid. ποσὸν τιμῆν οὐδ' ἐπιμῶς ἢ μεγαλοφροσῶν ἄλλας πελαγονίαις καὶ δωρεαῖς, ἢ ποσὸν τὴν πάλαιον ἀρχαίαν διακόσια καὶ τεσσακοντα τετρακοντα. i. Profecutus igitur est Nectanabis Agesilaum honorificè, & magnificè, cum aliis honorib. & muneribus ornatum, tum ad bellum domesticum tollerandum ducentis, qui triginta talentis donatum.

121. in portum, qui Menel.) sic Plutarch. καὶ ποσὸν τὴν διδύλω εἰς χαλεπὸν ἔρημον κομῶντις, ὁ καλοῦσι Μενελάου λιμένας, &c. i. & ad Libyam in oppidum quoddam delatus, quod Menelai portus appellatur, &c. Hunc Menelai portum commemorat Strabo lib. vlt. non longè ab extremo. sed lib. x. explicatius, his verbis. ἢ ὁ Μενελάου οὐδ' οὐδ' εἰς Αἰθιοπίας ἤκει' οὐτὼ δὲ ἕως διδύλω, ὅτι ποσὸν τὴν ποσειδῶντος ἐστὶν ἀφ' ἧς καὶ ὁ κατ' ἄνω ἀφ' Ἀφρικῶν λιμῶν, τὴν ἀπὸ τοῦ παλαιῦτος Μενελάου καλεῖται. i. hic igitur Menelaus in Æthiopiam venit: ita verò & in Africam, quia ad quædam illius ora loca eius naues appulsa sunt. à quo, qui est circa Ardaniam portus supra Parætonium, Menelaus appellatur.

122. Cyrenas) Κυρῶν πόλις διδύλης. Stephanus. Cyrene vrbs Libyæ. Plinius lib. V. cap. V. Cyrenaica, eadem Pentapolitana regio, illustratur Hammonis oraculo, quòd à Cyrenis abest CCCC. M. passuum, fonte solis, vrbibus maxime quinque Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipsa Cyrene.

123. in morbum implicitus) Plutarch. ibid. ἀποθνήσκει βιώσας μὲν ὀδονήκοντα καὶ τὴν ἑξῆς ἔτη, βασιλεύσας δὲ Σπάρτης ἐν τῷ πενταεταίοντα πλέον, &c. i. Moritur cum annos quattuor & octoginta vixisset, quadraginta & vnum, & amplius, Sparta regnum obtinisset, &c. Diod. lib. 15. ἐπιπέδων δὲ εἰς τὴν πατρίδα διὰ Κυρῶν ἐπέλασαν. i. reuertens autem in patriam per Cyrenen, decessit ἐν τῇ. Quòd autem

ad loquendi genus attinet, sic loqui solet Probus, idque alibi indicauimus.

124. quòd mel non hab.) contra Diodorus eodem loco. ἢ τὸ ἄμασις ἐν μῆλι κακομαθῆναι εἰς τὴν ἐπιπέδων, ἔτι καὶ τῆς βασιλικῆς τῶν τε καὶ ἡμῶν. i. & corpus Agesilai in melle spartam deportatum, sepultura regia, ceterisque honorib. regi conuenientib. decoratum est. Plutarchus cum Probo congruens. ἔτι δὲ οἷος λακωνικὸς ἦν ἀπὸ ἀνὸν ἐπὶ ξένῃς ἀποθανόντων, αὐτὸν τὸ ἄμασις κηδεύειν, ἢ ἀπολείπειν, τὸ δὲ ἦν βασιλεύοντι οἰκῶντι καμῶντι παρὸντες ἀπορπάται κηρὸν ἐπιπέδων τε καὶ τετρακοντα, μῆλις οὐ παρὸντες, ἀπὸν εἰς λακωνίαν. i. Cum esset autem hæc consuetudo apud Lacedæmonios, eorum, qui in locis externis mortui essent, corpora ibidem sepelire & relinquere: regum verò domum deportare: Lacedæmonij, qui cum Agesilao redibant, cera cadaueri illiquefacta, quia mel non suppetebat, Lacedæmonem retulerunt. Lacedæmonios autem solitos esse regum in externis locis mortuorum corpora in melle condita domum reportare, declarat quòd scribit Xenophon lib. 5. de reb. Gr. de sepultura Agesipolidis regis, non longè ab vrbe Olyntho mortui. ἢ ἐκείνους μὲν ἐν μῆλι κακομαθῆναι, καὶ κομῶντις οἰκῶντι, ἔτι καὶ τῆς βασιλικῆς τῶν τε καὶ ἡμῶν. i. Atque ille quidem in melle conditus, & domum reportatus, sepultura regia affectus est.

EUMENES.

Eumenes¹ Cardianus. ² Huius si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem maior fuisset, sed multo illustrior, atque etiam honoratior, ³ quòd magnos homines virtute metiuntur, non fortuna prudentes. Nam cum etas eius incidisset in ea tempora, quibus ⁴ Macedones florent, multum ei⁵ detraxit viuenti, quòd alienæ erat ciuitatis. neque aliud huic defuit, quam ⁶ generosa stirps. tametsi enim ille ⁷ domesticum summo genere erat, tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indignè ferebant: neque tamen non patientur. vincebat enim omnes ⁸ cura, vigilantia, patientia, ⁹ calliditate, & ¹⁰ celeritate ingenij. Hic peradolescens ad amicitiam accessit Philippi, Amyntæ filij: breuèque tempore ¹¹ in intimam peruénit familiaritatem. ¹² Fulgebat enim ¹³ ad manum ¹⁴ scribæ loco: quòd multo ¹⁵ apud Græcos honorificentius est, quam ¹⁶ apud Romanos. nam ¹⁷ apud nos reuera, sicut sunt, mercenarij scribæ existimantur. at apud il-

los è cōtrario, nemo ad id officium admittitur,¹⁸ nisi honesto loco, & fide, & industria cognita, quòd necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Hunc locum tenuit amicitiae apud Philippum annos septem.¹⁹ illo interfecto, eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim.²⁰ Novissimo tempore praesuit etiam²¹ alteri equitum ala,²² quae heretice appellabatur.²³ Vtrique autem &²⁴ in consilio semper affuit, & omnium rerum habitus est particeps. Alexandro²⁵ Babylone mortuo²⁶ cum regna singulis familiaribus dispartirentur, &²⁷ summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum suum dederat, Perdicca, ex quo omnes coniecerant, eum regnum ei commēdasse, quoad liberi eius²⁹ in suam tutelam peruenissent: aberant enim³⁰ Craterus, &³¹ Antipater, qui antecedere hunc videbantur: mortuus erat³² Hephæstio, quem viuum Alexander, quòd facile intelligi posset,³³ plurimi fecerat: Hoc tempore data est Eumeni³⁴ Cappadocia,³⁵ siue potius dicta. nam³⁶ tum in hostium erat potestate. Hunc sibi Perdiccas adiunxerat magno studio, quòd in homine³⁷ fidem & industriam magnam videbat, non dubitans, si eum pellexisset, magno usui fore sibi in his rebus, quas apparabat. cogitabat enim,³⁸ quòd ferè omnes in magnis imperiis concupiscunt, omnium parteis³⁹ corripere, atque complecti. Neque verò hoc solus fecit, sed ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant⁴⁰ amici. Primus⁴¹ Leonnatus⁴² Macedoniam praecipare⁴³ destinauerat. Is multis, magnisque pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret, ac secum faceret societatem. Cùm⁴⁴ eum perducere non posset, interficere conatus est: & fecisset,⁴⁵ nisi ille clam ex praesidiis eius effugisset. Interim⁴⁶ conflata sunt illa bella; quae⁴⁷ ad interne-

cionem.

cionem post Alexandri mortem gesta sunt,⁴⁸ omnesque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. quem & si infirmum videbat, quòd unus omnibus resistere cogebatur, tamen amicum non deseruit, neque salutis,⁴⁹ quam fidei, fuit cupidior. Praefecerat eum Perdiccas⁵⁰ ei parti Asiae, quae inter Taurum montem iacet, atque Hellespontum: & illum unum opposuerat⁵¹ Europaeis aduersariis. Ipse Aegyptum oppugnatum⁵² aduersus Ptolemaeum erat profectus. Eumenes cum neque magnas copias, neque firmas haberet, quòd in exercitata, & nò multo antè erant contracta, aduentare autè dicerentur, Hellespontumque⁵³ transcurrisse Antipater & Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri tum claritate, tum usu belli praestantes: Macedones verò milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim semper habiti sunt fortissimi,⁵⁴ qui summam imperij poterentur.⁵⁶ Eumenes igitur intelligebat si copia sua, cognosceret,⁵⁷ aduersus quos ducerentur, non modò non ituras, sed simul cum nuntio⁵⁸ dilapsuras. Itaque hoc eius fuit prudentissimum consilium, ut⁵⁹ deuiis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non possent: & his persuaderet, se⁶⁰ contra quosdam barbaros proficisci. Itaque⁶¹ tenuit hoc propositum, & prius in aciem exercitum eduxit, praeliūque commisit,⁶² quam milites suis scirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum praecipitatione,⁶³ ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu,⁶⁴ quo erat deterior. Quorum acerrimo concursu cum magnam partem diei esset pugnatum,⁶⁵ cadit Craterus dux, & Neoptolemus,⁶⁶ qui secundum locum imperij tenebat. cum hoc concurrat ipse Eumenes, qui cum⁶⁷ inter se complaxi in terram ex equis decidissent, ut facile intelligi posset ini-

r

mica mente contendisse, animoque magis etiam pugnasse, quam corpore: non prius distracti sunt, quam⁶⁸ alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur, neque eo magis ex proelio excessit,⁶⁹ sed acrius hostibus institit. Hic equitibus profligatis, interfecto duce Cratere, multis praeterea & maxime nobiles captis, pedestris exercitus,⁷⁰ quod in ea loca erat deductus, ut inuito Eumene elabi non posset, pacem ab eo petiit. quam cum impetrasset,⁷¹ in fide non mansit, & se, simulac potuit,⁷² ad Antipatrum recepit. Eumenes⁷³ Craterum ex acie seminiuum⁷⁴ elatum,⁷⁵ recreare studuit. cum id non posset, pro hominis dignitate, proque pristina amicitia (⁷⁶ namque illo usus erat, Alexandro viuo, familiariter)⁷⁷ amplo funere extulit, ossaque in Macedoniam uxori eius, ac liberis remisit. Haec dum apud Hellepontum geruntur, Perdicas apud flumen Nilum⁷⁸ interficitur a Seleuco & Antigono:⁷⁹ rerumque summa ad Antipatrum defertur.⁸⁰ Hic, qui deseruerant, exercitu suffragium ferente, capitis absentes damnantur, in his Eumenes.⁸¹ Hac ille perculsus plaga non succubuit, neque eo secius bellum administravit. sed exiles res animi magnitudinem,⁸² & si non frangebant, tamen imminuebant. Hunc persequens⁸³ Antigonus, cum omni genere copiarum abundaret,⁸⁴ saepe in itineribus vexabatur: neque umquam⁸⁵ ad manum accedere licebat, nisi his locis, quibus pauci possent multis resistere. Sed extremo tempore cum consilio capi non posset,⁸⁶ multitudo circumuentus est. hinc tamen multis suis amissis se expediuit, &⁸⁷ in castellum Phrygiae, quod⁸⁸ Nora appellatur, confugit. In quo cum⁸⁹ circumfederetur, & vereretur, ne uno loco manens equos militaris perderet, quod spatium non esset agitandi:⁹⁰ callidum fuit eius in-

uentum, quemadmodum⁹¹ stans iumentum calefieri, exerce-ri que posset, quo libentius & cibo uteretur, & a corporis motu non remoueretur. Substringebat caput loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere: deinde post verberibus cogebat exsultare, &⁹² calceis remittere. qui motus⁹³ non minus sudorem excutiebat, quam si in spatio⁹⁴ decurreret. Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, ut iumenta aequè⁹⁵ nitida ex castello educeret, cum complureis menses in obsidione fuisset, ac si in campestribus & planis ea locis habuisset. Quotiescunque voluit & apparatus⁹⁶ & munitiones Antigoni alias incendit, alias disiecit.⁹⁷ Tenuit autem se⁹⁸ uno loco, quam diu fuit hiems.⁹⁹ quod castrum subsidia habere non poterat, ver appropinquabat:¹⁰⁰ simulata deditioe, dum de condicionibus tractat.¹⁰¹ praefectis Antigoni¹⁰² imposuit: seque, ac suos omnes extraxit incolumis. Ad hunc Olympias, mater quae fuerat Alexandri,¹⁰³ cum litteras & nuntios misisset in Asiam consultum,¹⁰⁴ utrum repetitum Macedoniam veniret, (¹⁰⁵ nam tum in Epiro habitabat) &¹⁰⁶ eas res occuparet:¹⁰⁷ an in Epiro maneret: huic ille primum suavit, ne se moueret,¹⁰⁸ & exspectaret, quoad¹⁰⁹ Alexandri filius regnum adipisceretur.¹¹⁰ sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium iniuriarum obliuisceretur, & in neminem acerbior imperio uteretur. Horum nihil ea fecit. nam & in Macedoniam profecta est, & ibi¹¹¹ crudelissimè se gessit. Petiit autem ab Eumene absente, ne pateretur, Philippi domus & familiae¹¹² inimicissimos regnare, amicissimos interire, ferrè que opem liberis Alexandri.¹¹³ quam veniam si sibi daret, quam primum exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. id quo facilius faceret, se omnibus praefectis, qui

¹¹⁴ in officio manebant, ¹¹⁵ misisse litteras, ut ei parerent, eiusque consiliis uterentur. His verbis Eumenes permotus satius duxit, ¹¹⁶ si ita tulisset fortuna, perire benemeritis referentem gratiam, ¹¹⁷ quam ingratum viuere. Itaque copias contraxit, bellum aduersus Antigonum comparauit. Quod unà erant Macedones complures nobiles, in his ¹¹⁸ Peucestes, qui corporis custos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem: & ¹¹⁹ Teutamus, cuius sub imperio ¹²⁰ phalanx erat Macedonum: ¹²¹ inuidiam verens, (¹²² quam tamen effugere non potuit) ¹²³ si potius ipse ¹²⁴ alienigena summi imperij potiretur, quam alij Macedonum, quorum ibi erat multitudo: ¹²⁵ in principiis nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream ¹²⁶ cum sceptro ac diademate iussit poni, eoque omneis quotidie conuenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur, credens minore se inuidia fore, si specie imperij, nominisque simulatione Alexandri, bellum videretur administrare. ¹²⁷ quod & fecit. nam cum non ad Eumenis ¹²⁸ principia, sed ad regia conueniretur, atque ibi de ¹²⁹ rebus deliberaretur, quodammodo latebat, cum tamen per eum unum omnia gererentur. Hic ¹³⁰ in Paratocis cum Antigono conflixit, ¹³¹ non acie instructa, sed ¹³² in itinere, eumque ¹³³ male acceptum in Mediam hie-matum coegit redire. ipse ¹³⁴ in finitima regione Persidis hie-matum copias ¹³⁵ diuisit, non ut voluit, ¹³⁶ sed militum ut co-gebat voluntas. namque illa ¹³⁷ phalanx Alexandri Magni, quae Asiam peragrarat, deuiceratque Persas, inueterata cum gloria, tum etiam licentia, non parere se ducibus, ¹³⁸ sed imperare postulabat: ¹³⁹ ut nunc veterani faciunt. itaque periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt sua intemperantia, nimiaque licentia, ¹⁴⁰ ut omnia perdant, neque minus

eos cum quibus steterint, quam aduersus quos fecerint. Quod si quis illorum veteranorum legat facta, paria horum cognoscat: ¹⁴¹ neque rem ullam, nisi tempus, interesse iudicet. Sed ad illos reuertar. Hiberna sumserant non ad usum belli, sed ad ipsorum luxuriam: longèque inter se ¹⁴² discesserant. Hoc Antigonus cum comperisset, intelligeretque se parem non esse paratis aduersariis, ¹⁴³ statuit aliquid sibi noui consilij esse capiendum. Dua erant via, quae ex Medis, ubi ille hiemabat, ¹⁴⁴ ad aduersariorum hibernacula posset perueniri. quarum breuior per loca deserta, quae nemo incolebat ¹⁴⁵ propter aquae inopiam, ¹⁴⁶ ceterum dierum erat ferè decem. illa autem, ¹⁴⁷ quae omnes commeabant, ¹⁴⁸ altero tanto longiorem habebat ¹⁴⁹ amfractum, sed erat copiosa, omniumque rerum abundans. hanc si proficisceretur, intelligebat prius aduersarios rescituros de suo aduentu, quam ille tertiam partem confecisset itineris. sin per loca ¹⁵⁰ sola contenderet, sperabat se ¹⁵¹ imprudentem hostem oppressurum. Ad hanc rem conficiendam imperauit ¹⁵² quam plurimos utres, atque etiam culleos comparari: post haec pabulum: praeterea ¹⁵³ cibaria cocta decem dierum: ¹⁵⁴ utque quamminimè fieret ignis in castris. iterque, quod habebat, omneis celat. Sic paratus, quae constituerat, proficiscitur. Dimidium ferè spatium confecerat, ¹⁵⁵ cum ex fumo castrorum eius, suspicio ¹⁵⁶ allata est ¹⁵⁷ ad Eumenem, hostem appropinquare. conueniunt duces: queritur quid opus sit facto. intelligebant omnes, tam celeriter copias ipsorum contrahi non posse, quam Antigonus affuturus videbatur. Hic omnibus ¹⁵⁸ titubantibus, & de rebus summis desperantibus, Eumenes ait, si celeritatem uelint adhibere, & imperata facere, ¹⁵⁹ quod antè non fecerint, se ¹⁶⁰ rem expediturum. ¹⁶¹ nam quod diebus

quinque hostis transisse posset, se effecturum, ut non minus totidem dierum spatio retardaretur. quare circumirent, suasque quisque copias contraheret. Ad Antigoni autem¹⁶¹ refrenandum impetum tale capit consilium. Certos mittit homines ad infimos monteis,¹⁶² qui obuij erant itineri aduersariorum: hisque praecipit, ut¹⁶³ prima nocte quam latissimè possint igneis faciant¹⁶⁴ quam maximos: atque hos secunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant, ut a simulata castrorum consuetudinè¹⁶⁵ suspicionè iniiciant hostibus, in his locis esse castra, ac de eorum aduentu esse praenuntiatum: idemq; postera nocte faciant. quibus imperatū erat,¹⁶⁶ diligenter praceptum curant.¹⁶⁷ Antigonus tenebris obortis igneis cōspicatur: credit de suo aduentu esse auditum, & aduersarios¹⁶⁸ illuc suas contraxisse copias. mutat consilium, & quoniam imprudenteis adoriri non posset, flectit iter suum, & illum amfractum longiorem copiose viæ capit. ibique diem unum opperitur ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda iumenta, quo integriore exercitu¹⁶⁹ decerneret. Hic Eumenes callidum imperatorem¹⁷⁰ vicit consilio, celeritatēque impediuit eius, neque tamen multum profecit. nam¹⁷¹ inuidia¹⁷² ducum, cum quibus erat,¹⁷³ perfidiaque militum Macedonum¹⁷⁴ veteranorum, cum¹⁷⁵ superior praelio discessisset,¹⁷⁶ Antigono est deditus, cum exercitus ei ter antè separatis temporibus¹⁷⁷ iurasset, se eum defensurum, nec umquam deserturum. Sed tanta fuit nonnullorum¹⁷⁸ virtutis obrectatio, ut fidem amittere mallent, quam eum non prodere. Atque hunc Antigonus, cum ei fuisset infestissimus, conseruasset,¹⁷⁹ si per suos esset licitum, quòd ab nullo se plus adiuuari posse intelligebat in iis rebus, quas impendēre iam apparebat omnibus. Imminebāt enim

¹⁸⁰ Seleucus, ¹⁸¹ Lysimachus, ¹⁸² Ptolemaeus, opibus iam valentes: cum quibus ei de summis rebus erat dimicandum. sed non passi sunt¹⁸³ ij, qui circa erant, quòd videbant, Eumene recepto, omneis praè illo parui futuros. ipse autem Antigonus¹⁸⁴ adeò erat incensus, ut, nisi magna spe maximarum rerum, leniri non posset. Itaque cum eum in custodiam dedisset, & praefectus custodum quæsisset, quemadmodum seruari vellet:¹⁸⁵ ut acerrimum, inquit, leonem, aut ut ferocissimum elephantum.¹⁸⁶ nondum enim statuerat, conseruaret eum, nec ne. Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus hominum, & qui propter odium¹⁸⁷ fructum oculis eius casu capere vellent, & qui propter veterem amicitiam¹⁸⁸ colloqui, consolarique cuperent. multi etiam, qui eius formam cognoscere studebant, qualis esset, quem tam diu, tamque valde timuissent:¹⁸⁹ cuius in pernicie positam spem habuissent victoriae. At Eumenes, cum diutius in vinculis esset, ait¹⁹⁰ Onomarcho, penes quem summa imperij erat custodia, se mirari, quare iam tertium diem sic teneretur. non enim hoc conuenire Antigoni prudentia,¹⁹¹ ut sic se vteretur victo.¹⁹² quin aut interfici, aut missum fieri iuberet. Hic cum¹⁹³ ferocius Onomarcho loqui videretur, quid? tu, inquit, animo si isto eras,¹⁹⁴ cur nō in praelio cecidisti potius,¹⁹⁵ quā in potestatem inimici venires? Huic Eumenes, utinam quidem istud euenisset, inquit: sed eò non accidit,¹⁹⁶ quòd numquam cum fortiore sum congressus. non enim cum quouam arma contuli, quin is mihi succubuerit. non enim virtute hostium, sed amicorum perfidia,¹⁹⁷ decidi. Neque id falsum. nam &¹⁹⁸ dignitate fuit honesta, & viribus ad laborem ferendum firmis. neque tam magno corpore, quam figura venusta. De hoc Antigonus. cum solus constituere

non auderet,¹⁹⁹ ad consilium retulit. Hic cum²⁰⁰ plerique omnes primò perturbati admirarentur, non iam de eo sumtum esse supplicium, à quo tot annos adedè essent²⁰¹ male habiti, ut saepe ad desperationem forent adducti: quique maximos duces interfecisset: denique in quo uno esset tantum, ut,²⁰² quoad ille uiueret, ipsi securi esse non possent: interfecto²⁰³ nihil habituri negotij essent: postremò,²⁰⁴ si illi redderet salutem, querebant, quibus amicis esset usurus. sese enim cum Eumene apud eum non futuros. Hic cognita²⁰⁵ consilij voluntate, tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit.²⁰⁶ tum autem cum vereretur, nequa seditio exercitus oriretur, vetuit ad eum quemquam admitti, &²⁰⁷ quotidianum victum amoueri iussit. nam negabat, se ei vim allaturum, qui aliquando fuisset amicus. Hic tamen²⁰⁸ non amplius, quam triduum,²⁰⁹ fame fatigatus,²¹⁰ cum castra mouerentur, insciente Antigono²¹¹ iugulatus est à custodibus. Sic Eumenes annorum quinque & quadraginta, cum ab anno vicefimo (²¹² ut supra ostēdimus) septē annos Philippo²¹³ apparuisset, & tredecim apud Alexandrum eundem locū obtinuisset, in his²¹⁴ vni equitum ala praefuisset, post autem Alexandri Magni mortem imperator exercitus duxisset, summósque duces partim repulisset, partim interfecisset:²¹⁵ captus non Antigoni virtute, sed Macedonū periurio, talem habuit exitū vitæ.²¹⁶ De quo quanta fuerit omnium opinio eorum, qui post Alexandrum Magnū reges sunt appellati, ex hoc facillimè potest iudicari, quòd nemo Eumene viuo rex appellatus est, sed praefectus. ijdem post huius²¹⁷ occasum, statim²¹⁸ regium ornatum, noménque sumserunt: neque, quòd initio praedicarant, se Alexandri liberis regnum seruare, id praestare voluerunt, &

uno

uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt. Huius sceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolemæus, Seleucus,²¹⁹ Lysimachus,²²⁰ Cassander. Antigonus autem Eumenem mortuum²²¹ propinquis eius sepeliendum tradidit: qui eum militari, honestoq; funere, comitante toto exercitu, humauerunt, ossaque eius in Cappadociam²²² ad matrem, atque²²³ uxorem, liberósque eius deportanda curarunt.

EUMENES.

Cardianus) sic Plutarch. in Eumene. Stephanus, Καρδία πόλις τῆς ἐν Θράκῃ Χερσονήσου. i. Cardia vrbs Cherronesi eius, quæ est in Thracia. vnde autem sic dicta sit, lege apud eundem.

2. Huius si virtuti p. d.) quod fere euenit contrà, nam plerumque viri virtute præstantes fortunam experiuntur sibi maximè aduersam, infestam, atque iniquam: deterrimis & nequissimis hominib. omnia saepe ex animi sententia dormientibus procedunt. Quare optandum quidem illud est, virtutem habere ducè, comitem fortunam: & hæc duo maximè in imperatore requiruntur: vt in milite virtus & fides: sed tamen virtus à fortuna derelicta ac deserta, tueri locū suum, & retinere dignitatem suam aliquaratione potest. Quid intersit autem inter virtutem imperatoris, & virtutem militis alibi fortasse dicemus.

2. sed multo illustrior) si fortunatior fuisset Eumenes, inquit, quàm fuit: non fuisset ille quidem maior: fortuna enim nihil afferre, aut addere potest ad animi magnitudinem, qua nihil maius fingi potest, vt docet Aristot. lib. 4. de Morib. ad Nicom. sch. sed fuisset illustrior, & c. quia fortuna virtutem per se illam quidem claram atque illustrem, sed tamen opinione, & iudicio hominum sine fortuna obscuram, atque humilem, in luce & oculis ciuium, atque adedè peregrinorum & externorum collocat, & eius actiones amplificat, atque illustrat, & quodā modo splendidiores facit.

3. quòd magnos hom.) Secutus sum exempla Colonienfis & Basileensis nam Veneta & Florentina, & multo omnium antiquissima Argentoratensis, non habent vocem prudentes. quæ quamuis primo aspectu videatur esse necessariò ascribenda, videtur tamen mihi ab iis inculcata, & supposita, qui non videbant, sic interdum loqui solere veteres, vt subintelligatur nomen, quòd appellant Græmatici suppositum: & hæc esse verà & germanã scripturã, quòd magnos viros homines virtute metiuntur, non fortuna. non tamen iccirco quicquam mutarim. Nam vel sic locus explicandus est, vt vox, magnos, per se stet, neque cū substantiuo, homines cohereat, & subintelligatur, viros: vel contrà, vt hoc totum, magnos homines, coniunctè legatur, in verbo autem, metiuntur, subintelligatur.

gatur substantium, homines, vel, omnes, vel, plerique: quod bonis scriptoribus Graecis & Latinis est valde visitatum, ut diximus. Quamvis autem magnus vir solet dicere M. Tullius potius, quam magnus homo, hoc etiam modo tamen locutum esse, supra in Pausania ostendimus, princ. Pausanias Lacedaemonius, magnus homo. Sic & idē M. Tullius epist. I. lib. I. ad Q. Fr. Quare cum permagni hominis est, & ipsa natura moderati, tum verò doctrina, & optimarum artium studiis eruditi, sic se adhibere in tanta potestate & c. Idem pro Deiotaro. An Caeclium istum magnum hominem putabat?

4. Macedones florere) propter Philippum Amyntae fil. & Alexandrū Magnum, Philippi fil. qui res omnium Macedonū regum maximas gesserūt. de quibus alibi plura.

5. detraxit) deminuit, demisit, decerpfit, detruuit.

6. generosa stirps) ex antiquo genere Macedonico origo: vel δὲ γενεά, id est, generis praestantia.

7. tamesi enim ille domest.) nam & si erat domi nobilis, & c. sic enim dicitur à M. Tullio, qui Romae sunt ignobiles atque obscuri, Diod. lib. 18. pag. 23. tradit, cum fuisse peregrinum, nihil praeterea: alij dicunt aurigae filium fuisse, ut testatur Plutarchus in Eumene.

8. aliquando anteponi) legendum fortasse, aliquanto anteponi: vel potius aliquantum, ut cum verbo indignè ferebant, cohaereat. Veruntamen nihil muto.

8. cura) Cic. philipp. 2. in exir. Fuit in illo (Caesare) ingenium, ratio, memoria, littera, cura, cogitatio, diligentia. Attende verò imperatorias virtutes & apud Ciceronem, & apud scriptorem nostrum.

9. calliditate) Itaque Plutarchus eum πικρῶν δὲ πονηρῶν dicit fuisse.

10. celeritate ingenij) ἀλγίστα.

11. in intimam perv. fam.) pervenit ad eam Philippi familiaritatem, ut esset ex eius intimis.

12. fulgebat) elucebat, & eminebat in eo, cum etiam adolescentulus erat, in- doles virtutis.

13. ad manum) id est, paratū, & quasi perpetuò sibi apparentem, & astantem, & ἄ ex, δὲ χεῖρ, ἐπι, usq. alij, cuius manu ad epistolas scribendas uteretur: à quibus dissentio. Sed hac de re lege Turnebi nostri à duers. lib. 3. cap. vlt.

14. scribae loco) Plutarch. ἀρχαίματια Alexandri, id est scribarum principem Philippo mortuo fuisse tradit. Arrianus lib. V. χαίματια appellat simpliciter. Πλάς δὲ, εἰς τὸ μὲν ἀπὸ τῶν, ὡς τὰ δὲ πῶς αὐτοῦ, Εὐδῶν δὲ χαίματια ἐκ πῆμι ἐς τὰς δύο πόλεις, τὰς στωαφιστάσας, ὡς Σαλαμίνας, & c. id est, Alexander autem mortuis, ita ut institutum eius erat, sepultis, mittit Eumenem scribam ad duas vrbeis, quae vnà cum Sangalis à se defecerant, & c. Idem lib. VI. Ππολεμῶν δὲ τῶν Γεμαφύλων, & Εὐδῶν τῶν χαίματι τῶν βασιλικῶν τὰς Αρσαβάζου πῶς δὲ εἰδῶν, id est, Ptolemao verò corporis custodi, & Eumeni scribae regio filias Artabaζι in matrimonium collocavit.

15. apud Graios) Itaque Phyllidas Thebanus, non contemptus ciuis, Archie Thebani, & aliorum polemarchorum scriba erat, apud Xenoph. lib. 5. de reb. Gr.

& apud Isocratem idem fungitur scribae, & quaestoris munere: & hoc utrumque munus, laudis, gloriaeque sibi vertit. Sic Isocrat. Αἰγυπτιῶν, ἀπὸ δὲ τῶν ἀποπράτωρ, ἐμὲ δὲ χαίματια ἀπεπέμπε, καὶ ἔστ' ἔμενεν ἑταίρος καὶ τῆς σφύρας. i. praetor enim summi imperij compos creatus me & scribam praeter ceteris omnibus legit, & pecuniae publicae custodem praefecit. Apud Gallos fortasse nihil aliud est esse cancellarium (qui honos amplissimus est viro togato) quam esse ἀρχαίματια.

16. apud Ro.) Nam scribae apud Ro. erant serui, aut certe liberti. Cic. lib. 5. epist. ad fam. epist. 20. Ad ea, quae scripsisti, commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius, scriba meus, adesset. Idem tamen lib. 3. accus. ait, scribarum ordinem esse honestum. sic enim Cic. Ordo est honestus: quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? Est verò honestus, quòd eorum hominum fidei tabulae publicae, periculaque magistratuum committuntur. Itaque ex iis scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus familias, viris bonis, atque honestis, per cunctamini quid sibi istae quinquagesimae velint. nam omnes intelligent, novam rem totam, atque indignam videri. Ad eos me scribas reuoca, si placet. noli hos colligere, qui nummulus corrogatis de nepotum donis, ac de scenicorum corollaris cum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem ciuitatis se venisse dicunt, & c. sequitur paucis post. Tamesi cum in eo ordine videamus esse multos non idoneos, qui ordo industriae propositus est, & dignitati (senatorium significat) mirabimur, turpeis aliquos in eo esse, quòd cuius licet pretio perueniret? ex quibus verbis intelligere licet, scribarum ordinem apud Ro. ita honestum fuisse, ut tamen ad magistratus, & ad honores populi, aditus eis non pateret. Praeterea Horatius scribam quendam, cognomine Sarmentum, eundemque Scurram amarè exagitat sat. 5. lib. I. satisque declarat, eum seruum fuisse, aut cervè libertum, seu libertinum. Multa Cicerrus ad haec: donasset iamne catenam Ex voto Laribus, querebat. scriba quòd esset, Deterius nihilo domine ius esse. rogabat Denique cur umquam fugisset, & c. Alium scribam more suo ludit, & irridet sat. V. lib. 2. plerumque recoctus scriba ex Quinqueniro coruum deludet hiantem. Admonendus autem est lector, verba illa, periculaque magistratuum, quae supra protuli ex lib. 3. accusatione, nò esse ita accipienda, ut vulgus putat, sed per pericula, illo loco, significari indices, & summas sententiarum à magistratibus latorum, aut etiam decretorum: de qua huius vocis significatione supra ex Cuiatij nostri sententia nonnulla supra in Epaminonda diximus.

17. apud nos) apud Romanos.

18. nisi honesto loco) Itaque cum Neoptolemus scutigerorum princeps post Alexandri mortem dixisset, se Alexandrum secutum esse cum clypeo & lancea, Eumenem verò cum stilo, & tabella, irriserunt illum Macedones, qui scirent, Eumenem praeter alia ornamenta ab Alexandro in eum collata, etiam dignum esse habitum affinitate regis.

19. illo interfecto) à Pausania: qua de re alibi dicemus.

20. Nouissimo) ultimo Brutus lib. XI. epist. ad fam. epist. I. cur nouissimū tempus expectemus potius, quam nunc aliquid moliamur?

21. alteri equitum alic) Claudius Puteanus admonuit me, notatum esse à qui-

busdam, in libris manuscriptis scriptum esse, altera equitum alae: quod ego am- plector, si veri sunt testes: neque hoc lectorem eclare volui. Omnino sic interdum loquebantur veteres, ut et multi alij obseruauerunt, et nos in commentariis Lu- cretiani notauimus. Sic Terent. Heautont. hoc ipsum in itinere altera dum nar- rat, forte audiui. Alam equitum autem ex consuetudine Romana dixit. sic M. Tullius lib. 2. de offic. Quo in bello cum te Pompeius alae alteri praefecisset, ma- gnam laudem et a summo viro, et ab exercitu consequabar, et c. T. Linius lib. 21. annal. Huic alae equitum misit, ut ante dictum est, ab ostio Rodani trecenti Ro- manorum equites occurrunt.

22. quae heterice app.) Harpocratio in voce πείρατος, al. πείρατος. Αταξιμύ- νης εν παροτρων φιλιππιων παρ Αλεξανδρου λεγων φησι. επιτα τεις με εν δροσταισις ιπ- πων εν σωεδισις, επιτροις παροσσηροβσι. τεις δε πειραις, και τεις πεποις εις λοχους, και δε- καδρας, και τας αλλας αρχας διχων, πειραισις αι ομας, οπως εκαπροι μετροιτις της βα- σιλικης επιτειας παροσμοσπι δεσπελων οπις. i. Anaximenes in primo Philippico- rum libro de Alexandro loquens ait. Deinde cum honoratissimos equitationi as- suescisset, sodales, seu amicos appellauit. plerosque autem, et pedites cum in cohorteis, et decadas, et alios ordines distribuisset, pedites sodales appella- uit, ut utriusque regie sodalitates participes, propensam in ipsum animi alacri- tatem perpetuo obtinerent. Diod. lib. 18. ο δε μεγαροι εχοντες ακριωμα ην φιλων, και Γυμασφουλακων σωεδουσαντας, η παροσλαβουδροι πο η ιππων η επιτρων ονομαζουδων συσημα, το μδ παροσπι δεσπερις δεσπαι τεις οποις παροσ τω φαλαγγα διερωσαν, et c. i. Qui autem ex amicis, et corporis custodibus maxima dignitate praediti erant, consilio inuito, et adhibita equitum, qui heteri, id est, sodales. et amici appella- bantur, ala, primum armis decertare cum legionibus in animo habuerunt, et c. Arrianus lib. VI. de rebus gestis Alex. και τις αυτων και η ηλιακας και ιππαρχου της ιππου της επιτειας εν αφαις, Καλλινης ονομα, τριαυτα επιτρ, ω βασιλδ, et c. i. Et qui- dem etate, et praefectura equestri alae equitum heterices non obscurus, Callines nomine, talia dixit, O rex, et c. Idem eodem lib. infra. Ουκωδ ουδε αλλον λινα επι- ζει αυτη Ηφαιστιωνος χλιαρχου οπι η ιππου η επιτειακη Αλεξανδρος, ως μη απολοιο το ονομα το Ηφαιστιωνος εν της τειξως, et c. i. Itaque neque alium quemquam subro- gavit chiliarchum in locum Hephæstionis, equitum alae heterice Alexander, ut ne Hephæstionis nomen ex illa equitum turma deleteretur, et c.

- 23. utriusque Philippo et Alexandro.
- 24. in consilio semp.) sic loquitur et Cic. ut pro P. Quintio. certè et hos, qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit. Idem lib. 2. accus. Me quoque Petilius, ut sibi in consilio adesset, rogauit.
- 25. Babylone mortuo) de morte Alexandri lege. Arrianum lib. 7. non admo- dum longè ab extr. et Diod. lib. 17. in extr. Nos tamen dicemus de ea statim post Timoleontem nonnulla.
- 26. cum regna sing. fam.) mox hac de re dicemus.
- 27. et summa rerum) sic saepe alibi locutus est Probus.
- 28. cui Alex. mor. ann. f. d. Perd) Diod. lib. 17. in extr. ποσ ος δε ποιους, η δεσπαις δεσπερις συροξαις Αλεξανδρος, επιτα το ζων απιγαι, παροσμοσπις τον δεσπυλιον. εδωκε

Γερδικαι. ην δε φιλων επιρωτων, λι τιω βασιλειω δεσπετις, επι, τω κρατιστο. i. Multis autem dolorib. et cruciatib. affectus Alexander, postquam vitam despe- rauit, detractum annulum perdiccae dedit. A micis autem interrogantib. cui re- gnum relinqueret, optimo, inquit. Sic Q. Curtius lib. 16. propiusque adire iussis amicis (nam et vox eum desicere coeperat) detractum annulum digito, Perdiccae tradidit, adiectis mandatis, ut se ad Hammonem ferri iuberent: quarentibusque his, cui relinqueret regnum: respondit, ei, qui esset optimus. Idem Diodorus lib. 18. non longè a princip. οδους βασιλεια και πεισσαι τον Φιλιππου τον Αρριδαιου, και μετανο- μασαν Φιλιππου, επιμδρη τιω δε της βασιλειας Περδικκαι, η η ο βασιλεις η δεσπυλιον πε- λουτων εδεσδωκει τεις η απολοιοι ταπις ην φιλων η Γυμασφουλακων, παροσλαβων τας Γε- σραπτας ηξωσαν, και υπακουεν τω πε βασιλει, και τω Περδικκαι. αυτα παροσλαβων τιω ην ολων ηγαμοσαι, και σωεδουσαντας με ην ηγαμοσων, Παροσμοσπι με τω δεσπερις τιω Αλυσιον εδωκε Λαομεδοντι δε τω μυπυλιω, η τιω συρεια. Φιλωτα δε Κιλικιδου, η Γιθωνι μδ Μη- δισου, Ευιδρη δε Γαφλαργων και Καππαδοκιδου, η πασας τας σωοειξουσας Γωταις χω- ρας, αι Αλεξανδρος εν επιλθρη, εκκρησθις υπο ην καιρων, οπι διεπολεμαι παροσ Δαρειου. Αντηρω δε Γαμφουλιου και Λυκιδου, και τιω καιουμδρω Φρυγιου, η δε τω τα καιουμ- δρω η καιειαν, Μελεαργου η Λυδισαι, Λειονατω δε τιω εφ Εμνησων τω Φρυγιου. αυται με ουδ αι Γεσραπτας τω τον επον εμειοσσαν. i. statim regem fecerunt Philippi filium Arrideum, eumque mutato nomine Philippum nominarunt, et regni curatorem Perdiccam crearunt, cui rex Alexander annulum suum moriens dederat: ex ami- cis autem et corporis custodibus eos, qui maxime virtute praestarent, satrapias capere, regie ac Perdiccae dicto audietis esse, existimarunt oportere. Perdiccas summam rerum, imperiique adeptus, et consilio cum principibus habito, Ptole- mae Lagi filio Aegyptum tradidit: Laomedonii Mitylenaeo Syriam, Philotae Cili- ciam, et Pithoni quidem Mediam, Eumeni verò Paphlagoniam et Cappado- ciam, omneisque his finitimas regiones, quas Alexander non peruaserat tem- poribus exclusus, cum Dario bellum inferebat: Antigono verò Pamphyliam, et Lyciam, et eam, quae Phrygia appellatur. Postea verò Cassandro Cariam, Melea- gro Lydiam, Leonnato eam, quae est ad Hellepontum, Phrygiam. Haec igitur satra- pia hoc modo distributa sunt.

28. ex quo omnes coniecerunt) annulis signum in cera, aut charta imprimebat veteres, quem morem etiam hodie plerique retinet. Ex eo fit, ut, cui princeps ali- quis, aut imperator, annulum suum tradiderit, ei rerum gerendarum potestatem permisisse, maximamque fidem habere videatur: cuius rei multa sunt apud scri- ptores argumenta, ac testimonia. Sueton. in Tiberio in extr. Seneca eum scribit, intellecta defectione, ex eum annulum, quasi alicui traditurum, parumper te- nuisse: deinde rursus aptasse digito, et compressa sinistra manu iacuisse diu im- mobilem, et c. Et Hannibalem tradunt historici, cum Marcellum cecidisse audis- set, ceterisque, qui vna interierant, neglectis, ad Marcellum in equo accurrisset, mortisque casum inopinatum admiratus esset: annulo detracto, Marcelli corpus sepeliendum curasse. eumque honorifica sepultura affecisse. Annuli denique tra- ditio in morte, videtur declinare eum heredem, cui annulus traditus est. quam- quam Q. Caecilius hoc perpetuo verum non esse re ostendit. Nam praeterito L. L.

cullo, quem semper vivus praese tulerat sibi heredem esse velle, cuique moriens annulos suos dederat, Pomponium Atticum testamento adoptatum, omnium bonorum suorum heredem fecit: & M. Popilius cum Oppium Gallum familiarissimum suum, unum ex omnibus, qui assidebant, moriens osculatus esset, eique annulos suos tradidisset, heredem tamen non instituit, sed aliis scriptis heredibus irrisit ac delulsi. auctor Valerius Max. lib. VII. cap. ultimo.

29. quoad liberi eius) Queritur primum, reliqueritne liberos Alexander, deinde quot. Diod. lib. 18. ait, Alexandrum mortuum esse sine liberis, sic enim ille fere in princip. Αλεξάνδρου τῷ βασιλέως τελευτήσαντος ἀπαρχος, ἀπαρχος, ἔπειτα σάσις ἐστὶν ἡ τῆς ἡγεμονίας, i. Alexandro rege sine liberis mortuo, vacuitas ab imperio, & magna seditio coorta est. Idem paullo post addit, Arrideum Philippi fil. Alexandri regis fratrem ex alia matre, ab omnibus principibus regem esse factum ac probatum, Perdiccam autem regni administratorem creatum, ut supra diximus. Sed Plutarch. tradit, Roxanen ex Alexandro pregnantem fuisse relictam. sic Plutarch. in Alexandro extr. ἡ δὲ Ρωξάνη κούρα μὲν ἐπίχρηε, καὶ δὲ τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν μακεδόνων. i. Rhoxane praegnans, seu praegnans, quidem erat, & iccirco apud Macedones summo erat in honore. Atque hunc incertum filium, regem esse, & se interea regni curatorem declarari Perdiccas volebat, ut ait eodem loco Plutarchus. Idem δὲ τῆς Alexandri τῶνος, ἡ ἀρ. λόγῳ β. scribit, Alexandrum duas uxores habuisse, alteram Roxanen, alteram Statiram Darij filiam: utrum autem liberos pepererit, necne, non addit. In Alexandro vero narrat Statiram, cum praegnans esset, a Roxane epistola quadam insidiosa & fallaci pellectam, esse interfectam, & in puteum deiectam. Alij scribunt Barsinen Artabazj, immo Darij (ut vult Arrianus) filiam Memmonis uxorem, viro mortuo, ab Alexandro compressam, filium peperisse, Herculem nomine, qui mortuo Alexandro, annum aetatis decimum quintum ageret: quem regni heredem esse oportere potius, quam Roxanae partum incertum ad regnum expectari, Nearchum contendisse. Quid igitur dicendum? Roxanes filius cum Alexander excessit e vita, nondum natus erat, & non ita longo postquam natus est tempore, a Cassandro una cum matre interfectus est: & aliquanto antea Hercules Barsines filius ab eodem interemptus erat. Statira ex Alexandro numquam praegnans fuit. Quare Diodorum tueri possumus, qui dicit Alexandrum sine liberis discessisse. Contra Probus, & si qui alij tradiderunt, Alexandro fuisse filios superstites, verè dixisse videri possunt. Nam & Roxane iusta uxor peperit, & Barsine non ignobilis mulier, quamvis iusta uxor non esset, multo antequam Alexander moreretur, Herculem illum ediderat. Quod si quis dicat, eum solum Alexandri filium fuisse dicendum, qui mortis tempore natus esset: ne in hoc quidem Probus mendacij arguendus est, quod numero multitudinis utatur. Nam liberorum appellatione filius vnus continetur, ut docet Caius lib. 8. ad L. Iuliam, his verbis. Non est sine liberis, cui vel vnus filius, vnaque filia est. Haec enim enuntiatio, habet liberos, non habet liberos, semper plurali ratio, seu plurali numero profertur, sicut & pugillares, & codicilli. Nam quem sine liberis esse dicere non possumus, hunc necesse est ut dicamus liberos habere. Verum tamen non vnum fuisse Alexandri filium, post eius obitum, ex iis, quae in-

frā proferemus, intelligere licebit. De uxoribus autem Alexandri magna controversia est. Ex Ariano quidem intelligere licet, Alexandrum treis vno tempore habuisse uxores. Sunt enim eius haec verba lib. VII. οὐδὲ καὶ γαμίζεις ἐποίησεν ἐν Σούσοις αὐτῷ τε καὶ ἄλλῃ ἐτάρω αὐτῶς μὲν ἄλλῃ δαρείων θυγατρῶν τῶν ἀρεσθῶν τῶν Βαρσίνῃ τε καὶ ἄλλῃ. ὡς δὲ λέγει Αλεξάνδρου, καὶ ἄλλῃ ἀρεσθῶν τῶν θυγατρῶν τῶν ἡμετέρων τῶν, Γαρσίαν πν. ἡ δὲ τῶν αὐτῶν ἡγεμονία, ἡ Ὀξυάρτου ἡ Βασιλείης πατὴρ Ἰωάνης. id est, Alexander ante nuptias confecit suis & suas, & amicorum. Ipse quidem filiarum Darij natu maximam duxit Barsinam. Ut autem narrat Aristobulus, etiam aliam cum hac filiarum Ochi natu minimam Parysatin. Iam vero in matrimonium habebat Oxyarta Bactrij filiam Rhoxanen.

29. in tutelam suam per.) sic legendum est, quo modo habent exempla. Colonia, & Basileensis, & Argentorat. non quo modo Veneta & Florent. quoad liberi eius extra tutelam suam peruenissent, planè mendosè, atque ineptè. sic autem solebat loqui Romani veteres, eiusque locutionis exstant cum apud M. Tullium, tum maximè apud iuriconsultos non pauca exempla. M. Tullius lib. 2. de Inventione. Quidam pupillum heredem fecit: pupillus autem mortuus est antea quam in suam tutelam veniret. Idem lib. I. de Oratore. ad Q. Fr. ego autem defenderem: hac eum mente fuisse, ut, si ei filius non esset, qui in suam tutelam venisset, M. Curius esset heres. Idem in Bruto. M. Curium, cum ita heres institutus esset, si pupillus antea mortuus esset, quam in suam tutelam venisset, pupillo nato, heredem esse non posse. Iabolenus titulo de iure deliberandi, Digestis, Qui filium libertinum habebat, heredem eum instituerat, deinde ita scripserat: si mihi filius nullus erit, qui in suam tutelam veniat, tunc Dama seruus liber esto. Quid sit autem in suam tutelam venire, docent iuriscōsulti in institutionib. iuris ciuilib. lib. 2. titulo 16. de pupill. substit. ibi. Titus filius meus heres mihi esto: & si filius meus heres mihi non erit: siue heres erit, & prius moriatur, quam in suam tutelam venerit: id est, antea quam pubes factus sit, tunc seius heres esto. quamquam in quibusdam exemplis, ea verba, id est, antea quam pubes factus sit, non reperiuntur: & verò credibile est esse interpretationem illius antiquioris sermonis, prius quam in suam tutelam venerit. Nam dicitur is mortuus esse antequam in suam tutelam venerit, qui intra pubertatem decepsit. quo modo etiam interdum iuris consulti loquebantur. Vlpian. Digest. de vulg. & pupill. substit. Qui liberis impuberib. substituit: aut purè, aut sub conditione solet substitui: purè sic, si filius meus intra pubertatem decepsit, seius heres esto, & c.

30. Craterus) quem Alexander secundum Nephastionem plurimum amabat.

31. Antipater) Iolai fil. in vrbe Macedoniae Paliura natus: qui Macedoniae regnum tandem obtinuit: cuius duo strategemata, quae relata sunt à Polyeno lib. 4. ad hunc locum appingere nõ grauiabor. Αντιπατρὸς τὸν Σπερχειῶν δὲ βίω αὐτὸς εὐλολεπ. δεσπότην δὲ ἰταπῶν δὲ βίω αὐτὸν καλοῦντων, ὁ μὲν τῶν διωαμῶν ἀπὸ τῆς ἡγεμονίας εἰς τῶν αὐτῶν στρατοπέδου: καὶ παρήγαγε τῆς μακεδόνων, εἰς τῆς ὀπίσθους, καὶ τῆς σκευοφόρας μὴ λυεῖν. οἱ δεσπῆται δὲ εἰς τῆς Λαμίας ἀφῆκε πύσσαντες ἡγεμονίας αὐτῶν καὶ τῶν οἰκίας. Αντιπατρὸς τὸν ποταμὸν φθαλασσὸς διεβίωσε τῶν διωαμῶν αὐτῶν ἐν Κοινητῶν Σπερχειῶν, καὶ κατὰ λαβὴν τῶν Λαμίας ἀπὸ αὐτῶν, id est, Antipater Sperchium transire volebat. Thessalis autem

equitibus eum transire prohibentibus, ille copias suas in eundem locum, ubi castra locauerat, reduxit: et edixit ut Macedones in armis permanerent, neque veterina soluerent. Thessali in urbem Lamiam reuersi singuli in singulis domibus prandebant. Antipater prius interea fluuium copias traiecit, quam Thessali subsidio suis venire, Antipatrumque prohibere potuissent, et Lamiam impetu facto captam occupauit. Sequitur alterum. Αντίπατρος ἐν Θεσσαλίᾳ Βυλοῦδος φασπασίαν τοῖς πολεμοῖς ἀποστρεφῆναι ἰππέων πολλῶν, σιμωραγῶν ὄντων πολλοῖς καὶ ἡμίονοις, σιμωτάξιν εἰς ἑλάτας, καὶ αἰετῶσιν αἰδραῖς ὀπίσθην ἰππικῆν ἔχοντα. ἀποστρεφάξαι δὲ ἐκείνην εἰληπὴν τῶν ὑπὸν ὄντων ἰππέων. Τουῦτοις ὁρώμενοι οἱ πολέμοι, καὶ τοῖς ἐπιπέροις ἰππέσις ἔθ' ἡμισσας, καταπλάσθη τις ἐφθόρου. Τουῦτω παρ' ἑρατηγίμας καὶ Ἀρησίλαος ἐχρήσατο τοῖς Ἀέροπον ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ Εὐδήρις τοῖς Ἀντιγόνοι ἐν Ἀσίᾳ. i. Antipater cum vellet in Thessalia hostibus multorum equitum speciem praeberē, multos asinos et mulos coactos in turmas distribuit, et disposuit, eisque viros armatura equestri ornatos imposuit. Adiunxit autem vniciuique turmae simulatae primum ordinem equitum veterorum. Hos cum hostes viderent, et eos, qui sequebantur, equites esse existimarent: metu perterriti aufugerunt. Hoc eodem strategemate usus est et Agesilaus aduersus Aetopum in Macedonia, et Eumenes aduersus Antigontum in Asia.

32. Hephæstio) quem plurimum omnium amauerat Alexander, et, ut ait Probus, plurimi fecerat. libri Basilea, Coloniae, Argentorati, editi habent, quem vnum Alexander, et c. quae fortassis est recta, et germana scriptura.

33. plurimi fecerat) sic Diod. lib. 19. Ὡντα μὲν γὰρ τοῖς ἐπίμοις πάντων τῶν φίλων, καὶ παρ' Κρατέρου φίλων ἔχοντας ἐν ἀμύμονος ἐπέειπε τῶν ἐπιπέρων εἶπε μὲν δὲ καταδέετορον Ἡφαιστῖονος τὸν Κρατέρον σὺν γένει, ἐπιφθέγγατο Κρατέρον μὲν γὰρ ἐν Φιλοκασιᾳ, Ἡφαιστῖονα δὲ Φιλαλέξου ἀφροῖ. i. Vnum enim Hephæstionem omnium amicorum plurimi fecit: quamuis Craterus amore cum eo certaret. Cum enim quidam ex amicis Alexandri dixisset, Craterum nihilo inferiore loco in amicitia, quam Hephæstionem, apud Alexandrum tenere: acclamauit Alexander, Craterum quidem regis amantem esse, Hephæstionem verò Alexandri. Eiusdē, cum Ecbatanis febre mortuus esset, mortem doluit intoleranter, et luxit inhumaniter. statim equos et mulos omnes tonderi luctus causa insit, omnium vicinorum oppidorum pinnacula et turres diruendas curauit: medicum Glaucum, qui eum egrum curauerat, in crucem egit, sibi arum cantum, et omnem aliam musicam in castris eo usque adhiberi vetuit, donec ab Ammone venit oraculum, quo iubebat Hephæstionem ita coli, ut deum. Leuamentum et solatium recentis aetatis erat Alexandro, urbis expugnare, et urbibus captis, in omnes ciues usque a pubertate seuire, eosque trucidare. Atque hoc, Hephæstioni parētare dicebatur. Usque adeo interdum insanunt magni reges: qualis fuit Alexander.

34. Cappadocia) et Paphlagonia, et regiones eis confines, ut supra ex Diodoro retulimus. Sic et Plutarchus in Eumene, ἐπὶ δὲ ἀμύμονος ἡμιόνοις οἱ ἑρατηγί, καὶ καταστῆτες ἐν τῶν ἀποστρεφῆναι τῶν ἐλατῶν διενέμοιτο ἑραταπίαι, καὶ στρατηγίαι, Εὐδήρις ἀμύμονος καταπλάσθη καὶ Περσέων τῶν ἰσχυρῶν τῶν περικτῶν παλαίη, μέγιστον Τραπεζοῦνας, οὐκ ὅπως τὸν μακεδόνων ὄσαν. i. Postquam autem congressi ac permisti inter se duces, et ex primis turbis ac discordiis ad concordiam reuocati ac redacti,

ac redacti, praefecturas et imperia diuiserunt: Eumenes aufert Cappadociam et Paphlagoniam mari Pontico subiacentem usque ad Trapezuntem, cum tamen nondum Macedonum esset.

35. sine potius dicta) correctio est. non data (inquit) sed dicta, id est, verbo attributa atque addicta Cappadocia et Paphlagonia est: quia, ut alij tradiderunt, nondum eas regiones, seu provincias subegerant Macedones, immò nondum in eas Macedonum tela, neque arma peruenerant.

36. nam tum in hostium) Plutarch. Αεαγεῖδος γὰρ ἀπὸ τῆς ἐλασίθωυ. i. Ariarathes enim eius regnum obtinebat.

37. quod in hom. fid. et ind.) sic fere Plutarch. οὐ μὲν ἂν ὁ Περδικκας, ἐφ' ᾧ καὶ ὠρμητο, δὲ ἀπὸ τοῦ πιστεῦν ἀποστρεφάξαι, καὶ δὲ ἰσχυροῦσιν ἀμύμονος ἀφροῖ καὶ περδίκκας οὐδὲμος, ἰσχυρῶν μὲν, et c. i. Verum tamen Perdiccas confidens se ea, ad quae animum adiecerat, atque incubuerat, per se sibi adiuncturum et conciliaturum, reliqua verò existimans virum efficacem, et custodem fidum desiderare, Eumenum ex Cilicia dimisit, verbo in eius praefecturam, re ut confinem Armeniam in officio contineret, in qua Neoptolemus nonnulla turbabat.

38. quod fere omnes et c.) sed et habebat hoc in primis Perdiccas: et praeterea saeuus, atque ad caedem promptus erat. ex quo ad extremum alienauit à se voluntates suorum, et à quibusdam equitibus interfectus est. Diod. lib. 18. de Perdicca loquens. καὶ γὰρ φοιητὸς ἦν, καὶ τῶν ἀλλῶν ἡμιόνων ἀπειροῦδος τῶν θεοῖσιν, καὶ κατὰ τοῦ πάντων βουλοῦδος ἄρ' ἄν βιαιώτα. i. etenim saeuus, atque ad caedem promptus erat, et alius suam potestatem, atque auctoritatem minuebat, et circumcidēbat, et omnino omnib. per vim et iniuriam imperare volebat.

39. corripere) simul rapere: ad se vi, vel arte conuerrere, et corrudere.

40. amici) et cetero.

41. Leonnatus) cui obtigerat Phrygia, quae Hellestium attingit, homo, ut eum Plutarchus nominat, ἔμπροσθεν, καὶ φορῶν μετὰ ἀλεεῖται, καὶ ὀξείας. i. temerarius, ac stolidus, et incerto quodam, et celeri animi impetu praecipit. Fuerat autem vnus ex Alexandri corporis custodibus.

42. Macedonia) Plutarch. λόγος μὲν γὰρ ἦν βουήθια, καὶ ἀποστρεφῆναι τῶν ἀποστρεφῆναι, καὶ δὲ ἀπὸ τοῦ πιστεῦν ἀποστρεφάξαι. i. verbo, et simulatione auxilium Antipatro ferre parabat: sed re vera destinauerat, ubi primum in Graeciam transisset, Macedonia occupatam sibi vendicare.

43. destinauerat) constituerat: constitutum in animo habebat: deliberatum ei erat. Scio, libros fere omnes habere praedestinauerat: sed, praeter, geminatum esse existimavi ex superiore verbo, praecipere.

44. eum perducere) ei persuadere.

45. nisi ille clam ex praesid.) Plutarchus, ἀπογοῖς ὑπὸν ἀπὸ ἐξῆς, τῶν ἐσωτῶν λατῶν ἀποστρεφῆναι, et c. φωνῶν δὲ οὐκ ὄντων τοῖς Περδικκας, καὶ τῶν ἀποστρεφῆναι βουλοῦσιν ἀμύμονος κατὰ τοῦ πάντων, ὅτι δὲ καὶ ἰσχυρῶν μετὰ ἀμύμονος, et c. i. Eumenes non probato Leonnati consilio et conatu, noctu discessit, ablatis vna secum suis impedimentis et sarcinis, et c. cum autem ita ad Perdiccam fugisset, Leonnati que consilia ei enuntiaffet, statim apud eum multum valuit, et c. Codices editionis Argentor. Colon. Basil.

habent, nisi ille clam noctu ex praef. quae scriptura cum Plutarchi verbis congruit. 46. conflata sunt, & c.) quae narrantur à Diodoro lib. 18. 19. 20. & item ab aliis: ab Alexandro moriente praedicta. hanc enim postremam Alexandri vocem fuisse ait Diodorus lib. 17. sub extr. καὶ ἄρῃσι φέρεται τῷ πῶ πλῆθει φωνῶν ἄρῃσι φέρεται, ὅτι μὴ γὰρ ἀγῶνα αὐτῶν ὄντων φησὶ συνησίουται πάντες οἱ περὶ τούτους ἄρῃσι φέρονται. i. praeterea que hoc locutus est, hac postremo voce missa, omnes amicos suos, qui dignitate praestarent, magnum certamen funebre sibi constituturos. Conflata bella, autem dictum translate, vt conflata iniuria, invidia, seditio, & simil. Dixit & M. Tullius conflatum bellum Philipp. 2. redeo ad bellum civile, quod natum, susceptum, conflatum opera tua est.

47. quae ad interneccionem) libri quidam editionis antiquissimae habent, interneccionem: unde suspicabar legendum, ad interneccionem, quod idem valet, atque, usque ad interitum.

48. omnesque) & in primis Craterus, & Antipater, Gracia subacta, belloque Lamiaco confecto: & postea Antigonus.

49. quam fidei) Plutarch. ἀρχόντος δὲ πλεονεξίας, τῶν ἀδικουμένων βουθόντων, μέχρις αὐτῶν ἐπιβίῃ. καὶ ἡ ἀλλοτρίῃ τῶν σῶμα καὶ τὸν βίον, ἢ τὴν πῶ πῶσι περὶ ἡσυχίας, i. dixit Eumenes, se, quia Craterus iniuriam faceret, & alienum imperium in se transire conaretur, ei, qui iniuste lederetur, auxilium laturum, donec anima sua spiraret: & corpus, ac vitam potius, quam fidem, deserturum ac proditurum.

50. ei parti Asiae) Plutarch. ὁ Περδικκας αὐτὸς ὄντι Πτολεμαῖοι στρατιώται, ἀπέδραξε τὴν Ἐβερῆν ἔφη ἐν Ἀρμενίᾳ ἐν Καππαδοκίᾳ διωκόμενοι ἀποκράτησεν στρατηγὸν, & c. i. Perdiccas ipse Ptolemaeo bellum inferens, Eumenum earum, quae in Armenia & Cappadocia erant, copiarum imperatorem summæ rei compositum fecerat.

51. Europæis aduers.) Cratero & Antipatro, & Pithoni, & Arridæo, Alexandri ex alia matre fratris, qui postea Philippus dictus est, vt supra diximus.

52. aduersus Ptolemaeum) sic Plutarch. vt paullo ante retulimus.

53. Hellepontumque transcurrisse) id est, vt sic dicam, transnavigasse. Nam & currere interdum pro navigare, & cursum pro navigatione vsurpant Latini, vt alias indicauimus. Sed, quod ad rem attinet, Probus dum properat, & breuis esse studet, omittit illa, quae ex Diodoro supplebo. sic igitur Diod. lib. 18. pag. 643. Περδικκας γὰρ ὑποφωτισμένος αὐτῷ (Πτολεμαίου) τὴν ἀγῆσιν, αὐτὸς μὲν ἔκρινε μὲν ἑὸν βασιλείων τῶν πλείων μέρει τῆς διωκόμενης στρατιῶν ὄντι τὴν Ἀρμενίαν. Εὐβερῆν δὲ ἐπέμψαν ἔφη τὴν Ἐλλάσποντον, καὶ λυσσοντα τῶν ἀπὸ τῆς Ἀντιπάτρου καὶ Κρατῆρον δὲ ἐστὶν εἰς τὴν Ἀσίαν, διὸς αὐτῶν τὴν ἀρμόζουσαν διωκόμεν. συναξέμεν μὲν δὲ καὶ ἑὸν ἀξιολόγον ἡγεμόνον τῶν ἰκάρου, ὅτι ἡσαν ὄντων εἰς τὴν Ἀσίαν, ὅ ἀδελφός, καὶ Νεοπτόλεμος, καὶ τούτους παρεκελεύσασθαι πῶς πῶσι πῶσι τῶν εὐβερῆν δὲ τὴν στρατηγίαν αὐτῶν, καὶ δὲ τὴν τῆς πίστεως βίβλαι ὄντων. ὁ δὲ Εὐβερῆς παρῆσαν ὄντι τὴν Ἐλλάσποντον, καὶ ἄρῃσι καὶ σιδηροσάκευτος ἐκ τῆς ἰδίας ἀστραπίας ἵππων πλῆθος, ἐκὸς σινοσε τὴν στρατιὰν ἀλλοτρίαν κατέσταν καὶ τὸ τὸ μέρους, i. Perdiccas cum ei suspectum esset Ptolemaei incrementum, ipse quidem decreuit, educta maxima parte exercitus sui, cum regibus Aegypto bellum inferre. Eumenum verò in Hellepontum misit, vt Antipatrum & Craterum transitu in Asiam prohiberet, dato ei iusto & conuenienti exercitu. vna autem cum eo misit ex probatis ducibus ali-

quot, quorum erant clarissimi Alcetas frater, & Neoptolemus: hosque hortatus est, vt omnibus in rebus Eumeni obtemperarent cum ob eius scientiam bene imperandi, & ducendi exercitus, tum ob fidem singularem. Eumenes autem cum in Hellepontum peruenisset, & ex sua praefectura equorum multitudinem, praeter eos, quos habebat, contraxisset, atque instruxisset, exercitum suum hac parte mancum & debilem exornauit.

54. qui summam imperij potirentur) sic habent aliquot editiones: in his Veneta, & Florentina, & Parisiensis, & Argentoratensis omnium antiquissima: hancque lectionem probat. Sic enim loquebantur veteres. Accius Phoenissis. Natus virtute sceptrum poteretur patris. Lucretius lib. 3. quorum vnus Homerus Scoptra potius, eadem aliis sopitu quiete ist. Coloniensis verò, summa imperij.

56. Eumenes intell.) ἐπεὶ ἀλλήλων, propter longam interpositionem inter ea, quae multo ante dicta sunt, & quae nunc dicenda sunt. pendet enim sententia ab illo loco, Eumenes cum neque magnas copias, & c. iccirco repetitione, seu iteratione nominis vtitur ad memoriam lectoris reuocandam, Eumenes, inquam, vel Eumenes igitur intelligebat, & c.

57. aduersus quos ducer.) ducebantur scilicet aduersus Craterum, & Neoptolemum. sed Eumenes vt suos milites celaret de Neoptolemo, non laborabat: hoc studebat, vt nescirent se aduersus Craterum duci.

58. dilapsuras) in diuersa fugituras, vt supra in Lyandro.

59. diuisis itinerib.) non vsitatis, neque tritis, neque militaribus viis.

60. contra quosdam barb.) aliter Plutarch. vt mox dicemus.

61. tenuit hoc propos.) mansit in eo, quod sibi proposuerat.

62. quam milites sui scirent, & c.) miris hoc Eumenis consilium laudib. offert Plutarch. cuius verba ascribam. τὸ μὲν οὖν περὶ αὐτῶν τῶν ἐφοδοῦν αὐτῶν τὴν Εὐβερῆν, καὶ περὶ τῶν ἀποστασάτων, καὶ φουρήσας αὐτῶν ἡγεμονίας, καὶ μὴ ἀκράτῃ δὴν ἀπόστροφος τὸ δὲ μὴ μόνον τῶν πλεμῶν, ἀλλὰ καὶ κελῶς εἶχεν αὐτῶν δὲ δαίμων, ἀλλὰ καὶ τῶν μὲν αὐτῶν στρατηγῶν, ἀρμόζουσας ὡς μαζούται, καὶ ἐπισημῶν τῶν Κρατῆρον, καὶ ἀποκρυψαί τὴν ἀστραπῆν, ἰδίον δὲ καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐργὸν ἡγεμονίας, διέδωκε μὲν οὖν λόγον, ὡς Νεοπτόλεμος αὐτῶν ὄντων, καὶ Πίργου, ἔργου ἰππῆς καὶ καππαδοκῶν, καὶ παφλαγονῶν. i. Eumenum igitur eius aduentum praesensisse, & se, suosque ad eum excipiendum ante comparasse, ponat hoc aliquis artis vigilantis & sobrii imperatoris, non tamen summi consilij, neque praestantis atque excellentis sollertia. sed nō solum quae hostib. cōperta & cognita esse non oportebat, ea vt illis occulta essent, verum etiam vt sui milites ignorantes cum quo confligerent, in Craterum impetum facerent, cumque graui- ter vulnerarent, ante quam scirent, quem peterent, operam dedisse, eis que imperatorem aduersarium occulta esse: hoc videtur proprium ducis munus fuisse. Sed idem Plutarch. & Diod. tradunt, ante hoc praelium, quod hic & exponit Probus, & alij commemorant, aliud praeterea commissum fuisse, in quo Neoptolemus victus cum paucis equitibus fugerit. Nam cum Eumenum prodere cogitaret, non ita potuit sua consilia occultare, vt Eumenum, sagacissimum & oculatissimum virum, falleret. Cum autem ab Eumene euocaretur: dicto audiens nō fuit, sed exercitum instruxit: vbi Eumenes tum primum cepit sua providētia, & pra-

ipsi in terram corruerunt. Cum autem propter celeritatem, & vim casus, difficilis esset utriusque exurgendi ratio, quippe etiam armis corpora impediens: Eumenes quidem cum prior surrexisset, occupatum Neoptolemum in poplite percussit. magno autem vulnere illato, & ingressu debilitato, ille, qui vulnus acceperat, enervatus & resolutus iacebat, cum à vulnere prohiberetur, quo minus exurgeret. verumtamen animi virtute corporis incommodum superante, genibus nisus, aduersarium in brachio, & feminibus tribus plagis inslictis vulnerauit. cum autem nulla ex his plagis esset mortifera, & vulnera adhuc calerent: Eumenes secunda plaga collo inslicta, Neoptolemum interemit. Plutarch. ἐν τούτῳ δὲ καὶ Νεοπτόλεμος Εὐμένει πύργον ἔχοντα μισθῶν πρὸς ἀλλήλους πάλαι, καὶ ὄργης ἔχοντες. ἔπειθ' ὁρῶν ἄσπεροφάγος ἢ καὶ ἰδὼν ἢ ἢ πάλαι γινώσκοντες ἀλλήλους, διδύς ἤλαστον, σπασάμενος τὴν ἑλπίδα, καὶ βιάσας. καὶ ἰππῶν ὄντων ἕνεκα Βία συμπίπτει τῶν ὡς τὸν περὶ τῶν τῶν ἡνίας ἀφέντες, ἀλλήλων ἐπελάσονται, τῶν χειρῶν τῶν κρατῶν ἀπεσπῶντες, καὶ ἀειρήνην τῶν ἐν ἰπποπόδων τῶν δῶρα καὶ τῶν ἀποσπῶντων ὑπεκδραμοντων ἅμα ἴδ' ἰππῶν, ἀπορρῦντες εἰς γλῶσσοι ἀποσπῶντες ἀλλήλους, ἐν λαβῆς ἢ ἡσαν, καὶ διεπαλάμοιο. ἔπειθ' ὁρῶν Εὐμένης τὸ Νεοπτόλεμον ὑπεκδραμοντων, ἢ ἰγνῶν ὑπεκδραμοντων εἰς ὄρῳν φθάσας καταστῆναι. ὁ δὲ Νεοπτόλεμος εἰς δὲ τῶν ἰρρησάμενος γόνυ, τὰ πρὸν ἢ πεπρωμένος, ἢ μῶτερον μὲν ἀρῶντος καὶ τῶν δὲ θανάτου δὲ πληγῆς ὅτι φέρων, πληγῆς δὲ ὄργης ἢ ἄλλοι, ἢ πρὸς, καὶ παρετάθη. τὸ δὲ Εὐμένους δὲ ὄργῳ καὶ μῶτερον παλαιόν, τὰ τὸ πᾶν ἀπεσπῶντες αὐτῶν, ἢ κακῶς λέγει τῶν ἐπὶ τὸν ἔριφος ἔχων ἔλαθεν ὑπὸ τὸν δῶρα καὶ τῶν ἀσπῶν, ἢ παρελάσας τὸν βελώνος ἀποσπῶν, ἢ δὲ πληγῆς μᾶλλον ἐφόβησεν, ἢ ἔλασεν. τὸ Εὐμένης δὲ ἀδύνατον ἀμαυρῶν ἢ ἡνίας ἀφέντες ἢ τὸν νεκρὸν, &c. i. Interea autem etiam Neoptolemus cum Eumene congressus est. Nam iam pridem inter se offensi atque irati, duabus primis conuersionibus non viderunt, neque cognouerunt inter se. In tertia autem cum cognouisset alter alterum, continuo equos incitarunt, nudatis gladiis, & clamore sublati. Cum autem equi diuersis ex partibus vi magna concurrissent, itaquam triremes: habenis emissis, inter se corripuerunt, galeas manibus diuellentent, & thoraces ex humeris & pectoribus diripientes. Cum autem in hac armorum direptione, & dilaceratione equi eodem tempore aliquantum interualli excucurrissent: illi in terram ex equis delapsi, & inter se implicati & complexi, luctantium speciem prebebant. Deinde Eumenes Neoptolemo, qui se prior ad surgendum erexerat, poplitem succidit, cum ipse prior in pedes constitisset. Neoptolemus autem altero genu nisus, altero debilis, se quidem infernè validè defendebat, sed plagas opportunas & letales non infligebat. At ipse in collo vulneratus cecidit, & exporrectus iacuit. Eumene autem propter iracundiam, & odium vetus arma ei detrahente, & maledicente, ille gladium etiam tum manu tenens, Eumene ignarum & imprudentem sub thorace vulnerauit in inguine. sed plaga Eumene magis terruit, quàm læsit, cum propter Neoptolemi infirmitatem leuis & exilis fuisset. Eumenes autem mortuo armis spoliato quàmvis ex vulneribus ager & saucius esset, quæ in brachio, & feminibus acceperat, tamen in equum denuò sublati ad alterum cornu se contulit, &c.

69. sed acrius hostib. inst.) sic Plutarchus, vt proximè ostendimus. & item Diodorus, vt mox referemus.

70. quòd in ea loca &c.) scutus sum exempla meo iudicio emendatissima: quæ sic habent, quòd in ea loca &c. Nam alia habent, qui in ea loca &c. minus, opinor, rectè: quamquam hanc lectionem non damno.

71. in fide non mansit) fidem non seruauit. sic & alibi loquitur Probus, vt indicauimus.

72. ad Antipatrum rec.) Diod. eod. lib. ἡσται δὲ Ἑσπαῖος, καὶ τῶν νεκρῶν δὲ ἑπιπέλατο πρὸς τὴν τῶν ἡπηνίων φάλαγγα, ὡς καὶ κῶν ἑαυτῶν πρὸς τὴν ἑσπῶν, καὶ διδοὺς ἕξοισιαν ἐκάστος, ὅσοι βουλοῦνται, τὴν ἀποχόρησιν πεισάσασαι. δὲ ἕξοισιαν δὲ τῶν διαλύσας: τῶν μακεδόνων, καὶ δόντων τὰς διὰ τῶν ὄργῳ πρὸς, ἔλαστον ἕξοισιαν, ἐν τῶν κῶμας πλησίον. κειμένης ὅπισθεν ἑσπῶν, καὶ παρεκρούσαντο τὸν Εὐμένη. ἀσπῶντες δὲ ἑαυτῶν, καὶ τῶν Ἑσπῶν ὡς ἀσπῶντες ἀσπῶντες, καὶ ἀπηνίασας, καὶ λαθραῖως ἀπηνίασας πρὸς τὸν Ἀντίπατρον.

73. Craterum ex acie sem.) Plutarch. paullo aliter. ποτόμορος δὲ τῶν Κερατῶν πλὴν τῶν, καὶ πρὸς ἑσπῶν, ὡς εἶδεν ἐμπύοντα καὶ σωθέντα, κατὰ τὰ ἀπεσπῶντες, καὶ τῶν δὲ ἕξοισιαν ἢ ἕξοισιαν, καὶ πολλὰ μὲν ἐλοιδορήσας τὸν Νεοπτόλεμον, πολλὰ δὲ ἐκίον μὲν ὡκίσιαν τῆς τῶν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀσπῶν. δὲ τῶν ἀσπῶν φίλων καὶ σωθέντων πεισάσας, ἢ ἀσπῶντων ἢ νεκρῶν. i. Cum autem audisset Eumenes Craterum esse mortuum, & ad eum equitasset: ubi eum spirare, & etiamnum intelligere animaduertit, ex equo descendit, & illacrymans, & dexteram eius dexterae iunxit, & multus in Neoptolemum congestus maledictis, valde miserabiliter & Crateri fortunam, & suam deplorauit, quòd necesse habuisset cum viro amico & familiari cõgredi, vt hac aut perpeteretur, aut faceret.

74. elatum) ex acie exportatum: non funere elatum, vt infra non longè. nam nondum mortuus erat.

75. recreare) reficere, recurrare, δεσπῶντες, ἀσπῶντες.

76. (namque illo vsus &c.) id est, namque Eumenes vsus erat Cratero, Alexandro viuo, familiariter. Quidam libri habent, namque illo viuo vsus erat Alexander &c. quam lectionem reieci, vt perspicue mendosam.

77. amplo funere ext.) ampla & honorifica sepultura decorauit: honorificum ei funus fecit. Supra in Aristide: in tanta paupertate decessit, vt, qui offerretur, vix reliquerit. M. Tullius lib. III. ne natura decorum. Cur Maximus filium extulit consulare?

78. interficitur à Seleuco & Antig.) aliter Diod. eod. lib. ubi narrat, post miserabilem illum plus bis mille Perdicca militum in transitu Nili interitum, castra ploratus & luctus plena fuisse, omnesque fere milites à Perdicca alienatos esse, atque ad Ptolemæum transire constituisse: deinde Perdicca grauiter à ducibus palam accusato, & circiter centum primis è ducibus in Perdiccam concitatis, in

quecum, & cicutam: vnoque tempore constituit, vt, quocumque horum vellet, ad mortem abuteretur, neque superiorem eius, cui talis fiebat iniuria, dignitatem reuerita, neque communis hominum condicionis, & fortunæ miserta. Quocirca similem rerum mutationem, consecuta atque experta, crudelitate sua dignum vitæ exitum habuit. Eurydice enim Olympiadi coram eo, qui illa attulerat, precatâ, vt similia ei munera contingerent, virum quidem composuit, atque inuoluit, vulneribus lotis & curatis, prout tempus illud iulit: ipsa autem cum se suspēdisset, Zona gutturi innexa, vitam finiit, neque lacrymis fortunam suam profecuta, neque magnitudine acerborum euentorum suorum fracta. Olympias autem horum cædem, Nicanoris Cassandri fratris cæde cumulauit: Iolla sepulcrum euertit, Alexandri mortem, vt dicebat, vlciscens. Elegit porro & ex Cassandri amicis viros clarissimos Macedones centum, quos omnes iugulauit. Talibus autem & tam atrocibus, atque iniustis facinoribus iram suam explens, ac saturans, citò hoc effecit, vt Macedones eius crudelitatem abominarentur. Omnes enim Antipatri verba memoria repetebant, qui tamquam oracula fundens & vaticinans, Macedones moriens hortatus est, vt ne vniquam mulierem sinerent regni clauum tenere. Hactenus Diodorus. Praclare verò antipater. Nam si mulieres omnes iure civili propter infirmitatem consilij in tutorum sunt potestate, neque suarum rerum gerendarum sunt dominae, aut arbitrae, & quod mulier sine tutore auctore promiserit, id ratum non est, neque debetur: quanto minus debet mulieri reip. procuratio, & regni administrandi potestas permitti, aut committi? & si viri interdum, quorum maximè propria est fortitudo, qui que sapientiores & cordatiores solent esse natura, imperium adepti, tamen licentia corrumpuntur, ac deprauantur: quid à mulieribus, quibus nihil natura finxit mollius, neque mobilius, neque infirmius, expectandum? sed quòd ad Olympiadem attinet, quæ Alexandro mortuo aliquandiu regnauit, memini me vidisse in adibus eius, quem saepe honoris causa commemoro, ac nomino, Errici Memmij, nummum argenteum hu notis. In antica parte caput expressum est Olympiadis: in postica Græcis litteris impressum, ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ. i. Macedonum primæ.

112. inimicissimos regnare, amicissimos interire) scdum in modum deprauatus est hic locus in omnibus exemplis vulg. ex quibus sic habent Veneta, & Florantina: ne pateretur Philippi domus & famil. inimicissimos interimere, ferrētque opem, & c. Colonienf. ne pat. Phil. dom. & fam. amicissimos interire, ferrētque opem. al. inimicissimos, stirpem quoque interimere, ferretque, & c. al. amicissimus, & c. quid multa? nihil sinceri. natum mendum est ex antithesi, & similitudine vocum, amicissimos, inimicissimos, qua inductus scriptor librarius, aut typorum structor, vel alterum membrum omisit, vel aliquid aliud agens immutauit. Nos probabili coniectura ducti, ne sententia claudicaret, sic edendum curauimus. ne pat. Phil. domus & familiae inimicissimos regnare, amicissimos interire. per inimicissimos Antigonum, per amicissimos Polyperchontem significabat Olympias. Siquis ne hęc quidem lectionem probabit, licebit ita reponat. ne pat. Phil. domus & familiae amicissimus stirpem eius interimere. vel sic. ne pat. Ph. domus & familiae inimicissimos stirpem eius interimere. Omnino his omnibus eam, quam secu-

tus sum, antepono.

113. quam veniam si sibi daret) id est, quod si sibi concederet: id est, quam rem si faceret, sic & alibi locutus est Probus, vt in Themistocle, non longè ab extr. & in Pausania. ibi. quòd si eam veniam sibi dedisset, & c.

114. in officio maneb.) manere in fide, in officio, in sententia, & similia loquēdi genera, iam antè ostendimus & huic, & aliis bonis scriptoribus esse vsitatos.

115. misisset litteras) hac de re supra satis multa.

116. si ita tulisset. fort.) vt pereundum esset: id quod euēnit.

117. quàm ingratum viuere) Diod. αὐτὸς δὲ ἢ αἰεὶ τὴν θύοισιν βεβαίως τὴν αἰεὶ τὴν βασιλείαν περιποιεῖς, ἐκρίνετ' Ἀππιόνη μὲν μὴ ἀποστῆναι, ἰδίᾳ δὲ οὐδὲ τὴν βασιλείαν. τὸ δὲ Ἀλεξάνδρου πατρὸς: αἰεὶ δὲ οὐδὲ βουθέσας, δὲ τὴν τὴν ὀφθαλμῶν, καὶ δὲ τὴν ἡγμονῶν πλεονεξίαν, δὲ ἐλαβετ' ἀρμόζειν ἑαυτῶν πάντα κινδύων ἀσάδελον τῆς ἡβῆς βασιλείων Γομείας, ἔνεκα. i. Ipse autem, qui firmissimam erga reges beniuolentiam seruasset, statuit Antigono quidem, qui regnum Macedoniae suum facere conaretur, aureis attentas non præbere: Alexandri autem filio auxiliij indigenti, cum propter orbitatem, & ætatem, tum propter ducum cupiditatem & iniustitiam, existimauit sibi conuenire omne periculum, regum salutis gratia, excipere ac subire.

118. Peucestes, qui corp. cust.) Peucestes, in numerum corporis custodum allectus fuerat ab Alexandro post victoriam Indicam, cum antea fuisset hypaspis, id est, elypei gerulus, vt tradit Arrianus lib. 6. sub extr. vbi narrat idem, tum corporis custodes, id est, ἑταίρους ἀσπίδος Ἀλεξάνδρου fuisset septem, Leonnatum Antei fil. Hephæstionem Amyntoris fil. Lysimachum Agathoclis, Aristonoum Pisæi: qui omnes erant Pellei: Perdiccam Orontæ, Ptolemæum Lagi, Pithonem Cratæ. ad quos accessisse Peucestem: quem cogitabat Alexander Persidis satrapen constituere. Hic multitudinem largitione, & epulis, & magnifico conuiuiorum apparatu corrumpebat, imperium ad se transferre cupiens. quod cum animaduertisset Eumenes, essetque ei Peucestes hoc nomine suspectus, falsas epistolas conscripsit, quibus & milites ad prælia animosiores reddidit, & Peucestæ superbiam, ferociamque compresit. quarum litterarum hæc erat fere sententia, Olympiadem assumpto Alexandri filio Macedoniae regnum recuperasse, Cassandro sublato: Polyperchontem in Asiam transisse Antigono bellum inferre cogitantem, validissimam & optimam copiarum regiarum partem, & elefantos ducentem: iamque adeò Cappadociae appropinquare. Erant autem Syriacæ scriptæ, tamquam ab Oronte Armeniae præfecto, Peucestæ amico datæ. quibus cum esset à Peucestia creditum propter amicitiam veterem, quæ inter eos intercedebat, Eumenes eas litteras circumferri, & ceteris ducibus, & nonnullis militib. ostendi iussit. Quo facto totus exercitus voluntatibus & animis immutatus, atque ad Eumenum versus est, tamquam vnus posset regibus fretus & quos vellet locupletare, atque ad honores prouehere, & de iis, qui peccassent, pœnas sumere. Hæc Diod. lib. 19. cuius verba Græca non ascribam: mihi que satis erit ea Latine reddidisse. Retulit autem hoc Eumenes commentum inter strategemata lib. 4. strateg. Πολύαννος, cuius verba non me pigebit ascribere. Sic igitur ille. Εὐμῆνης ἐν τῇ Γερσίῳ τοῖς στρατηγῶντας ὀφθαλμοῖς τὸν Πτολεμαίου Δημάστρου τοῦ ἐπιπέδου οὐκ ἔστιν ἔτι τοῖς αἰετῶν, ἀλλὰ τὴν μὴ ἀποστῆναι τῆν

σαι πλώ ή γαρμίαι, όπισθίαν πασηήκει, ως όπός Οροπίου τή Γετραπου τής Αρμενίας γαρ-
 ζαρ μινίω σελείας ζράμμασι, δηλούσαν, ως Ολυμπίας ζή ήπίουο καταδούσα, πν ήόν α-
 γρουσα τ Αλεξείδρου, βια ήως Μακεδονία ήζ Κασσιόδρου αι αι ρεστίνης. μακεδονες ζώ-
 πα ακούσαι τις, Πλυκίτου μί ήπελάδοποι. τλώ ή Αλεξείδρου μινίγα, ζή ήόν μζ πόλεις ή-
 δούης και ζράβ βασιλέας αί ηέρθου. i. Eumenes in Perside videns milites à Peucestis
 populariter vino, et congiariis, et largitionibus demulceri, atque allici, episto-
 lam protulit, tamquam ab Oronta Armenia satrape, litteris Syriacis conscriptam:
 per quam hoc significabatur, Olympiadem ex Epiro reversam Alexandri filium
 paruulum secum ducentem, vi Macedoniam tenere, Cassandro victo ac sublato.
 Macedones his auditis, Peucestes quidem obliti fuerunt, Alexandri matrem verò
 et filium magna cum voluptate et letitia reges declararunt. Apud Plutarch.
 porro nullum hac de re verbum. Sed aliud Eumenis consilium non minus va-
 frum et callidum ab eo commemoratur, his vereis. Πλυκίτης και άλλοι Γετραπου
 ζεις μακεδονιας κατακείοντες όκεκρυμμένως, και καταζρηγυμένως εις δειπνα ζή θυσιαις, όλιγν
 ζέονου τή στρατιωτίν αυτώς πνηγυεζουσης καταζωγιοι ήπεισσαι, ζή ήδημαζώζουζ ήπ
 αίρεσι στρατιωτι όζλον, ως ζέρ ήν τής δημοκρατίας. αι ζόδρμος ή ή Εύμωρης αυ τις ζδη-
 λων μί καταφρονηώται, αυ τή δέ φουκέρμοις, και ζώζα φυλάζοντες αι ζείν, ή ζήοιοι και-
 ρός, ζεσκίφατο ζηνμζ δειπναι, και σιω εδαιείσατο ζέλασ τα πολλά ζώζα τή μαζισα μι σιω-
 τωζ αυ τήν, ήναι και πιςυώσσι, ζή ήπεζωγναι ζελ ήζ δαιείω αίζωνιώπις, ως πι σιωέζν ή ή-
 λόςζειον πλούτοι αυ τή φύλακα τή Γώμαπος ήζν, και ήζ άλλοι ήπ ζοτηζα διδόντων, μζ-
 νεν όκ τή λαζείν κίησαςζα τλώ άστράλειαι. i. Peucestes autem et alij satrapae, effusis
 militibus assentando, epulas, et sacrificia largē praeendo, breui tempore castra
 celebris intemperantiae et luxuriae denersorium fecerunt, et multitudini popu-
 larium contionanturum in morem, ut praefecturus et imperia ab ea obtinerent,
 blandiri instituerunt, ut sit in liberis ciuitatibus, in quibus penes populū sum-
 ma rei potestas est. Cum autem sensisset Eumenes, eos quidem inter se contemere,
 se autem ab eis metui, et tempus captari, atque obseruari, quo se interficiant: si-
 mulauit se pecuniis egere, et multa talenta ab iis, quibus erat maximē odiosus
 atque iniuisus, mutua accepit, ut sibi fidem haberent, et vitae suae parcerent, de
 pecuniis, quas mutuas dedissent, laborātes. itaque contigit ei, ut diuitias alienas
 corporis sui custodes haberet, et cum alij ob salutem dare soleant, solus Eume-
 nes acciπiendo, stabilem compararet incolumitatem. Quod et Diodorus retulit
 lib. 19. his verbis, σιωδων δέ και ζώζα ήζ άλλωι Γετραπώι ζή στρατιωτι ως ζέρ ή μμεζ
 λαζείν ή μζ καταλείψν αυ πν, ζεοσιποήδη ζηνμζ σιωίζειν, και παρεκζηείζει και σοι ήζ
 δωζάματι δαιείσαι ζεις βασιλδσι. λαζώι ή παρ ών εδούει συμφέρειν ήζμογιων πιςζ ακόσιζα
 ζέλασ, ζεις ζεοπροι ζωπζις οις ηζοζουδών, ή καταλείψν, πιςοζ τής φυλάκας ή-
 οζ τή Γώμαπος, και σιωαζωγναις. i. Cum autem studeret ab aliis satrapis et ducibus
 tamquam obsides et pignora accipere, se ab eis desertum non iri: simulauit se pe-
 cuniarum difficultate, et inopia conflictari, et rogauit vnumquemque, ut pro
 sua facultate regibus mutuam pecuniam daret. Acceptis autem ab iis, à quibus
 expedire videbatur, ducibus, talentis quadringentis, eos, quos antea suspicaba-
 tur sibi insidiari, aut se deserturos, fidelissimos corporis sui custodes, et adiuta-
 res habuit.

119. et Tentamus) erat et cum eo Antigenes, ut narrat Plutarchus, Diodo-
 rus, Polyænus, ceteri.

120. phalanx Maced.) argyraspides.

121. inuidiam verens) opera pretium est, quae in hanc sententiam hoc loco scri-
 pserit Diodorus, referre. sed verba Graeca non ascribam. ea tantum meo arbitra-
 tu Latine interpretabor, ab illo loco, πωπις ή ή δωζμαζον τή τής τώζης ζή μαζεζοις
 et c. lib. 18. pag. totius voluminis 659. i. Omnes autem fortune mobilitatem, et
 casum inopinatum admirabantur, cum viderent, reges et Macedones, qui paul-
 lo ante Eumenem, et eius amicos capitis damnarant, tunc iudicii sui immemo-
 res, non solum eum culpa et pena liberasse atque absoluisse, verum etiam to-
 tius regni atque imperii summam ei tradidisse et concedidisse. Atque hoc pro-
 babiliter iis omnibus accidebat, qui varios rerum euentus, quos habuerat Eume-
 nes, inuebantur. Quis enim cum vitæ humane inaequalitatem ac varietatem
 considerarit, non fortune volubilitate, et mobilitate, et inconstantia in vtram-
 que partem, instar aestus maritimi nunc accedentis, nunc recedentis, obstupescat?
 aut quis potestatibus et opibus à secunda fortuna oblatis confusus spiritus sumat
 humana imbecillitate maiores? Nam vitæ communis, quæ à deo quodam guber-
 natur, vicissim bonis et malis exposita, perpetuò in orbem voluitur, ac circuma-
 gitur. Itaque admirabile, et inopinatum non est, siquid præter rationem et te-
 merè accidit: sed si, quicquid fit, non est insperatum, tum verò homines mirari ac
 stupere debent. Quocirca non iniuria quis historiam magnopere amplexus fuerit
 atque adamarit. Actionum enim inaequalitate et mutatione, hinc fortunatum
 superbiam, illinc calamitosum squalorem, luctumque corrigit. Sequitur deinceps.
 α και πν ζεζουζοδρούς Εύμωρης, ζέμοφρώς ζε και ζή έαυτίν ή σφοδίζατο, ζεοζοζόζμοζ πλώ
 τής τώζης και ποζ μζαζ ήρ αν ζέ έαυτίν μζζ ζείοι όντας, και μηδέν ζεοζήκοντα βασιλικήζ έ-
 ζουσίαις, ζεις δέ ζωπ ζα πζιζμοζ μακεδονιας, ζαίνα πζ αυτίν ζεοζζεζηναικώπις, ζεις ή έν τής
 ζζαπλώπι καις ήζαζμίαις ζζα ζέζοντας, ζρονημαπς πζήρεις ή παρζρητας, ζή μζγάλωι ζεζα-
 ζμαζτων όρζζζζμοζις ή πέλαζ εν έσζεζαζ ζελ αυ τήν καταφρονησιν άμα και φζόνοις, και τή π-
 λούζωι, πν ζελ τή ζζζζ κίνδλωσ. μηδέναι ζδ ποιήσζν έκοσιζας τή ζεοζαπζόζμοζ. ζωπ ήζ
 ήπζζων ήζ δοκαζώτων, μηδέ καρτερήσζν. δεσποζόζμοζ ήζ ήφειλόντων έπζροις ζωπ ζα πζέζζ.
 δουζ δέ άστωζ ζελ ζούτωζ λόζον, ζεζζ πον μζ διδουζώζαι αυτίν πιπτακζσζωι ζελαζ πωι και πας
 ήζζ βασιλέων όπισζαζ εις αίάληψν ζή ζώζα σκιδιλωζν ήφισηλήψαζαι, et c. i. quæ et
 tunc cogitans Eumenes, res suas prudenter et sapienter constabiliuit, fortunæ cō-
 suetudinem in rebus nouandis longè ante animo prospiciens. Nam cum videret,
 se quidem esse alienigenam et peregrinum, et à regia potestate atque auctorita-
 te longè abesse: Macedones autem, eos, qui sub imperium suum subiecti essent,
 sententiam, qua capitis damnabatur, contra se tulisse: centuriones autem, et tri-
 bunos militum, ceterosque duces, superbos esse ac feroces, rerumque magnarum
 auidos: suspicabatur se contemptum iri, simulque inuidia laboraturum, et ad ex-
 tremum in vitæ discrimen venturum. Neminem enim quod ab iis, qui inferiores
 habentur, imperaretur, sua sponte facturum, neque quemquam æquo animo laturum,
 ut i, qui sub alterius dominatione esse debent, in se dominantur. Hac ratio-
 ne secum inita, primum quidem cum quinquaginta talenta ex epistolis regum

vibus apparuissent: mæror, & animi consternatio Antigonum perceperunt, existimantem, hostes, quod iam dudum conatus suos sensissent, sibi obuiam venire. Ne igitur de via defessus, & itineris labore fractus, & confectus cum hominibus recentibus, & paratis, & qui commodè hibernassent, consiligrere cogere, & omiffa breui, & compendiarria via, per vicos, & vrbeis exercitum duxit, vt eum reficeret, & recrearet, & vt militum lassitudinem otiosè, & sine metu hostiũ, sedaret. 168. illuc in caloca, vbi igneis confpicatur.

169. decerneret; decertaret.

170. vicit cõsilio) quod post cognouit ipse Antigonus. Plutarch. ibid. τὸ δὲ ἀεὶ χάρων δειγνύων τὰ ἐκείνου κινδύνους ὡς φησὶ, πρῶτον δὲ κενώσας τὸν μῦθον εἶπε τὸ πόνον, ἠὲ πρὸς τὴν γῆρας ὡς ἔπειτα εὐδύοις, ἢ βαρῆρας φέρων, ἀεὶ σὺ γὰρ ὡς φησὶ ἔτι καὶ κρινὸς ὕδωρ. i. Accolis autem & vicinus dicentibus, nullum exercitum esse visum, locum quidem lignorum combustorum esse plenum: sensit se ab Eumene consilio callido esse captũ: & grauius ferens, exercitum admonuit, aperto Marte decertaturus.

171. inuidia) id est, inuidetia. Inuidia enim distinguit M. Tull. lib. 3. Tuscul. quæst. ab inuidetia. Etenim si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in inuidetiam: non dixi, in inuidiam, quæ tum est cum inuidetur, &c. c. lib. 4. vt ægritudini subicitur inuidetia. vrendum est enim docendi causa verbo minus vsitato, quoniam inuidia non in eo, qui inuidet solum dicitur, sed etiam in eo, cui inuidetur.

172. ducum) Peucestæ, Antigenis, Teutami, Eudemi, Phædimi, & aliorum.

173. perfidiaque militum) perfidia argyraspidum, qui quaquam Eumeni promiserant, atque adeo iurauerant, se numquam ei defuturos, numquamque eum defuturos, tamen imperatorem suum Antigonum prodiderunt, ac decididerunt, si demque se fellerunt.

174. veteranorum) quorum qui erant natu minimi, sexagenarij erant: alij partim annos erant septuaginta nati, partim etiam hanc ætatem superabant: omnes autem & vsu rei militaris, & viribus corporis inuicti. Itaque narrat Diod. Siculus lib. 19. paullo ante hoc postremum prælium, militem quendam Macedonem ex illorum numero ab Antigene missum ad hostium phalangem, vsque eò vt exaudiri posset, clamore sublato, dixisse, Itane, o improba capita? contra patres vestros, qui cum Philippo & Alexandro tot res confecerunt? tot victorias pepere-runt? quos breui & regib. & præliis superioribus ac victoriis dignos sentietis. Plutarch. verò in ipso concursu, & prælio ineundo, milites sic exclamasse tradit. Ac Plutarchi verba sunt hæc, διὸ καὶ τοῖς ἀεὶ τῷ Ἀντίγονον ἑπρότερον, ἐβδων, ἐπὶ τοῖς πατέρας ἀμάρτανε, ὡς καὶ κεφαλὰς, ἢ μὲν ὁ ῥῆς ἐμπόσιντες, ὅλιω ὁ μὲν τῶν φάλαγγα σωέπειμων, οὐδὲν ὡς ὑποστάντες αὐτοῖς, ἢ δὲ πρὸς τὸν ἐν χερσὶν εἰς ὅσα ῥέπειαν. τῶν τε ἰδὲ αὐτῶ ὁ Ἀντίγονος ἠπῶτο ἢ κείπος τοῖς δὲ ἰσχυροῖσιν ἐπικράται. i. Quocirca cum in Antigone milites impetum facerent, clamabant, in patres vestros peccatis, o improba capita: & cum ira irruentes, totam simul phalangem aduersariorum perfregerunt, & contriuerunt, nemine quidem eos sustinente, compluribus autem, qui in manus eorum inciderunt, interfectis. Hac igitur ex parte Antigonus planè victus est: equitatu verò superior fuit.

175. superior prælio disceps.) Huius prælij euentus talis fuit. præliũ primi inierrunt elephantum, deinde equites, postremo legionarij milites: elephantorum anceps & æquale certamen fuit, nisi quod vnus ex eorum magistris & ductoribus cum aduersario robusto congressus & colluctatus cecidit. equitatu iccirco fuit inferior, quod Peucestes Antigono oppositus, cum cum ingenti equitum multitudine venientem conspiciatus, eoque viso perterritus, eius impetum non sustinuit, ac ne excepit quidem, sed ex puluere & conflictu se cum suis equitibus subripuit, & vnã secum plus mille quingentos alios equites traxit. quo factò solus cum suis Eumenes relictus cum aliquandiu fortiter aduersariis restitisset, tandem senius suos virtute, & animi alacritate superiores esse, sed hostium multitudine superari atque obrui, è prælio cum reliquis equitibus excessit, & ad alterum cornu, cui præerat Philippus, transgressus, eius equites, quibus significatum erat, vt sensim retro cederent, excepit. pedites autem, & maximè argyraspides, conferto agmine cum in aduersarios impetũ fecissent, ita strenuè fortiterque pugnarũt, vt nullo ex suis amisso, aduersariorũ quinque millia interfecerint, ceteros lögè numero plureis terga vertere cõegerint. Quod cum Antigonus sensisset: equitibus induas parteis distributis, partem secũ retinens quid cõsiliũ caperet, aut quid faceret Eumenes, obseruabat: partè vitroni tradidit iustitq; eũ in argyraspidas ab equitibus derelictos, ab omnib; alio subsidio nudos atq; inopes impetũ facere: quod simulatque illi viderũt, quadrato agmine sese cessim ad flumen receperũt, atq; in tuto collocarunt, Peucestã accusans, quòd eius culpa, equites superati, atq; in fugã versi essent. In equitũ autè primo cõkursu & cõslictu cum inges vis pulueris excitata esset, ita vt vix, quid ante pedes ageretur, cerni posset: (erat enim cãpus, in quo pugnabatur, vastus & immensus, neq; nimũ profundus, neq; durus, & solidus, sed litrorũ in morè arenosus, & salisuginis aridæ plenus: quæ tot hominum millibus prælij tempore calcata ac verberata, puluerem efflorescetem viua calcis instar sursum mittebat, quo aer totus albicabat: ra autem hominum turbida reddebatur) Antigonus hoc callidè, & acutè excogitarat, vt aliquot ex Media, & Tarento milites in castra Eumenis furtim mitteret, qui impedimenta, & supellectilem Eumenis, militũque Macedonum partim diriperent, partim in castra sua deportarẽt. sperabat enim, castris Eumenis captis & militum impedimentis direptis, sibi facilem victoriam futuram. quod euẽnit. Nam cum hæc cognouissent Macedones, & Eumenes prælium maximè equestre redintegrare vellent, cum apud Macedones, conuocatis in consilium ducibus, diceret, aduersariorum phalangem esse cõcisam & contritam, suam integram, & victricem: equitatum verò vrinque parem: Peucestes, & ceteri duces, & milites reclamarunt, propterea scilicet quòd impedimenta sua, & res carissimas castris captis amiserant. Itaque hoc Antigoni consilium callidum retulit Polyænus inter strategemata lib. 4. his verbis. Ἀντίγονος ἀεὶ τῶν Γαβλιωτῶν σωέσθην ἰὸ ὠφει μοχλῶ. ἢ πρὸς τὸν λεπτόγαν, καὶ ψαμμῶδες. ἐν τούτῳ σωόντων μεγάλων ἐπιπομπῶν ἀρεταὶ ἐφθόδης κόνις, ἐπιπομπῶν καὶ φιλοῖς, ἢ πλεμῶν. ἢ μάχι μὲν ἐν χερσὶν ἢ Ἀντίγονος δὲ τῶν ἀμάρτανε, ἢ ἀπὸ τῶν εἰσδῶς ἐπιπομπῶν ἀποσθελῶ, ἐν ἢ γυμνασῶν ἢ σὺν αὐτῶν, ἢ τῶν παλαιῶν, ἢ οἰκέται, ἢ χυσοῖς, ἢ ἀρῦροισ, καὶ ἀλλῶ, ὅσα ἐν ἰσχυροῖσιν ἐπὶ τῆς μὲν Ἀλεξάνδρου στρατίας. ἐκείνου ἐπιπομπῶν εἰσδῶς

inuisti, & aliis id genus nominibus, quibus digni sunt, appellantur. Nemo enim, Athenienses, eo animo pecuniam consumit, ut proditorum rationibus consulat: neque quisquam, posteaquam ea, quae redemit, obtinuerit, atque in potestate sua habuerit, proditorem reliquis de rebus in consilium adhibet. Nihil enim proditore beatius esse. sed non est ita. Quam ob causam tanti fieret proditor? longe aliter est. Sed simulatque is, qui principatum, dominationemque concupiscit, fuerit veru potitus: etiam coru, qui has sibi vendiderunt, dominus efficitur. Itaque illorum improbitate perspecta & cognita, tum profecto eos odio habet, tum iis diffidit, tum eos vexat, & conculcat, nullumque in eos contumeliae genus praetermittit. Sed, ut redeam ad Antigonum, qui militibus sui imperatoris proditoribus, tale premium persoluit, ne duci quidem eorum Antigoni pepercit. Nam (ut tradit Diodorus) eum in caueam aeneam inclusum viuum combussit. Eudamum autem, qui ex India elefantos adduxerat, & Celbanum, & nonnullos alios interfecit.

178. virtutis obrectatio id est, quasi emulatio, atque inuidia. nam obrectator laudum apud M. Tull. dicitur is, qui laudibus alienis inuidet, easque, quantum potest, minuit & deterit. Itaque saepe ille haec tria coniungit in libris Tusc. quae est. ut valde inter se similia, inuidere, emulari, obrectare.

179. si per suos) Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam inuito, facienda sunt, ut scribit M. Tull. epist. 9. lib. 4. ad fam. sic lib. 12. ad Cornif. Bellorum enim ciuiliu hi semper exitus sunt, ut no ea solum fiant, quae velit victor, sed etiam ut iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit victoria.

180. Seleucus) Babyloniae praefectus: de quo infra plura.

181. Lysimachus) cui Thracia erat tradita, cum regionibus finitimis.

182. Ptolemaeus) Aegypti satrapes, opinione hominum Lagi filius: re, Philippi.

183. ii, qui circa erant) id est, oi αδει αυτων, eius comites & familiares. Diod. ορων δε η τω ηβ μακεδων ορμη α παρρητι ουσαν προς τω κατ' Ευβοιους λιμνην, α να λε τ' αυδρα. i. Videns autem, Macedones toto mentis impetu ferri ad pœnas de Eumene sumendas, neque exorari posse, hominem interfecit.

184. adeo erat incens.) adeo erat in Eumenem incensus Antigonus, ut, nisi speraret, Eumenem sibi ad eas res, quas concupiscebat, persciendas atque obtinendas, adiumento futurum, placari non posset.

185. ut acerr. (inquit) Leonem) sic Plutarch. πωθονο αυων δε ηβ περιηφοτων το σωια, πως φυλασσονι ετως, επει, ως ελεφαντα, η ως λεοντα. i. quarentibus autem iis, quibus custodiendus Eumenes fuerat traditus, quomodo eum asserrarent: ut elefantium, inquit, aut, ut Leonem.

186. nondum enim statuerat, &c.) Diod. eod. lib. Ευβοη δε εβουδεις εις φυλακην, εβουλδεις το πως αυτης χρεσι οι ειν. εαυτου δε ηδ εχλιν μη αυτου στρατηγον αυτων, η χδεαεις υποχρεων. ου λιαν δε επιστειν αυτη τεις ε παρ ηελιας, δεα τω προς Ολυμπιαδα, και τεις βασιλεις φιλιαν, &c. i. Cum autem Eumenem in custodiam dedisset, quid eo faceret consultabat, studebat enim ducem belli praestantem sibi beneficio deiuinctum habere. Sed non admodum eius promissis credebat, propter eam, quam in Olympiadem, & reges habebat, beneuolentiam.

187. fructum oculis, &c.) sic Cic. accus. lib. 5. homines maritimi Syracusis, qui saepe istius ducis nomen audissent, saepe timuissent, cum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos, animuque exsaturare vellent, &c. Ibidem paucis post versibus. Nullum est autem testimoniū victoriae certius, quam, quos saepe metueris, eos victos ad supplicium duci videre. Horat. oda 6. epod. Vos turba vicatim hinc & hinc saxis petens Contundet obscenas anus. Post insculpta membra differenti lupi, Et Esquilinae alites: Neque hoc parenteis, heu, mihi supersites, Effugerit spectaculum.

188. colloqui) legendum fortasse est, alloqui, id est, περιηρειν, εβουδεις αυων.

189. cuius in pernicie) sic Cic. pro Murena, de Mithridate. Itaque ipse Pœpeius regno possesso, ex omnibus oris ac notis sedibus hoste pulso, tamen tantum in vnius anima posuit, ut, cum omnia, quae ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret: tamen non ante quam illum vita expulit, bellum confectum iudicavit.

190. Onomarcho) de quo mox plura.

191. ut sic se vteretur victo) sic se victum tractaret libri omnes, quos vidi, habent, deuteretur. quod verbum mihi est ignotum, neque puto esse Latinum. Itaque ex, deuteretur, feci se vteretur, coniectura ductus. verumtamen, si forte fallor, ut hominem probabile est, hoc testatum volui, deuteretur, in omnibus libris esse impressum.

192. quin aut interfici) id est, quamobrem non, seu, cur non aut interfici, aut missum f. iub. Cicer. lib. 4. epist. ad Attic. Quin tu huc aduolas?

193. ferocius) superbius. Cicero Philipp. 2. Primò respondisti planè ferociter.

194. cur non in praelio) sic Plutarch. λεχεται δε τ' Ευβοη το φυλασσονις αυτων Ονομαρχου πωθιδρα, η δηποτε Αντιγονος εχθρον αυδρα η πλεμοι λαβων υποχρεων. η τε επι κλεισιαι τε χρεως, ουτε δυσπρως α φησι: τω δε Ονομαρχου προς υβειν εποντας, ως ε νω, η ηλ' οτη της μαχης εδχ προς αυτων ενχιν δυαρεσως. και μα τον δια, φησαι τ' Ευβοη, η οτη ειχον. ερωδ' η τεις εις χηρας εληγοντας. ημ' ουδενι κρειττονηι προς τωχων οιδω. και τον Ονομαρχον, ην αυω, επι ναυ, φησαι, η κρειττοια δυρηκας, η ην αυωδεις τ' αυτου κρηρονι. Fertur autem Eumenes, ex eo, qui eum custodiebat, Onomarcho, quassisse, quamobrem Antigonus hostem a se captum, & sub potestatem subiunctum, neque citò interficiat, neque liberaliter & benignè missum faciat. cui cum Onomarchus contumeliosè respondisset, non nunc, sed in praelio fidenter & fortiter mortem contemnere oportuisse: Ego verò (inquit Eumenes) etiam tum tali animo fui. quare ex iis, qui mecum manus conferuerunt. At nemo unquam, quod sciam, melior me, mecum congressus est. ergo, inquit Onomarchus, quando nunc meliorem reperisti, quamobrem eius commodum non exspectas?

195. quam in potestatem inimici venires? malle sic legi, & erat facilius, atque vsitatus, quam commisisti, ut in potestatem inimici venires? sed nihil mutare sum ausus, praesertim cum omnia omnium editionum exempla, quae quidem viderim, sic habeant: & haec lectio nescio quo modo antiquitatem illam incorruptam & simplicem magis oleat.

196. numq. cum fort. sum congr.) sic ferè Plutarchus, ut supra retulimus.

197. decidi) de eo gradu, i quo me virtus mea, comite fortuna, collocat, cecidi.

rem, liberos, deportanda curarunt. Præterea ex Diodoro, & Plutarcho legēdum, cremauerunt, non humauerunt. non enim corpus Eumenis humauerunt, id est, humo texerunt amici, sed cremauerunt, seu combusserunt: & ossa propinquis terræ mandanda, vel humanda reddiderunt: nisi dicamus, etiam apud Græcos, non solum apud Rō. hūc morē, atq; hāc religionē fuisse, vt mortuus, quāuis crematus, tamen insepultus habēdus esset, donec ossibus terra, seu gleba iniecta esset: iniecta gleba, tū sepultus intelligeretur: iccirco Antigonū Eumenis corpus propinquis, seu potius amicis tradidisse, vt id cremaretur primū, deinde iniecta gleba. *ἀποκαύσας ἔθαψεν*. i. religioni satisfaciēdi causa, & quasi perfunctoria opera humasse, ne insepultus esset. Atq; ita ex cōsequēti antecedens intelligemus. i. ex eo quod humatus est Eumenes, crematū antē fuisse. vel dicamus, cū de Græcorū sepultura loqueretur Probus, morem Rom. spectauisse, quod mihi non sit verisimile. De iniectioe glebæ autem, seu pulueris, si plura cognoscere voles, lege quæ notauimus ad illum locum Horatij oda 28. lib. 1. licebit iniecto ter puluere, curras.

221. ad matrem, atque uxorem) Diod. *πρὸς τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα*. id est, ad propinquos. Plutarch. *πρὸς τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα*. id est, ad uxorem & liberos.

222. uxorem) Barfinem, mulierem natione Persidem, Artabazi fil. cum qua omnium Persiæ feminarum prima rem habuit. Alexander: ex qua filium suscepit, Herculem nomine.

PHOCIO.

PHocio Atheniensis etsi sæpe exercitibus præfuit, summōsque magistratus cepit, tamen multo eius notior integritas est vitæ, quàm rei militaris labor. Itaque huius memoria est nulla, illius autem magna fama: ex quo, cognomine Bonus est appellatus. Fuit enim perpetuū pauper, cū diuitissimus esse posset propter frequenteis delatos honores, potestatesque summas, quæ ei à populo mandabantur. Hic cū à rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatūque hortarentur accipere, simulque admonerent, si ipse his facillè careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam: hinc ille, si mei similes erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: si dissimiles sunt futuri: nolo meis impensis illorum ali, auerique luxuriam. Eidem cū propè ad annum

octogesimum prospera permansisset fortuna, extremis temporibus magnum in odium peruēnit suorum ciuium. Primō cum Demade de vrbe tradenda Antipatrō, consenserat: eiusque consilio Demosthenes cum ceteris, qui bene de republica mereri existimabantur, plebiscito in exsulum erant expulsi. Neque in eo solum offenderat, quod patriæ malè consuluerat, sed etiam quod amicitia fidem non præstiterat. namque auctus, adiutusque à Demosthene, quem tenebat, ascenderat gradum, cū aduersus Chæretem eum subornaret. ab eodem in iudiciis, cū capitis causam diceret, defensus, aliquoties liberatus discesserat. hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit. Cōcidit autem maximè vno crimine, quia cū apud eum summum esset imperium populi, Nicanorem Cassandri præfectum insidiari Piræo Atheniensium à Dercyllo moneretur: idemque postularet, vt prouideret, ne com meatibus ciuitas priuaretur: hinc, audiente populo, Phocio negauit esse periculum: seque eius rei obsidem fore pollicitus est. neque ita multo post Nicanor Piræo est potitus. ad quem recuperandum cū populus armatus concurrisset: ille non modo neminem ad arma vocauit, sed ne armatis quidem præesse voluit: sine quo Athenæ omnino esse non possunt. Erant eo tempore Athenis due factiones: quarum vna populi causam agebat, altera optimatum. in hac erat Phocio, & Demetrius Phalereus. harum vtraque Macedonum patrocinii nitebatur. nam populares Polyperchonti fauebant: optimates cum Cassandro sentiebant. Interim à Polyperchonte Cassander Macedonia pulsus est: quo facto populus superior factus, statim duces aduersariæ factionis capitis damnatos patria pepulit: in his

Phocionem, &³⁸ Demetrium Phalereum.³⁹ deque ea re legatos ad Polyperchontem misit, qui ab eo peterent, ⁴⁰ ut sua decreta confirmaret. ⁴¹ Huc eodem profectus est & Phocio. quod ut venit, causam apud ⁴² Philippum regem verbo, re ipsa quidem apud Polyperchontem, ⁴³ iussus est dicere. namque is tum ⁴⁴ regis rebus praerat. Hic cum ab ⁴⁵ Agnonide accusatus esset, quod Piraeum Nicanori prodidisset. ⁴⁶ ex consilij sententia ⁴⁷ in custodiam coniectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret iudicium. Huc ubi peruentum est, cum propter aetatem pedibus iam non valeret, ⁴⁸ vehiculoque portaretur: magni concursus sunt facti: cum alij reminiscerent veteris famae, ⁴⁹ aetatis misererentur: plurimi vero ira exacerentur ⁵⁰ propter proditiionis suspicionem Piraei: maximeque, quod aduersus populi comoda in senectute steterat. ⁵¹ Qua de re ne perorandi quidem ei data est facultas, & ⁵² dicendi causam. Inde iudicio legitimis quibusdam confectis damnatus, traditus est ⁵³ undecim viris, quibus ad supplicium more Atheniensium publice damnati tradi solent. Hic cum ad mortem duceretur, obuius ei fuit ⁵⁴ Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is cum lacrymans dixisset, ⁵⁵ o quam indigna perpeteris Phocio: huic ille, at non inopinata, inquit. hunc enim exitum ⁵⁶ plerique clari viri habuerunt Athenienses. In hoc ⁵⁷ tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire. Itaque a seruis sepultus est.

PHOCIO.

Σεπε) quadrages et quinquies, auctore Plutarcho: cuius haec verba sunt. ε= στρατηγιστῶν δὲ πλείους οὐ μόνον οἱ καὶ ἑαυτὸν ἀλλὰ καὶ οἱ αὐτῶν στρατηγίας, οὐδὲ οὐδὲ μέγων, οὐδὲ φθύγων, οὐδὲ ἀποδιδασκάντων ποτὲ εἰς κλονίαις. ἡμελογίται δὲ ὅτι πέντε ἢ πρὸς εὐκριντὰ στρατηγίας ἐλάβεν οὐδὲ ἄταξ δόχμαρεσίαις ἀστρατονίων, οὐδὲ ἀπὸ ταπεινῶν αὐτὸν αἰεὶ, καὶ χρυσίου πον. i. Functus est autem

imperio, seu imperatorio munere non sua modo aetatis hominum, sed etiam eorum, qui ante eum vixerunt, sapissimè, neque petens, neque ambiens: neque rursus fugiens, neque tergiversans vocate civitate. Constat enim inter omnes, eum exercitui praefuisse quinquies & quadrages, cum ne semel quidem in comitiis interfuisset, sed eum ciues semper arcesimissent, & suffragiis suis creassent.
 2. cepit) adeptus est. sic Cicero dixit, capere honorem, & capere consulatum, & planè quo modo Probus, capere magistratum.
 3. quam rei militaris labor) notissimus est tamen ex Plutarcho.
 4. huius) laboris militaris.
 5. memoria est nulla) Immo multas eius res militiae gestas, & functiones imperatorias commemorat Plutarchus in Phocione. & eius vxor ornamenta sua dicebat esse, Phocionis viri sui consilia, factaque imperatoria, id est, strategemata, ut tradit Plutarchus ibid. & refert princip. libelli οὐδὲ μεινικῶς. Quinetiam aetatis octogestimum agens annum, exercitui praefuit, aut certe praesse iussus est à populo, ut ex eod. Plutarcho intelligere licet, οὐδὲ γε γὰρ, πολιτ. κελδ. οὐδὲ γὰρ Φωκίων εἰς Βοιωτίαν ἐμπεθεῖν οὐδὲ κερῶν, ἐκέρυξεν ἀιδυὺς ἀκολουθεῖν ἀφ' ἧδης τοῦ μαχίης ἐπὶ ἡλικία καὶ ἱεροῦτος οὐδὲ ἀρεθούτων ἔρουαίμου, ὁ δὲ οὐδὲ ἐπιπιν. ἔγω δὲ οὐδὲ στρατηγὸς ὁδὸν ἰκοντα ἔρονως ἐπιπιν οὐδὲ ἐσομαι. i. Cum iuberetur Phocio Baeotiam inuadere iniempestinè, iussit continuo à pracone predicari, ut se ciues sequerentur ab anno pubertatis ad annum sexagesimum. strepitum autem, & murmure natu maiorum facto, quid incommodi esset inquit. ego enim imperator annos octoginta natus vobiscum ero. Sed valuit hoc strategema Phocionis ad populum, bellum Baeotis inferre cupientem, ab incepto reuocandum. quod refert Polyænus lib. 3. his verbis. Φωκίων ἀθηναίσις ἄρμικίας στρατεύειν ὅτι βοιωτίας ἐκάλυεν. οἱ δὲ πολλὰ ὀρμήν ἠρώιδροι τὸν πόλεμον ἐλπίσαντο, ἢ Φωκίωνα στρατηγὸν. οὐδὲ πῖν κέρυκα ἀειπίτην ἐκέλευσε, ὅστι ἀθλων αἰών μαχίης. ἐπὶ τὸν ἀπὸ ἧδης, πέντε ἢ ἡμερῶν σιπία λαθόντες, ἀιδυὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπιπιν εἰς. ὁδὲ ρυθὸς ἴω πολλὴν ἢ οὐδὲ ἀρεθούτων μακίαιον ἐβόων, ἀειπίνδου, ἢ γαι ἀκλου. πέντε δὲ Φωκίων, οὐδὲν, ἐφη, ἀφὸν ἄπου εἰπέ. ἔγω δὲ οὐδὲ στρατηγὸς, ὁδὸν ἰκοντα ἔρονως, οὐδὲ ἡμῶν κλυσσῶμαι. (al. ἐσομαι) ἢ οὐδὲ ἀκούσαντες ἀθλων αἰών, τῆς ὀρμῆς τῆς ὅτι τὸ πόλεμον ἐπὶ σπυτῶν, ἢ μπι-βόλοισιν. i. Phocio Atheniensis bellum Baeotis inferre cogitantibus & cupientibus prohibebat. Illi autem belli studio & cupiditate flagrantibus, bellum decreuerunt, & Phocionem imperatorem crearunt. Ille porro praconem predicare iussit, ut, quotquot Athenienses essent annorum sexaginta usque à pubertate, quinque dierum cibaria habentes Phocionem sequerentur. Multus erat in vrbe strepitus, & maiores natu multo magis clamabant, subleiebant, indignè ferebant. Tunc igitur Phocio, nihil, inquit, mali perferetis. Etenim ego imperator octoginta annos natus, vobiscum iacebo. (al. cro.) Hoc auditò, Athenienses bellum Baeotis inferre velle destiterunt, & sententiam mutarunt. Omnium autem pugnarum imperatore Phocione pugnarum nobilissima fuit pugna ad Tamynas, in Eubaea, quam multis verbis exponit Plutarchus in Phocione, & commemorat Aeschines in oratione οὐδὲ ἄστραπεσ. sub extr. atque se in illo praelio interfuisse, & vira periculum adiuisse, eoque nomine à belli ducibus, corona donatum esse, cum esset ex ordine & numero milium delectorum, seu dilectorum, quos Plutarchus, & Aeschines ap-

pellant... Denique longum esset omneis militias, quas obiit, quibusque praefuit Phocio, commemorare. Sed, ut ait idem Plutarchus in Phocione, princip. cum Phocionis virtus esset naclia aduersariam grauem, et violentam, temporum inclinationem: illam (virtute Phocionis dico) res aduersa Graecia, obscuram, et minus illustrem, minusq; gloriosum reddiderunt. Quod idem de magnis, et praestantibus. viris hodie queri licet: quorum virtus, et sapientia, et animi magnitudo, et doctrina, obscura atque incognita est, propter iniquitatem temporum, doctri-nae, et virtuti infestorum, ignorantia litterarum et vitio omnia largietium, atque indulgentium.

6. Bonus) χηρός, sic Plutarchus in Phocione, ubi scribit, mirum esse, quo pacto vir tam aspera, tristisque, et truculenta natura, Boni cognomentum sit consecutus. ετι δε, σιμα (inquit ille) χαλεπόν, ε μω αιδωατον, ως αν οι οι, ε αθρωπι η αυτον, η δω αμα, η αυτηρον εη. κατα αν επροι παλιν φαινομεν. γλυκεις, ανδρατοι τις χρωδμοις εισι, κα βλαβερωτατοι. i. Difficile autem hoc quidem est, fieri tamen et euenire potest, ut, quemadmodum vinum, sic et homo idem sit suavis simul et austerus. quemadmodum contra, alij, qui videntur dulces, et sunt oratione blandi, inuicundissimi tamen, et damnosissimi sunt iis, qui cum illis aliquid rei contrahunt, et communicant. Idem Plutarch. princip. libelli de Musica. η ωρ Φωκίανος χηρος ζωης κωμοι αυ της ελεθυ εη, ε Φωκίανος στρατηγματο, et c. quae verba paullo ante Latine reddidi. et Suidas. Φωκίαν ο Φωκω πολλοις χηματα εδωκε, ε θυραπτεας ζωεξεδωκε, κα πα τον ανει ε αυτον. χηρις αυ ε κληθη κοινη. η φησιν εν εκκλησια. i. Phocio Phocici filius multis pecunias dono dedit, et ad filias in matrimonium collocandas adiutor fuit, et omnibus sua concessit. Bonus igitur communi omnium suffragio in contione appellatus est.

7. pauper) Plutarch. in Phocione, et libello περ φιλοποουπιας. ο γρω Δημαδης οπιστας αεισων πα τε Φωκίανι, κα Διασαμφορ αυτη πω ηραπειαν αυτηρα κα λιτω. Διαμαζω εδ, ο Φωκίαν, ειπεν, οπ ετως αεισων διαμαφορ, πολιτευη. i. Demades cum aliquando Phocioni prandenti astaret, et mensam eius vidisset austeram, et tenui apparatu instructam: miror te, inquit, Phocio, remp. administrare, cum ita prandere possis. Et Athenaeus lib. 10. Phocionem numerat inter imperatores paupertatis patientia ornatos, Aristidem, Epaminondam, Phormionem, M' Curium.

8. diuitiissimus) ditissimus. sic supra in Alcibiade. Hipponicum omnium Graecorum diuitiissimum.

9. mandabantur) sic solet loqui Cicero, ut accus. lib. 4. ne ista praecleara nobilitas desinat queri, populum Ro. hominibus nouis industriis liberenter honores mandare, semperque mandasse, et c. Idem pro lege Manilia. Nunc cum et auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoris mihi mandatum esse voluistis, et c. sic enim legendum, non ut vulgo, quantum vos honoribus mandandū esse voluistis.

10. a rege philippo) immo ab Alexandro eius fil. ut testantur Plutarchus, et Aelianus. Plutarchi verba sunt haec in Phoc. eaque iterat in apophth. reg. et diu. cum. το αυτοι περ χημη ε ο μαλορου μωρον εσιν, οπ δαρεα αυ αυτη κα τεπιμην Αλεξανδρος ε κα τον ελωατα. εστων η κομη εενταν εις Αθλωα, ηρωποσιν ο Φωκίαν τις φεροντας, ε εσπερε τε ανων ε ετων αθλωαων, αυτη μωρη εστω τα εδωσιν Αλεξανδρος, ει τον των η κει-

των, οπ σε κριει μωρον αυδρα καλον κα αχατον ουκου εασατα με η δοκω εη και εη) Γε- ου τον. i. de pecuniis porro, constat inter omneis, Alexandrum centum talenta ad eum muneris misisse. his autem Athenas delatus, quaesivit Phocio ab iis, qui ferebant, quamobrem, cum multi sint Athenienses, sibi soli tantam pecuniam donet Alex- ander. cui cum respondissent illi, quoniam te solum virum honestum et probum iudicat. Ergo sinat me (inquit) semper et videri, et esse talem. Aelianus lib. 1. var. histor. Αλεξανδρος ο Φιλίππου, ει ετω δοκει, ο τε Διος. (εμοι γδ ουδεν ελε φερε) Φωκίανι μωρη, φασι, τα αθλωαων στρατηγω χεραφω παρσπει εη το χαιρεν. ου πως αεσα ηρηκει η μα- κισθια ο Φωκίαν. εηα η ελωατα αυτη αρημελου επιμην ε κα τον, και πολεις τεσσαρας ων ο μοσεν, ων ηξιο μιαι, λω βουλεται, παρ εδω αυτον, ηα εχη κερπω αυτη πας εκεινη παρ- σόδοις. ησεν δε αι πολεις εη δε, Κιος, Ελασα, Μυλασα, Γαπασα. ο. μ. εν. Αλεξανδρος μεγαλο- λοφρητως εωπα, η μεγαλο παρ ετω. επ γε μη μεγαλο φρονεσπον ο Φωκίαν, μη τε το ερθελον παρσπει εδρος, μη τε η πολιν. ως η μη δοκειν αυτη παρ φροειν ε Αλεξανδρου, ε η μωσεν αυ τον η η φησιν, εη εν τη ακρα τη εν Σαρδεσι δεδεμωροις εν δρας ηξιωσεν αυ τον εφειται η εθεροισ, Ε- χερατι δη Γορσην, η Αθλω οδωρον η Ιμαρων, η Δημασπον, η Σπαρτωια. αδελφω η αεσα η πω εστων οδω. i. Alexander Philippi. aut si cui videtur, Iouis fil. mea enim nihil refert, ad Phocionē solū, ut aiūt, Atheniēsū imperatorē scribēs, addebat χαιρεν. i. gaudere. Ita scilicet Macedonē Phocio ceperat. Quinetiā centū argenti talēta ad eū misit, et quattuor vrbeis nominauit, ex quibus postulabat ab eo, ut vnā delingeret, cuius fructus perciperet. Erant autē vrbes haec, Cius, Elea, Mylasa, Pata- ra. Magnitudinem igitur animi, et magnificentiam suam his muneribus decla- rauit Alexander: sed maiorem Phocio, qui neque argentum, neque urbem acci- pere voluit. verū, ut ne prorsus Alexandrum despicere videretur, in hoc ei ho- norem habuit, quod postulauit ab eo, ut liberaret Echecratem Sophistam, et A- thenodorum Himeræum, et Demaratum, et Spartonem. Erant autem hi fratres Rhodij. Haec eadem etiam a Plutarcho referuntur, quamquam paullo aliter.

11. munera magna pecuniae) sic saepe loquitur. robus, ut in Canone, pecuniaeque quinquaginta talenta.

12. hortarentur accipere) hortarentur ut acciperet.

13. liberis tamen suis) reliqua de liberis Phocionis (attende autem appellatione liberorū, vnum filium contineri. erat enim Phocus, opinor, vnicus Phocionis filius) paullo aliter a Plutarcho referuntur, eaque non Alexandro, sed Menyllo ascri- buntur: cuius verba sunt haec. εδ δε Μενυλλου δαρεα αυ αυτη, η χηματα διδοντες, απ- κριστα, μητ ε αυτον Αλεξανδρου βηπι οτα εη, μητε κρεσποτα πω αι πω, ε φ η ληφεται αυ ο ποτε μη δεξαιδρος. ελα Φωκω γε πας περ εη λασειν δε οδωρου τε Μενυλλου Φωκω μ, εη- πεν, εη μ ε φρονη μετα εδωδρος, ερησεα εη τε πα ες, ως δε εχρω, ου ην εκανον εσιν. i. Cum Menyllus munera, et pecunias Phocioni daret, respondit, neque illum Ale- xandro esse meliorem, neque causam, propter quam nunc accepturus est, qui tunc non accepit, esse honestiorem. Menyllo autem orante, ut, si pro se accipere nallet, at pro Phoco filio acciperet: Phocus, inquit, si mutata viuendiratione, temperans et frugi fuerit, bona paterna ei satis erunt: quo modo autem nunc viuunt, nihil ee satis est. Erat autem hic Phocus Phocionis filius, intemperans, libidinosus, et luxu- riosus.

14. dissimiles) luxuriosi, intemperantes, libidinosi, nequam.
 15. ali, augetique lux.) diuitiæ enim intemperanti et libidinoso sunt instrumenta, et adiuuenta, atque aded irritamenta nequitiæ.
 16. magnum in odium peruenit) sic interdum Ciceronem loqui solere, supra notauimus. sic idem Cic. venire, et peruenire in sermonem hominum, et vituperationem, in inuidiam, et c.
 17. cum Dem. de vrbe trad. Antip.) hac de re sic Diod. lib. 18. Αντίπατρος δὲ ἔλαττος τῆς στρατηγίας ἀελλύσας τὸ σύστημα ἦν ἑλλωίων, ἦραχε τὸ δυνάμει πᾶσαν ἐπὶ τοῖς ἀσπασμοῖς. ὁ δὲ δῆμος ἐρημοῦθες τῆς ἡλίας συμμάχων βοήθειας, ἐν ἀπορία πολλῇ κατέστηκε. πάντων δὲ καταφρονησάντων ἐπὶ τὴν Δημιόβου, καὶ βοάωντων τὸν ἐκπέμπειν πορσεβδὸν πτωχὸς Ἀντίπατρον ἕως τῆς εἰρῆνης. ὅθεν μὲν καλοῦντο σύμβουλος, οὐχ ὑπήκουσεν. ἡ δὲ πόλις ἠλωκῶς ἀφρονοῦσαν, καὶ ἐξ ἧς τὸ πλεονέκτημα ἀπηνόητος καλοῦντο ἕως τῆς ἡμέρας συμβουλεύειν ἀπολασάντων δὲ τὴν ἑπιπέμειν ἕως τῆς δῆμου, ἀφρονοῦσαν ἕως τῆς ἡμέρας πορσεβδὸν τῆς μὲν Φωκίαιος, ἐπὶ τῶν ἐτέρων. τῶν δὲ Ἀντίπατρον ἔλαττος καὶ οὐκ ἐκείνους ἀποκρίσας ἕως ἀλλήλων. (καὶ ὁ ἐκείνους συγκαταστήσας εἰς λαμίαν ἢ Ἀντίπατρον, τὰς αὐτὰς ἀποκρίσας πεινήσας πορσεβδὸν αὐτῶν ἀπὸ τῆς εἰρῆνης) ὁ δὲ δῆμος ἐκ τῆς ἀφρονοῦσας, ἡλωκῶς ὄντων τῶν ἀφρονοῦσαν, καὶ τὴν ἑπιπέμειν ἀπηνόητος ἕως ἀλλήλων. ὁ δὲ φιλανθρώπως αὐτῶν πορσεβδὸν ἐξ ἧς δῆμος ἀφρονοῦσαν ἐξ ἧς τὴν πόλις, καὶ τὰς κλιούσας, καὶ ἡλωκῶς πάντα. τὴν δὲ πολιτείαν μετέσπειρεν ἐκ τῆς δημοκρατίας, καὶ πορσεβδὸν ἕως τῆς ἀφρονοῦσας. καὶ τῶν κλιούσας πλείων ἀφρονοῦσαν ἀφρονοῦσαν, ἡλωκῶς ἕως τῆς ἀφρονοῦσας, καὶ τῆς ἀφρονοῦσας. τῶν δὲ κατωτέρω τῆς ἀφρονοῦσας ἡλωκῶς, ἀφρονοῦσαν ὡς ἀφρονοῦσαν, καὶ πορσεβδὸν ἀφρονοῦσαν τῆς ἀφρονοῦσας, et c. i. Antipater autem cum hoc imperatorio consilio, et facto Græcorum copias in unum contractas dissoluisset, et dissipasset: vniuersum exercitum aduersus Athenas eduxit. populus autem Atheniensis a sociorum auxilio desertus ac derelictus, magna difficultate, et inopia consilij laborabat. Omnibus autem se ad Demadem conferentibus, et vt legatus ad Antipatrum de pace mitteretur clamantibus: hic cum in consiliū vocaretur, non audiebat. fuerat enim ter de decretis contra leges scriptis damnatus, atque iccirco ignominia affectus, infamiaque notatus: neque licebat ei per leges cum populo agere, neque consilium deliberanti dare. Solutus autem Demades legibus a populo, et restitutus in integrum, recuperata denique incolumitate, missus est continuo legatus cum Phocione, et quibusdam aliis Antipateri verò legatorum verbis auditis, respondit eis, se alia condicione pacem cum Atheniensibus non facturum, nisi se sibi totos permittant, nisi que de rebus suis omnibus constituendis ad arbitrium suum referant: quia illi cum Antipatrum in vrbe Lamia inclusum obsedissent, Antipatri legatis de compositione missis, tale responsum dederant. Populus autem viribus impar, neque satis ad bellum sustinendum instructus, coactus est omnem de se, suaque ciuitate statuendi potestatem Antipatro permittere. At ille humanitate in eos vsus, concessit eis, vt urbem, et fortunas suas, aliaque omnia retinerent. Sed reip. administrandæ formam immutauit, iussitque vt res administraretur ex censu, et vt qui plus, quam duo millia drachmarum possiderent, penes eos esset reip. administrandæ, et suffragij ferendi potestas: qui infra hunc censum

censum essent, omnes, vt turbulentos, et belli cupidos, ex reip. administrationis communiōe remouit: iis, qui vellent, locum in Thracia ad domicilium collocandum dedit. Hi igitur cum essent plures viginti duobus hominum millibus, ex patria summoti sunt. qui autem definitum, ac prestitutum ab Antipatro censum habebant, circiter nouem virorum millia, ij facti sunt et ciuitatis, et vrbis, agrisque Attici compotes, et ex legibus Solonis reip. administrabant. Omnibus autem concessum fuit rem suam familiarem integram, atque intactam retinere. Sed praesidium, cuius dux erat Menyllus, nequid rerum nouarum molirentur, in urbem recipere coacti sunt. Plutarchus paullo quidem aliter, sed summa eodem recidit. eius verba sunt haec: καὶ αἰα τὰς πόλεις αὐτῶν (ἦν ἑλλωίων) παρῶντος Ἀντίπατρον, ἐξέρχοντες, ἀρχαὶ πορσεβδὸν τὴν ἐλευθερίαν. ἡ δὲ πόλις ἀφρονοῦσαν, καὶ ἀφρονοῦσαν ἕως τῆς ἀφρονοῦσας. ὁ δὲ δῆμος ἀφρονοῦσαν, καὶ ἀφρονοῦσαν ἕως τῆς ἀφρονοῦσας. ὁ δὲ φιλανθρώπως αὐτῶν πορσεβδὸν ἐξ ἧς δῆμος ἀφρονοῦσαν ἐξ ἧς τῆν πόλις, καὶ τὰς κλιούσας, καὶ ἡλωκῶς πάντα. τὴν δὲ πολιτείαν μετέσπειρεν ἐκ τῆς δημοκρατίας, καὶ πορσεβδὸν ἕως τῆς ἀφρονοῦσας. καὶ τῶν κλιούσας πλείων ἀφρονοῦσαν ἀφρονοῦσαν, ἡλωκῶς ἕως τῆς ἀφρονοῦσας, καὶ πορσεβδὸν ἀφρονοῦσαν τῆς ἀφρονοῦσας, et c. i. Antipater autem cum hoc imperatorio consilio, et facto Græcorum copias in unum contractas dissoluisset, et dissipasset: vniuersum exercitum aduersus Athenas eduxit. populus autem Atheniensis a sociorum auxilio desertus ac derelictus, magna difficultate, et inopia consilij laborabat. Omnibus autem se ad Demadem conferentibus, et vt legatus ad Antipatrum de pace mitteretur clamantibus: hic cum in consiliū vocaretur, non audiebat. fuerat enim ter de decretis contra leges scriptis damnatus, atque iccirco ignominia affectus, infamiaque notatus: neque licebat ei per leges cum populo agere, neque consilium deliberanti dare. Solutus autem Demades legibus a populo, et restitutus in integrum, recuperata denique incolumitate, missus est continuo legatus cum Phocione, et quibusdam aliis Antipateri verò legatorum verbis auditis, respondit eis, se alia condicione pacem cum Atheniensibus non facturum, nisi se sibi totos permittant, nisi que de rebus suis omnibus constituendis ad arbitrium suum referant: quia illi cum Antipatrum in vrbe Lamia inclusum obsedissent, Antipatri legatis de compositione missis, tale responsum dederant. Populus autem viribus impar, neque satis ad bellum sustinendum instructus, coactus est omnem de se, suaque ciuitate statuendi potestatem Antipatro permittere. At ille humanitate in eos vsus, concessit eis, vt urbem, et fortunas suas, aliaque omnia retinerent. Sed reip. administrandæ formam immutauit, iussitque vt res administraretur ex censu, et vt qui plus, quam duo millia drachmarum possiderent, penes eos esset reip. administrandæ, et suffragij ferendi potestas: qui infra hunc censum

scriptis damnatus erat, eique infamia notato verba facere ad populum per leges non licebat: tum licentiam nactus, & legibus solutus, plebiscitum scribit, & legatos cum potestate omnia suo arbitrato agendi, ad Antipatrum de pace mittendos censet. Cum autem populus metueret, & Phocionem euocaret, seque illi soli fidem habere diceret: At si mihi fidem habuissetis, inquit, vobis consilium danti: non nunc talibus de rebus consultarem. Ita plebiscito confirmato, ad Antipatrum missus est, qui in Cادمία castra locata habebat, & continuo Atticantiuadere paratus erat. Atque hoc primum ab eo petiuit, vt in eodem loco manens, bellum componeret, & cum Atheniensibus de controuersis communibus transigeret. Cum autem Craterus diceret, Phocionem iniqua à se petere, vt ipsi ibidem manentes, sociorum & amicorum agros, bonaque diriperent, ac vexarent, cum ex hostium agris vtilitatem capere, & locupletari possent: Antipater, prehensa eius dextra, danda, inquit, Phocioni hæc venia est. de reliquis autem iussit Atheniensibus suo arbitrio permittere, quemadmodum Leosthenes bello Lamiaco ad se referri de pacis condicionibus voluerat. Vbi igitur in urbem rediit Phocio, & Atheniensibus idem necessarium probatum est: iterum cum aliis legatis Thebas profectus est, quorum in numero Xenocrates philosophus erat, populi suffragio legatus factus, & c. Pretermitto illa de Antipatri in Xenocratem inhumani-tate & superbia, atque adeo contumelia, qui primum eum ne salutauit quidem, cum alios legatos comiter & liberaliter accepisset: deinde dicere conantem, tacere coegit, ei obloquendo, atque obstrependo. Sequitur iam, Cum autem Phocio locutus esset, respondit Antipater, Atheniensibus societatem & amicitiam cum Macedonibus futuram, si Demosthenem & Hyperidem sibi traderent: si remp. in instituto patrio administrarent, ex censu: si praesidium in Munychiam reciperent: denique si belli sumtus sarcirent, & præterea certam multam penderent. Alij igitur legati has condiciones comprobant, tamquam æquas & humanas, præter Xenocratem dixit enim, Antipatrum præbere se in Atheniensibus, si quidem essent serui, æquum ac moderatum: si liberi, iniuicum, & inhumanum. Cum autem Phocio praesidium deprecaretur, & vehementer oraret, ne faceret: fertur Antipater dixisse, O Phocio, omnia tibi gratificari volumus, nisi ea, quæ & tibi, & nobis perniciem, pestemque afferre possint. Alij autem non ita dixisse Antipatrum tradunt: sed quæsiuissent ex Phocione, an, si praesidium Atheniensibus remittat, spondere suo periculo vellet, Atheniensibus in officio mansuros, & pacem seruatu-ros, nihilque rerum nouarum molituros. Illo autem tacente, & cunctante, Callime-dontem cognomento Carabum, hominem audacem, & populo inimicum, atque infestum, dixisse: At si iste, Antipater, nugeatur, tu ei credes, neque quod decreuisti facies? Sic praesidium Macedonum in urbem receperunt Athenienses, cui præerat Menyllus quidam, vir bonus, & Phocioni familiaris, atque amicus. Ex his, quæ ex Plutarcho, & Diodoro retulimus, perspicuum est, hæc Probi verba, cum Demade consenserat, hoc significare, Demadis decretum, vel plebiscitum à Demade scriptum comprobabat, & confirmarat. Sed quoniam de Demade mentio incidit, fortasse, qualis eius vite exitus fuerit, non fuerit à re alienum, ex Plutarcho & Diodoro exponere: quamquam hi aliquantum inter se discrepant. Sic igitur Diod.

lib. 18. κτ' δὲ τὴν Μακεδονίαν Ἀντιπάτρου ἀπεπεσόντος ἀβρουσίαν βασιλεύσαν, καὶ τὴν ἡρωῶν συ-
νεργῶν πρὸς τὴν ἀπολυσίν τῆς βίου, ἀλλήλοις μὴ ἐξέπεμψαν πορευθῆναι πρὸς Ἀντι-
πάτρου Δημάδου δοκούσαν καλῶς πολιτικῶν ἔτι πρὸς τοῖς Μακεδόνιαι, ἀξιοῦντος δ' Ἀν-
τιπάτρου, καὶ τοῦ τοῦ ἑὸς ἀρχῆς ὡμολογηκῶς, ἐξάρχων πρὸς φρουρὰν ἐκ τῆς Μοῦνυχίας. ὁ
δὲ Ἀντιπάτρου τὸ μὴ ἐπεσθῆναι διανοήσας διέκειτο πρὸς τὸν Δημάδου. ὕστερον δ' Περδικέου π-
λαθῆσαντος, καὶ ὑπὸν βασιλικῶν ὀπισθοῶν ὑπερχύων ἐν τοῖς βασιλικῶς χειρῶν, ἐν οἷς
τοῦ ὁ Δημάδης ἀποκαλεῖται τὸν Περδικέου κτ'. Ἐξῆς δὲ ἔστην εἰς τὴν Εὐρώπην ἐπ' Ἀντι-
πάτρου ἀπιλοποιώμενος πρὸς αὐτὸν, καὶ κεκυμημένῳ ἐτὶ τῶν ἐξ ἄλλου. δι' ὧν τὸν Δημάδου
κτ' αὐτὸν τὸν δόμου δεδομῆται ἐντολαῖς ἀπαγωγῆς τῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ παρρησιωδέστερον
ἀπιλήσωντος πρὸς τῆς φρουρῆς. ὁ μὴ Ἀντιπάτρου οὐδεμίαν δοῦναι ἀποκρισιν, παρὰ δὲ τῶν τοῖς ὀπί-
τοις ὑπερχύων πταχθέντι αὐτὸν τὸν Δημάδου, καὶ τὸν ὑπὸν Δημάδου, συμπεριβέβηοντα πρὸς τῶν
πει. οὐτὸν μὴ οὖν ἀπαχθέντος εἰς ἡ οἰκίαν δι' τὰς ἐπιχειρήσεων δέξις τῶν ἀπεβιβασμῶν
ἀπῆλθε. In Macedonia autem Antipatro in morbum grauem implicito, & sene-
ctute morbum augente, atque ad interitum adiunante, Athenienses ad Antipa-
trum Demadem legatum miserunt, qui existimabatur ea, quæ ad Macedonas
pertinerent, rectè administrare, postulantes vt Antipater, quemadmodum initio
pollicitus erat, praesidium ex Munychia educeret. Antipater autem primò quidẽ
beniuolo in Demadem erat animo: postea vero, Perdica mortuo, & regis qui-
busdam epistolis in regis scriptis repertis, in quibus erant & Demadis littere,
quibus Perdiccam hortabatur, vt quàm primum in Europam transfret aduersus
Antipatrum: ab eo alienatus est, & occultas cum eo inimicitias gerebat. Qua-
propter cum Demades, quemadmodum ei fuerat à populo madata, promissum
flagitaret, & libiore oratione vrens, de praesidio in Munychiam imposto inter-
minaretur: Antipater nullo ei responso dato, Demadem & eius filium, qui tunc
cum eo legatione fungebatur, licetoribus tradidit. Illi autem in domiciliu quod-
dam humile, & parui precij abducti, necati fuerunt. Plutarchi verba sunt hæc.
ἐπιλολούτων δὲ τῶν Φοκίωνων ἦν ἀλλοτρίων ὅπως ἀπαλάξῃ τῶν φρουρῶν πύσας τὸν Ἀντι-
πάτρου. εἴπε μὴ πρὸς δακῶν πύσας, εἴπε μάλιστ' ὁμῶν ἄφρονου τοῦ τὸν δῆματ, καὶ πολιτικῶν ἄλλοτ-
ριῶν ἀπὸ τῆς δέξῃ τὸ φόβον ἐκείνῳ μὴ αἰεὶ διαδῆτο τῶν πρὸς εἰσάρ, καὶ τὸν χεῖματ μὴ πρὸς τῆν
ἀλλά μὲν, καὶ ἀλλοτρίων τὸν Ἀντιπάτρου ἐπίσει, μεταβαίνας οὖν Δημάδου παρεκα-
λοῦν. ὁ δ' ἐπεσθῆναι ὑπέσθη, καὶ τὸν ἕχων ἀπήρειν εἰς Μακεδονίαν, ὑπὸν δαίμωνος ὕνοσ, ὡς
ἐοικε, εἰς τὸν καιρὸν κομῆσας, ἐν τῷ κα πύχου μὴ Ἀντιπάτρου ἠδὲ τῶν ὀπίσσω. Κάσταν δρος δ' ἦν
πρὸς τῶν ἐπιχειρήσεων εἰς κρατὸς χειρῶν, ὅταν ὀπισθῶν Δημάδου χειρῶν μὴ παρρησιωδῶς Ἀντιπατρὸς, ὡς
Εὐρώπην ἀπὸ καλοῦ τοῦ αὐτῶν, ἐπιπαύσαι τοῖς πρὸς τὴν Εὐρώπην καὶ Μακεδονίαν, ἐκ
παλαμῶν καὶ ἄλλοις κρημαίνοντες ἐπιμοιός, τὸν Ἀντιπάτρου ὑπὸν σὺν ψάματος. ὡς οὖν εἶδον
αὐτὸν ἀεζιμῆον ὁ Κάσταν δρος, σὺν ἔλαθε. καὶ πρὸς τὸ μὴ τὸν ὑπὸν εἰς τὴν πρὸς τῶν ἀποβ-
σφάξῃ, ὡς παρὰ δέξῃ τοῖς κόλπῳ τῶν ἀμὰ τῶν πατέρων, καὶ κατὰ πῶν τῶν αὐτῶν τὸ φόνου.
μὴ τῶν τῶν εἰς ἀρχαίων αὐτῶν καὶ πρὸς δὸ δὲ πολλὰ λειδορήσας ἔκαστος ἐπέσει, ἀπὸ κί-
νει. In autem vngerent Athenienses Phocionem, vt curaret praesidium in Mu-
nychia educendum, idque Antipatro persuaderet: siue quod non speraret id se
Antipatro persuadere posse, siue potius quod videret populum ad sanitatem re-
uersum esse, & remp. rectè atque ordine moderari propter metum: illam quidem
legationem semper à se repulit ac reiecit: sed pecuniam ne exigeret, & vt solis.

tionis diem proferret, Antipatro persuasit. Ita Athenienses Phocione omisso, sese ad Demadem contulerunt, ab eoque contenderunt, ut hanc legationem obiret. Ille autem eam cupide suscepit, & filio una secum ducto in Macedoniam profectus est, mali cuiusdam Genij, ut apparet, impulsu: tali tempore eò delatus, quo tempore Antipater quidem morbo iam implicitus erat: Cassander autem rerum compos, & summam imperij obtinens, Demadis epistolam ad Antigonum scriptam reperit, qua eum hortabatur, ut Europæ oculos adiuiceret, rebusque Græciæ, & Macedoniae immineret, ex veteri & putri flamine pendētibz, Antipatrum amaro ioco perstringens ac vellicans. Posteaquam igitur eum aduenisse vidit Cassander, hominem comprehendit: & primum quidem eius filium propius adductum priorem iugulavit, ita ut pater filij sanguinem sinu exceperit, & cæde respersus fuerit: deinde verò Demadem male dictis probrisque laceratum, ut ingratum & proditorem, interemit.

18. eiusque consilio id est, eo approbante, seu eo assentiente, quia scilicet plus poterat Antipater, quam populus Athen. neque aliter saluti civitatis consuli poterat.

19. quod patriæ malè conf.) miror hoc à Probo, seu Nepote, seu quo alio huius libri auctore, scriptum esse. quid enim Phocio faceret? vnusne armis Antipatri obfisteret? Præterea iam Demosthenes, & Hyperides, & ceteri, antè quàm Antipater Atticæ appropinquaret, post pugnam ad Cranonem, urbem Thessaliæ, ut tradit Plutarchus, seu ad Penèum fl. ut scribit Diodorus, commissam, ex vrbe discesserant populo diffidentes. Itaque absentes, Antipatro iam victore, & armis plus valente, damnati sunt.

20. quod amicitie fidem nò præstiterat) Sed nò nonne patriæ iura, quàm amicitia, sunt sanctiora? præterea, quæ nam amicitia Phocionis cū Demosthene intercedebat, nisi civilis, & ex societate reip. administranda, nata? Promiserat ne Phocio Demostheni se eius causa omnia facturum, etiam contra reip. utilitatem, & contra patriæ salutem? illa verò non iam amicitia, sed coniuratio in remp. fuisset. Præterea profitebatur Phocio, ut testatur Plutarchus apophth. reg. & ducum, sibi nihil eorum probari, quæ ab alijs & fierent, & dicerentur. Itaque cum Athenienses accepissent à vatis, aut ab Apolline potius, vnum esse Athenis virum, qui omnium sententijs aduersaretur: & Athenienses iuberent, quis ille esset, diligenter inquiri: Phocio vtrò se cum esse palàm confessus est. Postremò Demosthenes cum dicendi finem faceret, surgente ad dicendum Phocione, dicere solebat familiaribus suis propè sedentibus, En verborum meorum bipennis: auctor idem Plutarchus in Phocione. Idem iterum in apophth. reg. & ducum, scribit, cum aliquando Demosthenes Phocioni ita dixisset, interficient te Athenienses, si insanire cœperint: respondisse, me quidem si insanire: te verò, si sapere cœperint. Ex quibus intelligere licet, non ita magnam Phocioni cum Demosthene amicitiam intercessisse, ut ea patriæ caritatem superaret.

21. eum, quem tenebat, ascenderat) ad eum, quem obtinebat, honoris gradum peruenerat. falsum. nam sua virtute & integritate, non cuiusquam adiumento, aut operâ, Phocio, populi honores erit consecutus: neque eos ambitiosè

petitos, sed vtrò à populo delatos, ut suprâ diximus. Quod autem ad loquendū genus attinet, sic locutus est & M. Tullius oratione pro Murena. qui primum quoniam ex honoribus continuis familiæ, maiorūque suorum vnum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum & c. Idem de off. lib. 2. nò longè ab extr. In eos tamen, qui se adiuvare volent, non ut ne affligantur, sed ut altiore gradum ascendant, restricti omninò esse nullo modo debemus.

22. Cū aduersus Char.) vnde hæc sumserit Probus, conicere non possum, nisi fortè ex Theopompo, aut Timeo, maledicentissimis hominibus, ut hic scriptor fatetur in Alcibiade. Nam ij, quos Plutarchus secutus est in Phocionis vita exponenda, nihil tale de Phocione, quod sciam, scripserunt: Quin Plutarch. in apophth. reg. & duc. refert contra hæc, quæ hic à Probo dicuntur, Phocionē aliquando in Charetis locum à populo suffectum, & substitutum imperatorem, talem ob causam & rationem, fuisse. Atheniensium socij Byzantijs, ad quos Chares belli adiutor aduersus Philippum missus fuerat, Charetis iniustitia & auaritia cognita, aut certè alicunde audita, eum recipere in urbem noluerant: idque moleste ferebat populus Atheniensis, & populo Byzantio iratus erat. Tum Phocio in conitionem prodit, dixitque populum irasci debere nò socijs, qui sese, & sua imperatoribus Atheniensibz. concedere non auderent, sed imperatoribus, de quibus socij tam malè existimarent. Quibus dictis, & populo probatis, ille ipse à populo continuo imperator in locum Charetis suffectus est: & à Byzantijs, ut dignus, cui fides haberetur, receptus, Philippum re infecta discedere cœgit. Verba Plutarchi sunt hæc. ὁρῶν οὐδὲν ἢ τοῖς βυζαντίοις τῆ ἀθηναιῶν μὴ δεξιὰ τοῖς τῆ πόλεως ἁγῶντι τοῖς φθόνῳ μὲν δὴ ἀμείωτος βινδὸν αὐτοῖς τοῖς φίλοις, εἰπὼν ὁ θῶναι, ὅτι δὲ μὴ τοῖς ἀπὸ τοῦ ἑσθῆ συμμάχων, ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἑσθῆ ἑαυτῶν ὀρῶντες, αὐτοῖς ἡρέδῃ ἑαυτῶν, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν βυζαντίων, ἐπίνοσι τὸ φίλοις ἀπὸ τῶν ἀπελευθέρων. De Charete autem satis multa diximus in Chabria, & Timotheo.

23. subornaret) occultè ornaret, vel in alterius, nempe Charetis locum ornaret. Antonius Hirtio & Cæsari Philipp. 13. Apuleiana pecunia Brutū subornastis.

24. liberatus discess.) nihil hac de re me legere memini.

25. sed etiam prodidit) non est hoc amicum prodere, si amicum tuum à potentiore aliquo oppressum tueri & seruare non possis: aut si, cum seruare coneris, te non solum inanem operam sumere, sed etiam tibi, & reip. periculum struere videas, eum non liberare. Quid enim erat, quod Phocio præstare posset? plus poterat Antipater, quàm totæ Athenæ, nedum Phocio. alia conditione cum Antipatro transigi, & bellum componi nò poterat, nisi dederetur Demosthenes, & ceteri oratores, nihil æqui ab Antipatro poterat impetrari. Ille leges, qualis eius libido ferebat, non qualis humanitatis ratio, aut Atheniensium dignitas postulabat, civitati imponebat. eas subire, & perferre necessitas cogebat. aqua postulabant Athenienses: sed arma Antipatri plus valebant, quàm æquitas, & Atheniensium postulatio. Præterea quid erat cur Demosthenem Phocio defendere conaretur, si Demosthenes ipse sibi deerat? si se ipse deserebat, suamque ipse salutem prodebat? Nam Demosthenes, & ceteri oratores antequàm Antipater Atticæ appropinquaret, post eius victoriam ad Penèum & Cranonem partam, sese ex vrbe subduxerunt.

rant, salute sua desperata, ut supra diximus. Quod si quis dicat defendi absentis à Phocione debuisse, nec Phocione tacente à populo damnari: eodem reuoluerimur. Non poterit Phocio vnus ciuitatis pæne subactæ ciuis, Antipatro victore, armâque & vim intentante, & Demosthenem cum minis exposcente, multâque alia iniquissima postulante, atque aded imperante, quo minus imperata faceret ciuitas, recusare, nedum prohibere.

26. cum apud eum summ. esset imp.) Lutarch. $\sigma\pi\alpha\tau\eta\rho\varsigma \epsilon\gamma\gamma\lambda\alpha\tau\eta\rho\varsigma$, id est, imperator, seu, dux exercitus, & archon, hoc est prætor.

27. & Nicanorem Cassandri præf.) hoc, quia breuius à Probo relatum est, eorum gratia, quibus hæc historia ignota est, ex Plutarcho illustrandum. Antipater grauius egrotans, & moribundus, Polyperchontem imperatorem, summam rerum ei tradita, declararat: Cassandrum autem filium suum, chiliarchum, i. tribunum militum reliquerat. Paulo post mortuo Antipatro, Cassander exsurgens, & res præoccupans, mittit properè Nicanorem Menyllo successurum, iubetque eum antequam de morte Antipatri fama ad Atheniensem aureis perueniat, Munychiam occupare. Quo factò, & paucis post diebus nuntio de morte Antipatri ad Atheniensem perlato: illi Phocionem criminabantur, & maledictis insequabantur, quasi mortem Antipatri maturè cognouisset, & gratia à Nicanore ineundæ causa celauisset. Phocio autem hæc non negligebat, sed cum Nicanore congregiè & colloquens, eum cum in aliis rebus clementem, & beniuolum erga populum Atheniensem reddebat, tum ei persuasit, ut largitiones quasdam ambitiosas in populum conferret: ludis faciendus sumtus sustineret: usque, qui optimè certarent, præmia proponeret. Interea Polyperchon, qui regis Macedonum curator erat, ut Cassandrum callida reip. administratione supplantaret, misit ad populum Atheniensem epistolam, nomine regis scriptam, quasi is populo potentiam, & pristinam, ac patriam reip. administrandæ formam redderet. Erat autem hæc machina etiam ad Phocionem capiendum comparata. Nam cum Polyperchon vrbe potiri cogitaret, quemadmodum factis postea declarauit, nihil se profecturum sperabat, nisi Phocionem è ciuitate expellendum, aut aliqua ratione de medio tollendum curaret. hoc autem se facile affecuturum, si leues atque improbi contionatores & sycophantæ ex vrbe eiectione, renocarentur, & ad reip. administrationem de integro admitterentur, suggestumque denuò occuparent. Tumultuantibus autem ad hæc Atheniensibus & trepidantibus, cum Nicanor cum eis in Piræo consultantibus agere veller: se se Phocioni, fide ab eo accepta, credidit, & commisit, & in Piræum venit. Dercyllus autem, qui præerat exercitui, neque longè ab vrbe aberat, eum comprehendere conatus est. quod cum ille præsensisset, exsilii: & continuo præ se tulit, se penas de ciuitate sumpturum. Phocio cum accusaretur à ciuibus suis, quod Nicanorem de manibus amisisset, neque retinuisset, respondit, se de Nicanore bene existimare, nihilque ab eo mali exspectare: quod si in hoc falleretur, malle se omnibus spectantibus iniuriam accipere, quam facere. Sed videtur legendum, Piræo Atheniensem portui: vel delendum, Atheniensem. verumtamen nihil mutare ausus sum.

28. Dercyllo) Antipatri præfecto.

29. seque eius rei obsid.) sic Cicero de Octauiano fidem suam populo Ro. obligauit: temerè omninò. Itaque eum penituit. Verba eius sunt hæc Philipp. V. sub extr. Audebo etiam obligare fidem meam P. C. vobis, populòque Ro. reique publicæ: quod profectò, cum me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimesceremque in re maxima periculosa opinionem temeritatis: promitto, recipio, spondeo, patres conscripti, C. Cæsarem talem semper fore ciuem, qualis hodie sit, qualemque eum maximè esse, velle & optare debemus.

30. neque ita multo post Nicanor) Sed fefellit Phocionè Nicanor potius, quam Phocio populum Atheniensem. Ita enim sibi persuaserat Phocio, tantamque Nicanori fidem habebat, eum nihil contra Atheniensem facturum, ut, cum multi Nicanorem apud Phocionem arguerent, & criminarentur, eum Piræo oculos adiecisse, insidiâsque comparare, & milites externos in Salaminem transmittere, & nonnullos eorum, qui in Piræo habitarent, corrumpere: hos sermones excusserit, atque aded exclusit, neque crediderit. Quin cum Philomedes Lampreus plebiscitum fecisset, ut Athenienses omnes arma caperent, & Phocioni imperatori parerent: neglexit, donec Nicanor armis ex Munychia ad Piræum admotis, Piræum circumvallauit, & circumscedit.

31. sed ne armatis quidem pr. vol.) aliter Plutarchus, cuius hæc verba sunt. $\alpha\epsilon\gamma\theta\eta\sigma\alpha\mu\epsilon\upsilon\sigma\alpha\iota \delta\epsilon \tau\upsilon\tau\omega\upsilon, \delta\ \mu\epsilon\ \Phi\omega\kappa\iota\omega\iota \epsilon\delta\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\iota\tau\omega, \kappa\alpha\iota \kappa\alpha\tau\epsilon\phi\upsilon\sigma\epsilon\iota\tau\omega, \tau\upsilon\varsigma \alpha\delta\epsilon\lambda\phi\alpha\iota\sigma\iota\varsigma \delta\epsilon \chi\alpha\iota\beta\upsilon\upsilon\lambda\omicron\delta\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\iota\varsigma, \&c. i. Cum autem hæc agerentur, Phocio quidem sibilis & strepitu excipiebatur, & contemnebatur, Atheniensem educere volens, & c.$

32. sine quo) De Piræo satis multa dicta sunt in Themistocle.

33. populi causam agebat) democratia studebat.

34. altera optimatum) id est, altera aristocratia fauebat.

35. Demetrius Phal.) de quo sic Polyænus lib. 4. $\kappa\alpha\sigma\alpha\tau\eta\sigma\pi\eta\sigma\iota\varsigma \epsilon\pi\iota\lambda\epsilon\upsilon\epsilon\iota. i. cum$ Cassandro sentiebat, seu faciebat.

36. à Polyperchonte) cuius filius Alexander cum exercitu in Atticam venerat, verbo, ut Nicanorem oppugnaret: re, ut urbem, si posset, occuparet, præsertim discordem, & seditione concitatam, atque implicatam. Nam & exsules vnâ cum eo in urbem irruerant, & peregrini simul & ciues infamia notati, se ad eos aggregarant: ita Athenienses contione aduocata, quæ ex talium hominum collusionione concreta esset, & inordinata: in ea Phocioni imperium abrogarunt, aliosque imperatores suffragio crearunt. hæc ex Plutarcho: cum quo congruit Diodorus lib. 18. his verbis. $\alpha\pi\lambda\epsilon\sigma\tau\omega\upsilon \delta\ \pi\upsilon\lambda\alpha\chi\epsilon\iota\omega\upsilon \omicron\upsilon\sigma\tau\omega\iota, \eta\kappa\alpha\upsilon \text{Αλεξανδρος ο Πολυπεριχοντος υιος,} \epsilon\gamma\gamma\lambda\alpha\mu\epsilon\upsilon\sigma\alpha\iota \epsilon\iota\varsigma \tau\upsilon\delta \text{Αθηναίον,} \omicron\upsilon\ \mu\epsilon\ \omicron\upsilon\tau\omega\ \alpha\delta\epsilon\lambda\phi\alpha\iota\sigma\iota\varsigma \omicron\upsilon\ \pi\acute{\alpha}\nu \eta\kappa\epsilon\iota\upsilon\sigma\alpha\iota \delta\pi\iota\kappa\epsilon\alpha\tau\eta\sigma\iota\sigma\tau\omega\iota \tau\upsilon\varsigma \delta\iota\mu\omega\pi\lambda\omega\tau\epsilon\ \text{Μουνηχίου,} \kappa\alpha\iota \tau\omega\iota \text{Πειραιᾶ,} \pi\acute{\alpha}\nu \delta\eta \eta\delta\epsilon\iota\varsigma \omicron\upsilon\chi\omicron\upsilon\ \tau\omega\iota\varsigma \epsilon\iota\chi\epsilon\iota, \delta\eta\lambda\alpha \text{Τουματιον,} \alpha\upsilon\tau\omega\iota\varsigma \iota\delta\epsilon\iota\varsigma \alpha\delta\epsilon\lambda\phi\alpha\iota\sigma\iota\varsigma \delta\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\iota\varsigma \alpha\mu\phi\omicron\upsilon\ \pi\epsilon\sigma\alpha\ \alpha\epsilon\delta\epsilon\varsigma \tau\omega\iota\varsigma \epsilon\iota\ \tau\omega\ \pi\omega\lambda\epsilon\mu\omega\ \chi\epsilon\iota\tau\alpha\iota. i. id est, Cum autem Polyperchon promissa non faceret, venit Alexander Polyperchontis filius in Atticam cum exercitu. Athenienses igitur existimauerunt eum venisse, ut restitueret populo Munychiam & Piræum, sed longe aliter erit. Ipse enim virumque horum locorum ad vsus belli assumere cogitabat. Sciendum est: autem, Polyperchontem, cum videret expulso ex Macedonia Cassandro Antipatri filio, magnum sibi ab eo bellum impendè, atque instare, Græciæ legatis, qui$

tum aderant, promississe eorum ciuitatibus libertatem, sublata ea, quam Antipater constituerat, paucorum potentia: hac spe fretus, fore, vt hoc pacto res Cassandri labefactaret, et suas constabilliret, multorumque beniuolentiam sibi compararet. Sic Diod. eod. lib. περιεχθησιν οὖν βουλῆς, πῶς τοῖσι πολεμικτοῖσι, καὶ πολλοῖσι καὶ ποιητικῶν λόγων πρὸς τὸ πολέμου ῥηθέντων, ἐδόξεν αὐτοῖσι τὰς μὲν καὶ τὴν ἑλλάδα πόλεις, ἐλευθέρουσι, τὰς δὲ οὐ αὐταῖς ὀλιγοχρῆστας καθισταμένας Ἰσθμίου πελάγους καταλύειν. Ἐπειὶ οὖν καὶ μάχεται τὸ ἴδιον Κάσσανδρον ἑταιρώσῃ, ἑαυτοῖς δὲ μεγάλας δόξας, καὶ πολλὰς συμμάχους ἀξιολόγησιν περιποιήσῃ. δι' οὗ οὖν τοῖς ἀπὸ τῆς πόλεως παρόντας περιεσθλάται, πρὸς Κασσάνδρον, καὶ τὰ ῥηθέντα ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιγγείλωσι τὰς δημοκρατίας, ἀποκαταστήσῃ τὰς πόλεις, καὶ τὸ κωλύειν ὀλίγας γράψαντες ἐδωκαν τοῖς περιεσθλάταις, ὅπως καὶ ἑχρῶσι τὰς παρὰ τοῦτο ἐπιγενομένας, ἀπαγγείλωσι τοῖς δημοῖσι τὴν Ἰσθμίου, καὶ τὴν ἰγυμνασίαν εἰς τοῖς ἑλλησιν ἀναστήσειν. τὴν δὲ τὸ ἐπιγενομένην τοῖσι τοῖσι. i. Consultatione igitur proposita quo pacto cum his bellum esset gerendum, multis, et variis orationibus de bello habitis, visum est eis Graeciae ciuitates liberare, et paucorum potentias ab Antipatro in eis constitutas tollere. Ita enim se maximè opes Cassandri deminuturos, et sibi magnam gloriam, multasque societates sermone dignas adiuncturos. Continuo igitur ciuitatum Graeciae legatos, qui aderant, euocarunt, eosque bono animo esse, et benè sperare iusserunt, promittentes se ciuitatibus liberis libertatem pristinam, et populi potentiam restitutos: decretumque, seu edictum potius, conscriptum et confirmatum legatis tradiderunt, vt quam primum in suas patrias reuerſi, suis ciuibus egregiam regum, et ducum in Graecos beniuolentiam renuntiarent. Erat autè decreti, siue edicti formula talis. Sequuntur deinceps edicti illius verba apud Diodorum, quae longum sit referre: sed eorum sententia supra exposita est. Polyperchontem autem semper Diodorus Siculus, Polyperchontem appellat: et item Polyenus: apud quem exstat hoc eius strategema lib. 4. Πολυπέρχων τῶν οὐρανοῦ φιλολογῶν πελοποννησίων, τοῖς αὐτοῖς στρατιώταις περιεσθλάταις καὶ κινδύων. πῶς ἀρκαδίῳ ἐπιγενομένῳ, καὶ πελοποννησίων ἐμπροσθέντων, καὶ βακχίῳ ἐπιγενομένῳ, καὶ τοῖς αὐτοῖς περιεσθλάταις, καὶ τοῖς οὖν καὶ κινδύων ἐπιγενομένων, ὡς συστασῶνται, τοῖσι τοῖσι περιεσθλάταις. τὴν δὲ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὴν πελοποννησίων λαβῶν, οἱ δὲ μέγαλοτες περιεσθλάταις πολεμαῖν, τοῖσι τοῖσι, μέγα ἰσχύος πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἀγῶνας γεννησῶντες. ἀνεύσαντες οἱ στρατιώταις, ἠξίωσαν μικρὰ μέλλειν, ἐν δὲ οὖν ἀγῶνι τὴν μάχην. id est, Polyperchon (al. Polyperchon) peloponnesis sine suis custodientibus, suos milites ad periculum aduendum excitat. pileo Arcadico capiti imposito, et amictu trito duplici circumdato, fibulaque annexo, deinde baculo in manus sumto sic ad eos locutus est, ij, quibuscum decertaturi sumus, milites, tales sunt. His autem positis et armatura totius corporis induta, Qui verò (inquit) aduersus eos bellaturi sunt, tales, qui usque ad hunc diem multis et magnis praелиis superiores discesserunt. His auditis milites, postularunt, ne amplius cunctaretur, sed continuo ipso ad pugnam educeret. Addam eadem opera et Cassandri ex eodem Polyeno strategema libro, nisi fallor, eod. quod in eo et Cassandri, quò mox Probus commemorat, et Polyperchontis, de quo nunc loquimur, et Olympiadis matris Alexandri, mentio fiat. Sic igitur ille. Κάσσανδρος Ὀλυμπιάδα καὶ Σεβείαν ἐς Πύδνα τῆς Μακεδονίας, ἐπιγενομένης μάχης, Πολυπέρχων ἰσχυρῶς ἐπιγενομένης πελοποννησίων, ἐπέσπευσε.

ταί τὴν Ὀλυμπιάδα περιεσθλάταις ἐπιγενομένης μάχης, ὁ γράμματοφόρος ὄνομα καὶ ἀχρεῖς παρὰ Κάσσανδρον, ὡς μολογῶν τὴν ἀρετὴν, ἐφ' ἧν ἐπέσπευσε, ὅτι τὴν μὲν ἑπιγενομένην ἐσπεύσασκεν, τὴν δὲ τὴν Πολυπέρχωντος ἐκέλευεν αὐτὸν ἐσομένῳ, μὴ μόνον περιεσθλάταις, ὡς Κάσσανδρος τὴν ἐργασίαν, καὶ οὐκ ἐπέσπευσε. Κάσσανδρος δὲ τὴν πελοποννησίων συλλαβάν, ἐπέσπευσε ἀφ' ἧν. Ὀλυμπίας περὶ τὴν σφαιρῶν τῆς Πολυπέρχωντος, καὶ τοῖς γράμμασι τῆς πόλεως περιεσθλάταις νύκτωρ, καὶ οὐχ ἄρουρα τὴν πελοποννησίων, ὡς δὴ καὶ Πολυπέρχωντος ἔλαττωσεν, ἠξίωσεν, καὶ παρὰ τὸν ἐαυτοῦ καὶ τὸ αὐτὸ τὸ Πυδναίων Κάσσανδρον. id est, Cassander Olympiadem in vrbe Pydna inclusam et circumvallatam oppugnabat. Polyperchon misit quinquerehem, quae non procul latebat in portu. per litteras Olympiadem hortabatur, vt in nauem ingrederetur. tabellarius captus, et ad Cassandrum ductus, ad quā rem missus esset, fatebatur. Ille autem epistolam quidem Polyperchontis annulo obsignatam iussit eum ad Olympiadem perferre, non tamen etiam ei dicere, Cassandro haec esse nota. Atque ille quidem litteras pertulit. Cassander verò quinquerehem comprehensam e medio sustulit. Cum Olympias Polyperchontis annulo, et litteris credidisset, et noctu ex vrbe prodiiſset, neque quinquerehem reperisset, animum despondit: tamquam à Polyperchonte destituta, ac decepta: et seipsum vnà cum oppido Pydnaeorum Cassandro tradidit.

37. statim duces aduersus fact.) Diod. eod. lib. ὁ δὲ δῆμος εἰς ἀκλισησὶν σωζομένων, τὰς μὲν ὁ παρὰ τοῖς ἀρχαῖς κατεπεσὶν ἐκ δὲ τῶν δημοκρατικῶν τὰ ἀρξάντα κατεστήσας, τοῖς δὲ τῆς ὀλιγοχρῆστας γένους ἀρχόντας κατεστήσας, τοῖς ἴδιον τῶν ἀρχῶν, καὶ δημοκρατίας τῆς οὐσίας, ἐν οἷς τὴν καὶ Φωκίων, ὁ ἐπὶ Ἀθηναίων τὴν ἴδιον ὄνομα ἀρχῶν ἐργασίαν. i. Populus autem contione aduocata, magistratus, qui tunc erant, sustulit: ex ciuibus autem maximè popularibus, alios creauit, iis, qui in potentia paucorum creati fuerant, condemnatis, penamque in eos constituta partim capitis, partim exsiliij, partim bonorum publicationis: in quibus erat et Phocio, penes quem viuo Antipatro summum imperium fuerat.

38. et Demetrium Phal.) de Demetrio Phalereo nullum hoc loco verbum, neque apud Plutarchum, neque apud Diod. Commemorat eum Plutarchus tantum in extremo.

39. de que eare legatos ad Polyp.) Plutarchus paullo aliter. narrat enim ille, Phocionem, et eius amicos, qui remanserant, se ad Polyperchontem contulisse, et vnà cum eo Solonem Plataensem, et Dinarchum Corinthium, qui Polyperchontis necessarij et familiares habebantur, Phocioni gratificandi causa, profectos esse. Cum autem Dinarchus valetudine incommoda in itinere vsus esset: multos dies Elatae commoratos esse: interea Agnonide auctore et suo socro, populum legatos ad Polyperchontem misisse, qui Phocionem accusarent. Diodorus hac de re sic. οὗτοι δὲ ἐκβλήθη, πρὸς τὴν πόλιν κατέφυγον περιεσθλάταις καὶ Πολυπέρχωντος, καὶ ἐπὶ τούτου τὴν ἑπιγενομένην ἐπιλοπομένην. περιεσθλάταις δὲ ἑπιγενομένην φιλολογῶν, γράμματα ἐλάβον περιεσθλάταις παρὰ τῶν Πολυπέρχωντος, ἵνα μὴν πᾶσι τοῖσι περιεσθλάταις Φωκίῳ παρὰ τὸν οὐρανῶν, καὶ τὴν ἐπιγενομένην πᾶσι συμπεραξάντο ἀποστείλαντες δὲ καὶ τὸ δῆμον περιεσθλάταις περιεσθλάταις Πολυπέρχωντος, τὴν κατηγοροῦσαν μὲν ἴδιον περιεσθλάταις, περιεσθλάταις τὴν Μακεδονίαν αὐτοῖς δόσωσιν, τῆς αὐτονομίας. ὁ Πολυπέρχωντος

πέρχων ἐσπευδὲ μὲν φρουρὰ κατέχων τὴν Γεραμαῖα διὰ τὸ πολλὰ δυνάσασθαι χρησιμεύειν τῷ λιμῆ-
 να πρὸς ταῖς ἐν πλείοις χεῖρας ἀγροκόμοδος ὅτι ἐναπία πρὸς τὴν τῶν ὕφ' ἑαυτοῦ γυραμμέ-
 να διὰ γυραμμάπιν νομίζων ἀπὸ τοῦ κριθῶσεως πρὸς τοῖς ἔλλησιν, ἐὰν εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ
 τὴν πρὸς ἐπιτομήν πελιν, μετὰ τὸν πῶλον. i. Hi autē (Phocio cum suis) è ciuitate cie-
 cti, ad Alexandrum Polyperchontis fil. confugerunt, huiusque opera ac beneficio
 salutis suae consulere studuerunt. Eis autem comiter et liberaliter acceptis, litteras
 ad patrem dedit Alexander, quibus ab eo petebat, ne sese in Phocionem, et eius
 comites duriores praeberet, ne de in eos ullam praeviam constitueret, quippe qui
 antea cum illo sensissent, et nunc se omnia eius causa facturos pollicerentur. Cum
 autem etiam populus ad Polyperchontem legatos misisset, qui et Phocionem ap-
 pud eum accusarent, et illum orarent, ut Munychiam sibi cum libertate, et fa-
 cultate suis legibus utendi redderet: habebat ille quidem in animo, et magno pe-
 re studebat Piraeum praesidio deuinctum tenere, propterea quod portum illum ad-
 multos usus belli videbat sibi posse esse opportunum. sed cum eum puderet con-
 tra edictum à se conscriptum facere, cumque existimaret se perfidum à Graecis
 iudicatum iri, si ciuitati totius Graeciae clarissime, neglectis et violatis iuribus
 omnibus humanis, iniuriam faceret: sententiam mutauit.

40. ut sua decreta confirmaret) sua, ambiguum. nam vel populi decreta, id est,
 sententias latas à populo de Phocione, et ceteris: vel Polyperchontis edicta de li-
 bertate ciuitatibus Graeciae restituenda, intelligere licet. malim tamen de Poly-
 perchontis decretis accipi.

41. Huc eodem) ad Polyperchontem.

42. Philippum) Alexandri filium ex Rhoxane, etiamnum puerum. Alij putant,
 fuisse fratrem, alij sororis Eurydices virum, Epirotarum regem. Erat autem et al-
 ter Alexandri filius ex Barsina, nomine Hercules, quem Polyperchon Cassandri
 promissis inductus de medio sustulit, ut refert Diodorus lib. 20.

43. iussus est dicere) circa vicum quendam Phocidis, Pharyngas nomine, non
 longè ab Acrurio monte: auctor Plutarchus.

44. regis rebus praerat) curator regni, et administrator erat.

45. Agnonide) sycophanta: cuius generis hominum maxima semper fuit Athe-
 nis vbertas.

46. ex consilij sententia) id est, ex sententia eorum, qui erant in consilio. sic
 saepe loquitur Cicero, ut accus. lib. 3. de consilij sententia pronuntiarunt se lege
 Hieronica vendituros. Idem pro Roscio Amer. de amicorum sententia. Idem lib.
 16. epist. ad Att. ep. 7. et res ista est firma, ut debet esse, quam consules de consilij
 sententia decreuerunt. Mendose autem vulgò legitur, ex consimili sententia.
 quod cum facile animaduertissemus, Cl. Putcaneo tamen iuueni doctiss. idem ve-
 nerat in mentem.

47. in custodiam coniectus, Ath. ded.) postulauerat enim Agnonides sycop-
 phanta, ut vinciti Athenas deduceretur, ibi causam dicturi, ut tradit Plutarchus,
 cuius haec verba sunt. ὡς δὲ γόρουθον καὶ κεραιῶν ἐπιτοῦν, ἀπὸ καθήκοντος ἀνι-
 λων ἐν τῶν σωερίων, καὶ πρὸς ἐλλάνων ὁ Αἰγυπθίδης εἶπεν, ἀπὸ ταῦς ἡμῶν εἰς μίαν ἐμὲ δρόνον
 ἀλλὰ ἀρξάν ἀπὸ ταῦν οἰς ἀπὸ μὲν ἀπὸ τῶν δόρον ὅφ' ἔχοντας, ὁ μὲν βασιλεὺς ἐξήλασεν, οἱ δὲ πρὸς

εἰς τὰς τῶν σωερίων μακεδόνες καὶ ξένους ὁλοῦν ἀγροίτες ἐπιτοῦν ἀκούειν, καὶ τοῖς πρὸς ἐλλάνων
 παρεκάλειν ἀπὸ τῶν μακρῶν ἐν τῶν ποιηδῶν τὴν κατηγερόμεν. ἢ τὸ εὐδὲν ἴσον ἀλλὰ τῶν
 μὲν Φωκίαν πελάγους ἀπὸ τῶν ποταμῶν ὁ Πολυπέρχων λέγοντι, μέγιστος ἔτι βασιλεία πατρίδας
 τὴν γλῶσσαν, ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν ποταμῶν. Ἡγήμωνος ὁ φησὶν ὅτι πρὸς αὐτῶν τῶν πρὸς τὴν δὴ μὲν
 διτοῖας Πολυπέρχων ἐβί' καὶ τὸ Πολυπέρχωνος ἀποκρινάμενος πρὸς ὄργην, πᾶσι μοι
 πρὸς τὸν βασιλέα καταλυδόμενος. ἀπὸ τῶν βασιλείας, ὡρμησὶν ἀπὸ τῶν Ἡγήμωνος πα-
 τριδας. ἢ τὸ δὴ ἔτι Πολυπέρχωνος πρὸς ἐλλάνων αὐτῶν, ἢ τὸ δὴ τὸν σωερίων. i. Cum au-
 tem sublato clamore, et facto strepitu inter se accusarent in consilio, et Agnoni-
 des ad dicendum progressus, talia quadam locutus esset, Nos omnes in caucam
 coniectos ad Atheniensis remittite, ut causam apud eos dicamus: rex quidem
 risit, qui autem consilium circumstitebant Macedones, et peregrini à negotiis va-
 cuit, et otiosi, audire cupiebant: et legatis innuebant, ut hoc loco potius accusa-
 rent, et crimina exponerent. sed certamen erat valde inaequale. Nam Polyper-
 chon saepe Phocionem dicentem interpellabat, etque obstrepebat, donec terra ba-
 culo percussa, recedere de medio, et tacere iussit. Cum autem Hegemon dixisset,
 Polyperchontem sibi testem esse suae erga populum beniuolentiae: et Polyperchon
 ira incensus, ita respondisset: desine ista contra me ementiri apud regem: exsiliit
 rex, et Phocionem conatus est impetu facto lancea ferire. sed Polyperchon citò
 regem complexus, retinuit, et ita consilium diremptum ac dissolutum est. Appa-
 ret autem hunc regem, non tam aetate, quam moribus puerum fuisse, negligenteis-
 que admodum, et improbos doctores ac magistros habuisse: qui eum non do-
 cuerint, regem cum omni tempore, tum maxime cum ius dicit, aut cum iudex se-
 det, omni iracundia, et aculeo carere debere, hoc est, iis, qui apud se causam di-
 cunt, quamvis in manifesto fucino sint deprehensi, certis que argumentis, et lo-
 cupletibus testibus conuicti, manus violentas afferre non debere. Planè enim re-
 ges, et iudices, omnèsque, aded, qui reip. praesunt, leges imitari debent, quae ad pu-
 niendum non iracundia, sed aequitate ducuntur, ut ait M. Tullius. Quae admo-
 dum autem reges et iudices non oportet ira concitatos, in eos, quos vel damna-
 re, vel absolvere sua sententia possunt, manibus allatis seuire: ita hoc maxime re-
 gum proprium munus est, et maleficia acerrimis supplicis vindicare, et rectè
 facta amplissimis praemis ornare. Ex quo intelligere licet, eos principes, qui aut
 viros innocentes et integros iniquis iudicis opprimi, atque adeò irregulari finit,
 aut homines maleficos, et nocentes, et sanguine ciuium cruentos è iudicum sen-
 tentiis eripiunt, aut ipsi absoluunt, non esse reges, sed tyrannos, aut siquid tyran-
 no tetrius est. Neque vero existiment principes singulares, qui monarchi à Grae-
 cis appellatur, selegibus solutos esse. Quem admodum enim rex suis ciuibus pra-
 est, ita lex regi: et quo modo ciueis suo regi parere conuenit, ita regem legi: quae,
 ut ait Pindarus, omnium deorum atque hominum regina est. Non temere autem
 finxerunt philosophi, et theologi illi veteres, Iustitiam, et Themis perpetuò Io-
 ni assidere, id est τῶν δὴ πᾶν ἄρδρον ἔσθ', ut loquitur Plutarchus libello πρὸς ἡγήμωνος
 ἀπὸ ταῦν οἰον. Hoc enim sigmento significarunt, reges, qui sunt viuae quaedam dei om-
 nia nutu suo gubernantis imagines, nihil nisi rectum ac iustum edicere, decerne-
 re, agere oportere: et tales reges, deo optimo maximo esse carissimos, ampliss-

et clamorem, nihil prorsus audiebant, sed ipsum corporis motum solum, propter periculi magnitudinem varium et contentionis plenum, cernebant. Tandem Phocio salute desperata, exclamans orauit populum, ut se quidem capitis condemnaret, aliis autem parceret. Cum autem multitudinis impetus comprimi non posset, et violentus esset, accedebant nonnulli ad Phocionem, ut eum defenderent: quorum orationis principium audiebat multitudo: ubi vero longius progressi ostenderant, se ea persequi et pertractare, quae ad defensionem Phocionis pertinerent: strepitu inimico, et clamoribus infestis eiiciebantur. Attende, obsecro te, lector, quam fera et horribilis sit bellua, multitudo: quae ne tum quidem, cum iudicio praestet, quo tempore summum debet adhiberi silentium, summamque animorum aequitas, et moderatio, sibi ab insita iracundia, et rabie temperare potest. Quid ab ea expectandum, si arma, si potentiam, si duces sui similes sit natura? Praclare T. Livius lib. 24. annalium. Haec natura (inquit) multitudinis est, aut seruit humiliter, aut superbe dominatur. Libertatem, quae media est, nec spernere modice, nec habere sciunt. Et non ferme desunt irarum indulgentes ministri, qui auidos, atque intemperanteis plebeiorum animos ad sanguinem et caecis irritent.

52. et dicendi causam) et dicenda causa.

53. undecimuiris) τρις εἰδεκα. commemorat hos Plato semel in apologia, ter in Phaedone. vnius loci ex Phaedone verba referam. sic igitur ille in extr. καὶ ἦκεν ὁ θεὸς εἰδεκα ὑπηρετας, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν, ὧν Σωκράτης, ἔφη, οὐ καταπαύσωμαι γὰρ θεὸς, ὅσαρ' ἔσθ' ἄλλων καταπαύσωκα, ὅπ' μοι χαλεπαίνουσι, καὶ καταρώνται, ἐπιθεῖν αὐτοῖς ὡς ἀγγέλων πίνειν τὸ φάρμακον, ἀνακαίοντων θεῶν ἀρχόντων. i. Et venit undecimuirum minister: et prope eum stans, o Socrates, inquit, non te eius criminis arguam, cuius alios arguo: quod mihi succensent, et male precantur, cum eis denuntio bibendum esse pharmacum, magistratum coactu. Demosth. καὶ Τιμοκρ. ex Solonis lege. εἰ αὐτὸς δὲ τις ἀπαχθῆν, ἢ ἄλλων κακώσεως ἢ λωκῶς, ἢ ἀσφαλείας, ἢ ὡς εἰρημῶν αὐτῶν ὑπὸ θεῶν νόμον εἰργασθῆν, εἰσὼν ὅππ' μὴ χρεὶν, δησάντω αὐτῶν οἱ εἰδεκα, καὶ εἰσαρχόντων εἰς τὴν Ἡλιαιῶν κατηγρέτω δὲ ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεισιν. i. Si quis autem abductus fuerit, damnatus his criminibus, vel quod parenteis impie tractarit, vel quod militiam subterfugerit, aut deseruerit: vel quod eò ingressus sit, quod nefas erat eum intrare, cum esset ei praedictum à legibus: hunc undecimuirum in vincula coniciunt, et in iudicium adducunt: ibique quisquis volet, accusator, eorum, quibus lege liceat. Aristot. lib. VI. de optima reip. administranda forma. cap. vlt. πολλὰ γὰρ δὲ διήρηται καὶ ἡ φυλάσσεια τῶν ἀρχόντων, οἷς Ἀθηναῖοι θεῶν εἰδεκα καλουμένων. i. Multis autem locis diuisus est magistratus carceri, custodiae que reorū praefectus ab eo, qui multas exigit ac flagitat: verbi gratia, Athenis eorum, qui XI viri dicuntur.

54. Emphyletus) Assentior iis, qui auctorem huius libri hoc loco dormitasse, neque satis diligenter Graeci historici, quem secutus est, verba considerasse putat: qui, cum Graecè scriptum esset, duobus vocabulis, ἐμφύλιος τις, id est, tribulis quidam, vel ciuis quidam, legerit vno nomine ἐμφύλιος, quasi proprium esset alicuius viri nomen. fortasse etiam scriptum erat, θεῶν φίλων τις, id est, quidam ex ami-

cis: vel potius, φιλέτης τις. i. tribulis quidam. Probus vero, siue Nepos, aliud agens, quod interdum magnis viris accidit, putauit scriptum esse, φύλιος, seu ἐμφύλιος, idque existimauit esse nomen proprium. Fortasse etiam codice mendoso usus est. 55. O quam indigna perp.) Diod. cod. lib. simile quiddam tradit, his verbis. σωηκοῦδον δὲ αὐτοῖς πολλοὶ θεῶν ἀποστασίων ἀδρόμων, ὁ δὲ ὑρόδρομοι, καὶ ἐπιπύρανοι, ὅτι ἐπιμύχθ' αὐτῶν ἀποχρησθέντες, τὸ γὰρ αἰσθητικὸν αὐτῶν τὰς ἀδελφείας, καὶ τὰς συγγενείας, καὶ τὰς δι' ἄλλους πολλὰ περὶ ἀρχόντων ἐπὶ τῷ φιλαδελφείᾳ, μήτε λόγου, μήτε κρίσεως, διακρίσας, τὸ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων, πολλοὶ ἔτι εἰς ἔθνη σὺν δειλοῖς καὶ φέρον. i. sequebantur autem eos vna multitudo viri boni lamentantes, et parem animo dolorem ex rerum aduersarum magnitudine capientes. Nam praestantibus gloria, et beneficentia, et nobilitate generis: viris, qui multa humaniter et clementer erga multos in vita fecissent: iis neque dicendi potestatem fieri, neque aequum iudicium dari: ea res multos varia cogitare, et metuere cogebat. Idem subiicit deinceps. ἀσώπου δὲ καὶ κοινῆς ἀπάσης τύχης οὐσίας, πολλοὶ καὶ τῶν δημοσίων καὶ πικρῶς διεκτιμῶν τῶν αὐτῶν, ἐλοιδόρου τι ἀνιλεῶς, καὶ πικρῶς ἀνείδιζον αὐτῶν τὰς συμφορὰς. τὸ γὰρ ἐν ταῖς δι' ἀρχαῖς σιωπῶντες μύσσοι, ὅταν ἐκ μεταβολῆς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἐκτραχῆν τὰς ὀργαῖς, ἀποστραφέντες τῶν μυσσομένων. i. Cum sit autem instabilis, et communis omnibus fortuna, multi et ex popularibus, et ex iis, qui in eum offensi, maleque animati erant, ei cum immisericorditer, et amare maledicebant, tum calamitates exprobrabant. Nam quod in rebus secundis occultatur et tacetur odium, cum mutata in rebus aduersis fortuna in ira eruperit, immaniter in eos, qui sunt iniusti, cocitatur, atque efferatur. Cum multa autem praecleara Phocionis dicta, factaque hoc loco exponat Plutarchus, quae referre longum sit, tum haec sunt egregia: quorum primū est; quod cum ad supplicium duceretur, et inimici accurrentes, ei maledicerent, quidamque eorum ex aduersa parte veniens eum conspuisset: versa ad magistratus facie, hoc tantum dixisse fertur: Ecquis istum indecoram speciem praebere, deformitque gestum agere prohibebit? Alterum est, quod cum quidam ex amicis ab eo quaereret, ecquid filio Phoco nuntiari vellet: volo vero, inquit, dic ei meis verbis ne huius iniuriae, quae mihi fit ab Atheniensibus, meminisse velit. Tertium, quod cum Nicocles, qui erat ei amicorum fidelissimus, oraret eum, ut sineret se priore loco pharmacum bibere: rem sane, inquit, o Nicocles, petis à me grauem et molestam: verum tamen, quoniam nulla unquam in alia tibi, dum vixi, non morem gestifi, hanc quoque tibi concedo.

56. plerique clari) in his Socrates philosophus, ut eos taccam, qui in rep. adm: nistranda versati sunt.

57. tantum fuit odium) Atqui lex vetabat, eos, qui proditiōnis damnati essent, sepeliri. Non igitur odium multitudinis fecit, ut proiiceretur in sepultus, sed ius et lex. cur damnaretur autem, odium certò causa fuit:

58. Itaque a seruis sep.) Plutarch. οὐ μὲν δὲ καὶ ὡς ἀπὸ ἐνδεέστερον ἡγεμισμένους, τῶν ἐχθρῶν ἐδόξε καὶ τὸ σῶμα τῶ Φωκίωτος δεσποῖα, καὶ μὴ δὲ πῦρ ἐπαύσαι μὴ δέαι, τῶν πτωχῶν, ἀθλιῶν δὲ ὁ φίλος μὲν οὐδέ τις ἐπὶ μισθῶν ἀφαισθῆναι τὸ σῶμα. Καὶ ὡς πῶν δὲ τις ὑπορχῆν εἰσισμένους τὰ τοιαῦτα, μισθῶν νομισθέντα τὸ νεκρὸν ὑπὸ τῶν Ἐλευθέρων πύραυλων ἐκ τῆς μεγάλας, ἔκαστοι. ἢ δὲ μεγάλας γὰρ περιύσαι ἐστὶ τῶν δεσποτιδῶν.

ἔλασε μὲν αὐτὸν ἡρώμα κενόν, καὶ κατέπεισεν. ἐν δὲ ἡρώμα δὲ τῶν κολωνῶν ὅσα, ἃ κομίσεια, ἡρώμα κενόν εἰς τὴν οἰκίαν κατέπευξε. ὅσα δὲ ἐστὶν, εἰ πούσα, ἢ, ὡ φιλίη ἐστὶν, ὅσα καπνίσματα ἔωπα ἀνδρῶν ἀγαθῶν λείψανα. οὐ δὲ αὐτὸν τίς πατρῴοις ἀλλοῖσι, ὅταν αἰσθῶσι ἡ φρονήτων σιν. i. Verum tamē visum est eius inimicis, quasi parum strenuē certassent, ut corpus Phocionis etiam extra sineis Atticæ exterminaretur, & ut ne quis Atheniensis ad eius sepulturam ignem accenderet. Quocirca nullus quidem ex amicis corpus eius tangere ausus est. Sed Conopio quidam talia quædam ministeria subire solitus, cadauer mercede accepta trans Eleusinem deportatum, igne ex terra Megarica sumto combussit. mulier autem quædam Megarica cum ei funeri cum ancillis suis interfuisset, eodem in loco terram exaggeravit, & sepulcrum inane fecit, & libamina sollemnia fecit. posita autem in sinu vestis ossa, & domum noctu deportata defodit apud focum suum sic locuta, Apud te, ὦ cara Vestis, huius viri boni reliquias depono. Tu autem eas patriis tumultis reddito, cum Athenienses respuerint, atque ad sanitatem reuerterint. Diod. Siculus, εἰς δὲ τῆς τῆς κωνίου πεισῶς καὶ πὴν πῶτερον ἔδος τῶν βίβιν καταλύσαντες ἐπιφύσασιν ἀπαφοι πάντες. ὁ μὲν οὖν Φωκίων, καὶ οἱ μὲν αὐτῶν εἰσελθόντες τῶν τῶν βίβιν καταλύσαντες. i. potu autem cicutæ instituto patrio vita finita, proiecti sunt omnes insepulti. Phocionem igitur, & qui cum eo erant, falsis criminibus circumuenti, talem habuerunt vitæ exitum. Quoniam autem alij cum Phocione damnati & supplicio affecti esse dicuntur, fortasse querat lector diligens, quinam hi fuerint. Plutarchus igitur tradit hos fuisse, Nicoclem, Thudippum, al. Euippum, Hegemonem, Pythoclem: Demetrium Phalereum verò, & Callimedontem, & Chariclem, & nonnullos alios, absenteis capitis esse damnatos. Idem deinceps post illa verba, quæ paullo antè de Phocionis cadauere in alias terras amandato protuli, narrat breui post tempore Athenienses à rebus ipsis edoctos, qualem magistrum, custodemque temperantiae ac iustitiæ amisissent, statuat ei æneam posuisse: ossa autem eius publicis sumptibus sepelivisse: Agnonidem verò Sycophantiam communi omnium suffragio damnatum necavisse.

TIMOLEON.

Timoleon Corinthius sine dubio magnus omnium iudicio hic vir existit. namque huic uni contigit, quod nescio an nulli, ut patriam, in qua erat natus, oppressam à tyrāno liberaret, & à Syracusis, quibus auxilio erat missus, inueteratam seruitutem depelleret: totamque Siciliam multos annos bello vexatam, à barbarisque oppressam, suo aduentu in pristinum restitueret. Sed in his rebus non simplici fortuna conflictatus est, & id quod difficilius putatur, multiso sapientius tulit secundam, quam aduersam fortunam.

Nam

Nam cum frater eius Timophanes, dux à Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios occupasset, particepsque regni posset esse: tantum a societate sceleris, ut antetulerit suorum ciuium libertatem fratris salutem: & patriæ legibus obtemperare satius duxerit, quam imperare. Hac mente per haruspicem, communemque affinem, cui soror ex eisdem parentibus nata, nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curauit. Ipse non modo manus non attulit, sed ne aspicere quidem fratrum sanguinem voluit. nam, dum res conficeretur, procul in praesidio fuit, nequis satellites posset succurrere. Hoc praclarissimum eius facinus non pari modo probatum est ab omnibus. nonnulli enim læsam ab eo pietatem putabant, & inuidia laudem virtutis obterebant. Mater verò post id factum neque domum ad se filium admisit, neque aspexit, quin eum fratricidam, impiumque detestans compellaret. Quibus verbis adeò ille est commotus, ut nonnumquam vitæ finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere. Interim Dione Syracusis interfecto, Dionysius rursus Syracusarum positus est: cuius aduersarij opem à Corinthiis petiuerunt: ducemque, quo in bello uterentur, postularunt. Huc Timoleon missus, incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia depulit, cum interficere posset, noluit: tutoque ut Corinthum perueniret, effecit, quod utrorumque Dionysiorum opibus Corinthij saepe adiuti fuerant, cuius benignitatis memoriam volebat extare: quòd eam præclaram victoriam ducebat, in qua plus esset clementiæ, quam crudelitatis: postremo ut non solum auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, quem, & ex quanto regno ad quam fortunam

dd

nam detrusisset.⁴¹ Post Dionysij decessum cum⁴² Iceta bel-
lavit, qui aduersatus fuerat Dionysio. quem non odio ty-
rannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quod ipse ex-
pulso Dionysio imperium dimittere noluit.⁴³ Hoc superato
Timoleon⁴⁴ maximas copias Karthaginiesum⁴⁵ apud Cri-
messum flumen fugauit, ac⁴⁶ satis habere coegit, ⁴⁷si liceret
Africam obtinere, qui iam complureis annos possessionem
Siciliae tenebant.⁴⁸ Cepit etiam Mamercum, Italicum du-
cem, hominem bellicosum, & potentem, qui tyrannos adiu-
tum in Siciliam venerat. Quibus rebus confectis cum pro-
pter diurnitatem belli non solum regiones, sed etiam vr-
beis desertas videret, conquisiuit, primum, quos potuit Sicu-
los,⁴⁹ deinde Corintho arcessiuit colonos, quod ab his initio
Syracusaerant conditae. Ciuibus veteribus sua restituit,
nouis bello⁵⁰ vacuefactas possessiones diuisit: urbium mae-
nia disiecta,⁵¹ fanaque deleta refecit: ciuitatibus⁵² leges, li-
bertatemque reddidit: & maximo bello tantum otium⁵³ to-
ti insulae conciliauit, ut hic conditor urbium earum, non illi,
qui initio⁵⁴ deduxerant, videretur. Arcem Syracusis, quam
muniuerat⁵⁵ Dionysius⁵⁶ ad urbem obsidendam,⁵⁷ a funda-
mentis disiecit: cetera tyrannidis propugnacula demolitus
est, deditque operam, ut quam minimè multa vestigia ser-
uitutis manerent.⁵⁸ Cum tantis esset opibus, ut etiam inui-
tis imperare posset, tantum autem⁵⁹ haberet amorem om-
nium Siculorum, ut nullo recusante regnum obtineret:⁶⁰
maluit se diligere, quam metui. Itaque, cum primum potuit,
⁶¹imperium deposuit, & priuatus Syracusis, quod reliquum
vitae fuit, vixit. neque verò id imperitè fecit, nam quod ce-
teri reges imperio potuerunt, hic⁶² beniuolentia tenuit. nul-
lus honos huic defuit:⁶³ neque postea Syracusis res ulla ge-

sta est publica, de qua prius sit decretum, quam Timoleon-
tis sententia cognita, nullius umquam consilium non modò
antelatum, sed ne comparatum quidem est.⁶⁴ neque id ma-
gis beniuolentia factum est, quam prudentia. Hic cum æ-
tate iam prouectus esset, sine ullo morbo⁶⁵ lumina oculorum
amisit, quam calamitatem ita moderatè tulit, ut neque cum
querentem quisquam audierit, neque eo minus priuatis, pu-
blicisque rebus interfuerit. Veniebat autem in theatrum,
cum ibi⁶⁶ concilium populi haberetur, propter valetudinem
⁶⁷uectus iumentis iunctis, atque ita de vehiculo, quæ vide-
bantur, dicebat: neque hoc illi quisquam⁶⁸ tribuebat super-
bia, nihil enim umquam neque insolens, neque⁶⁹ gloriosum
⁷⁰ex ore eius exiit, qui quidè cum suas⁷¹ laudes audiret præ-
dicari, numquam aliud dixit, quam se in ea re maximas
diis gratias agere,⁷² atque habere, quod cum Siciliam⁷³ re-
create constituissent, tum se potissimum ducem esse voluis-
sent. nihil enim rerum humanarum⁷⁴ sine deorum numine
agi putabat. Itaque sua domi⁷⁵ sacellum Αὐτομίας consti-
tuerat, idque sanctissimè colebat. Ad hanc hominis excellen-
tem bonitatem mirabiles accesserunt casus. Nam prælia ma-
xima⁷⁶ natali die suo fecit omnia: quo factum est, ut eius-
dem natalem festum haberet uniuersa Sicilia. Huic⁷⁷ qui-
dam Lamestius, homo petulans, & ingratus⁷⁸ vadimonium
cum vellet imponere, quod cum illo se⁷⁹ lege agere diceret,
& complures concurrissent, qui⁸⁰ procacitatem hominis
manibus coercere conarentur: Timoleon orauit omneis, ne id
facerent.⁸¹ namque id ut Lamestio, ceterisque liceret, se ma-
ximos labores, summamque adisse pericula. hanc enim spe-
ciem libertatis esse, si omnibus,⁸² quod quisque vellet, legibus
experiri liceret. Idem, cum quidam Lamestij similis, nomine

Demænetus, in contione populi de rebus gestis eius detrabere cœpisset,⁸³ ac nonnulla inueheretur in Timoleonta: dixit,⁸⁴ nunc demum se voti esse damnatum. namque hæc à diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restituerent Syracusanis, in qua⁸⁵ cuius liceret, de quo vellet, impune dicere. Hic⁸⁶ cum dicm. supremum obiisset, publicè à Syracusanis in gymnasio,⁸⁷ quod Timoleontium appellatur,⁸⁸ tota celebrante Sicilia, sepultus est.

DE REGIBVS.

HI fere fuerunt Græciæ gentis duces, qui memoria digni videantur, præter reges. namque eos attingere nolimus, quòd omnium res gestæ² separatim sunt relatæ. neque tamen hi admodum sunt multi. Lacedæmonius autem Agesilaus³ nomine, non potestate fuit rex, sicut ceteri⁴ Spartani. Ex his verò, qui⁶ dominatum imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt (ut nos iudicamus) Perfarum⁷ Cyrus, &⁸ Darius, Histaſpis filius: quorum vterque priuatus,¹⁰ virtute regnum est adeptus. Prior horum¹¹ apud Massagetas in prælio cecidit.¹² Darius senectute diem obiit supremum. Tres sunt præterea eiusdem generis,¹³ Xerxes, &¹⁴ duo Artaxerxes, Macrochir, & Mnemon.¹⁵ Xerxi maxime est illustre, quòd maximis post hominum memoriam exercitibus, terra marique, bellum intulit Græciæ.¹⁶ At Macrochir præcipuam habet laudem amplissime, pulcherrimæ que corporis formæ: quam incredibili ornauit¹⁷ virtute belli. namque illo Perfarum nemo fuit¹⁸ manu fortior.¹⁹ Mnemon autem iustitiæ fama floruit. ²⁰ nam cum matris suæ scelere amisisset uxorem,²¹ tantum indulſit do-

lori, ut²² eum pietas vinceret. Ex his²³ duo eodem nomine²⁴ morbo natura debitum reddiderunt.²⁵ tertius²⁶ ab Artabano præfecto ferro interfectus est. Ex Macedonum autem genere duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria,²⁷ Philippus Amyntæ filius, &²⁸ Alexander Magnus. horum alter²⁹ Babylone morbo consumtus est. Philippus³⁰ Aegis à Pausania, cum spectatum ludos ireret, iuxta theatrum occisus est.³¹ Vnus Epirotes Pyrrhus, qui cum P. R. bellauit. is cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso,³² lapide ictus interit.³³ Vnus item Siculus Dionysius prior. nã &³⁴ manu fortis, & belli peritus fuit, & id quod in tyranno³⁵ non facillè reperitur,³⁶ minime libidinosus, non luxuriosus, non auarus,³⁷ nullius rei denique cupidus, nisi singularis, perpetuèque imperij,³⁸ ob eamque rem crudelis. nam dum id studuit munire, nullius pepercit vitæ, quem³⁹ eius insidiatorem putaret. Hic cum⁴⁰ virtute tyrannidem sibi peperisset,⁴¹ magna retinuit felicitate, ⁴² maiòrque annis sexaginta natu deceſſit⁴³ florente regno. neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex⁴⁴ tribus vxoribus liberos procreasset, multique ei nati essent nepotes. Fuerunt præterea multi reges⁴⁵ ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum eius imperia ceperunt.⁴⁶ In his Antigonus, & huius filius Demetrius, Lyſimachus, Seleucus, Ptolemæus.⁴⁷ Ex his Antigonus cum aduersus Seleucum, Lyſimachumque dimicaret, in prælio occisus est.⁴⁸ Pari leto affectus est⁴⁹ Lyſimachus à Seleuco. nam societate dissoluta bellum inter se gesserunt. At Demetrius cum⁵⁰ filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset, neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuisset.⁵¹ captus bello,⁵² in custodia socer generi periit morbo. neque ita multo post⁵³ Se-

leucus⁵⁴ à Ptolemæo Cerauno dolo interfectus est: ⁵⁵ quem
⁵⁶ ille à ⁵⁷ patre expulsus⁵⁸ Alexandria, alienarum opum in-
 digentem, receperat. ⁵⁹ Ipse autem Ptolemæus, ⁶⁰ cum viuus
 filio regnum tradidisset, ab illo eodem vita priuatus dicitur.
 De quibus quoniam satis dictum putamus, non incommo-
 dum videtur non præterire Hamilcarem, & Hannibalem:
 quos & animi magnitudine, & calliditate⁶¹ omneis in A-
 frica natos præstitisse constat.

TIMOLEON.

Timoleon non admonerem lectorem de re leui, & aperta, nisi viderem, qui-
 busdam dubium esse, & in controuersiam vocari, sit ne scribendum, Timo-
 leon, cum T. & I. an Thymoleon cum Th. & Y. vocali Græca. Omnino igitur
 nequis posthac de re dubitet, aut nequi inter se ambigant, scribendum Timo-
 leon sine aspirationis nota, & cum i. Latina vocali, ordine tertia. Timoleontis au-
 tem pater fuit Timænetus, auctore Diodoro Siculo lib. 16. sed, ut vult Plutarchus
 in Timoleonte, Timodemus: mater autem Demariste.

2. quod nescio an nulli id est, quod arbitror nulli alij contigisse. Sic loquitur
 sepe M. Tullius: exempli causa, lib. 3. de Natura deor. sic haud scio an melius fue-
 rit humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, sollertiam, quam
 rationem vocamus, quoniam pestifera sit multis, admodum paucis salutaris, non
 dari omnino, quam tam reuifere, & largè dari, id est, melius fuit non dari.
 Idem lib. 3. de off. quod cum omnibus est faciendum, qui vitam honestam ingre-
 di cogitant: tum haud scio an nemini potius, quam tibi, id est, tum nemini potius,
 quam tibi. Idem in oratore perf. Atque haud scio, an plerique nostrorum orato-
 rum ingenio plus valuerint, quam doctrina, id est, plerique nostrorum oratorum
 ingenio plus valuerunt, quam doctrina. Idem lib. 3. accus. id quod tametsi difficile
 est, tamen haud scio an fieri possit, id est, tamen fieri potest.

3. à tyranno) à fratre maiore natu Timophane: de quo mox plura.

4. quibus auxilio erat m.) hac de re etiam mox plura dicentur.

5. bello) quod gestum est à Karthaginensibus partim aduersus tyrannum Dio-
 nysium maiorem, duce Dione: & Dione interfecto, Callippum, qui menses XIII.
 tyrannidem obtinuit, ut narrat Diod. lib. 16. & Callippo subactò, Hipparinum
 Dionysij filium, qui annos duos imperio paterno potitus est: deinde Dionysium ip-
 sum, qui imperium amissum recuperauit.

6. in pristin rest.) integra erat locutio, in pristinum statum restitueret.

7. non simplici, id est, varia & multiplici: videlicet, nunc secunda & beni-
 gna: nunc aduersa & maligna seu malefica.

8. multo sapientius tulit sec. q. aducr.) hac de re supra in Conone.

9. frater eius Timoph.) homo nulla in re Timoleontis fratris similis, sed planè
 cerebrosus, & mente captus, & tyrannidis amore ab improbis amicis, & homi-
 nibus militaribus, peregrinis, & mercenariis, qui semper eum circumstabant, cor-
 ruptus ac deprauatus: nescio quo in re militari impetu rationis experte, & studio
 quodam periculi aduendi, opinionem viri bellicosi, & rei militaris periti & ef-
 ficacis, apud populum consecutus: quia ciuibus ad se allectis, imperiis præponeba-
 tur, & ad ea obtinenda fratris opera, adiuuentòque vtebatur, eius peccata om-
 nia ratione occultatis, ac celantis, aut certe extenuatis, ac minora facientis: contra
 siquid recti à natura habebat, id exornantis atque amplificantis. Hæc ex Plutar-
 cho in Timoleonte, ut quidem nos vertimus.

10. dux à Corinthiis) in bello aduersus Argiuos, & Cleonæos.

11. tyrannidem per milites merc.) Corinthij veriti, ne idem sibi accideret, quod
 & antea, Corintho amissa, & à sociis ipsis occupata: quadringentos milites merc-
 cenarios alere decreuerunt: quibus Timophanem præfecerunt. Ille autem rebus
 omnibus honestis & iustus neglectis ac despectis, consistim ea ad exitum perdu-
 xit, quibus ciuitatem in suam potestatem redigere posset: & multis ciuibus prin-
 cipibus ac primariis indicta causa necatis, se ipse tyrannum constituit.

12. posset esse) Timoleon.

13. tantum afuit sic legendum esse toties iam lectorem admonuimus, ut vereamur,
 ne eius memoriæ diffidere videamur.

14. sceleris) attende, tyrannidem occupare in ciuitate libera, cuius is, qui tyran-
 nidem occuparit, cuius sit, scelus esse. Talis enim ciuis, in patriam suam est impius:
 ergo sceleratus.

15. fratris salutis) Plutarch. βάρως δὲ φέρων ὁ Τιμόλεων, καὶ συμφορὰ πικρὸς
 ἰαυτοῦ πλὴν ἐκεῖ οὐ κακίαν, ἐπιχρῖσεν μὲν αὐτῷ δὲ λέγειν, καὶ ἀποκαλεῖται, ἀφ' ἧν τὴν πλὴν
 μακίαν, καὶ δυσχρῖαν τὴν ἐπιδομίαν ἐκείνης, ζητῶν τὴν ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου ἐπὶ τὸν ῥῥῶν
 τοῖς πόλεσι. ἀποσταθεῖν δ' ἐκεῖ οὐ, καὶ ταφρηνησάντες οὐτὼ ἀδραξαῖον ἦν μὲν οἰκίαν
 Αἰχόλοιο, ἀδελφὸν δὲ τὴν Τιμοφάνους γυναικὸς, ἦν δὲ φίλων τὸν μαιῖν, ὃν Σάπρον ἐδὲ
 Θεόπομπος, Εφορος δὲ καὶ Τίμαχος, Ὁρδαζέρου ὀνομαζοῦσι. καὶ δὲ λιπαρὴν ἡμέρας ὀλίγας
 αὐτὸς ἀπὸ τῆς πατρὸς, καὶ ἀδελφῶν, καὶ πατρὸς αὐτοῦ οἱ τὴν εἰς καὶ ἀπέπευσεν, ἀλλὰ καὶ γὰρ καὶ
 μὲν λογισμῶν, ματαθῆναι. ὅδ' δὲ Τιμοφάνους πατρὸς τὸν μὲν αὐτῶν κατὰ γλῶσσας, ἐπειτα
 δὲ πατρὸς ὀρζέου ἐμφερῶν καὶ χαλεπῶν τοῦ δὲ Τιμολεῶν ἀποχρηστὸς μικρὸν αὐτῷ,
 καὶ σὺν καλοῦ ἀέρος εἰσὶν καὶ δακρυῶν. ἐκεῖ οὐ δὲ τὸ εἶπε πασταθεῖν, ὅτι δὲ
 αὐτῶν. i. rauit autem id ferens Timoleon, & illius vitium calamitatem suam
 esse ducens, cum conuenire conatus est, atque hortari ut omissò furore, relictà
 que cupiditate illa infelici, qua peccasset, aliqua ratione apud ciueis corrigere
 studeret. quod cum ille lōgè repulisset, & cōtemsisset: hic adhibitis ex propinquis
 quidem & necessariis, Æschylo Timophanis vxoris fratre: ex amicis verò ha-
 ruspice, quem Satyrum Theopompus, Ephorus autem & Timæus Orthagoram
 nominant: & paucis diebus interiectis rursus ad fratrem ascēdit, & hi tres eum
 circumstantes suppliciter orabant, ut, si antea non resipuisset, at nunc aliquando
 certè ratione in consilium adhibita sententiam mutaret. Cum autem Timophanis
 primūm eos irrisisset, deinde ira exarsisset, & susceussisset, Timoleon quidem

paullam ab eo abscessit, & aperta facie stetit lacrymans. Illi autem gladiis nudatis celeriter eum interfecerunt. Idem præceptis polit. και Τιμολέων ο κωρινθίος τ' αδελφόν ἐπι δειλίαν, και θεοιδότος ἐκ ἀπέσσει τῆς τυραννίδος, σως ἔσθ' ὧς ἀελοῦσι δὲ τ' ἐκ ἀρχῆς βωμοδ' ἄνοιον φίλον ἐστ' ὅ μὴ σω ἐπιπορευῶν, ὡς ποτε Περικλῆς εἶπεν, ἀλλ' ἀρχὴ πατρὸς νόμου, τὸ δὲ καὶ σὺ μὴ φέροντος. i. Timoleon Corinthius posteaquam fratrem suum docendo & orando a tyrannide remocare non potuit, iis, qui interfecerunt, adiutor fuit. Oportet enim non usque ad aram tantum amicum esse, ut ne cum amico peieremus, ut quondam Pericles dixit, sed usque ad omnem legem, & omne ius, & utile. Sic Brutus epistola ad M. Tullium, cuius initium est, Particulam litterarum, libro singulari. sed mihi prius omnia diu, deæque eripuerunt, quàm illud iudicium, quo non modò heredi eius, quem occidi, non concesserim, quod in illo non tuli, sed ne patri quidem meo, si reuiviscat, ut, patiente me, plus legibus, ac senatu posset. Et Cic. de off. 3. Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater? flebitne filius? immò verò obsecrabit patrem ne id faciat. si nihil proficier, accusabit, minabitur etiam, ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. sic multi patres filios suos, quòd patriam oppugnare comperti, aut iudicati essent, necari iusserunt. de quib. Val. Max. lib. V. cap. 7. Diod. lib. 16. totam Timoleontis historiam, & quæ ad cædem fratris, & quæ ad res ab eo in Sicilia gestas pertinet, breviter & summam complectitur. cuius verba non parvam lucem huic loco mihi videntur esse allatura, iccirco ea ascribam. Τιμολέωνος δὲ οὐδὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ (Τιμολέωντος) ἄνευ εὐνοίας καὶ ἐπιπορευῶν, ὡς ποτε Περικλῆς εἶπεν, ἀλλ' ἀρχὴ πατρὸς νόμου, τὸ δὲ καὶ σὺ μὴ φέροντος. i. Timoleon Corinthius posteaquam fratrem suum docendo & orando a tyrannide remocare non potuit, iis, qui interfecerunt, adiutor fuit. Oportet enim non usque ad aram tantum amicum esse, ut ne cum amico peieremus, ut quondam Pericles dixit, sed usque ad omnem legem, & omne ius, & utile. Sic Brutus epistola ad M. Tullium, cuius initium est, Particulam litterarum, libro singulari. sed mihi prius omnia diu, deæque eripuerunt, quàm illud iudicium, quo non modò heredi eius, quem occidi, non concesserim, quod in illo non tuli, sed ne patri quidem meo, si reuiviscat, ut, patiente me, plus legibus, ac senatu posset. Et Cic. de off. 3. Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater? flebitne filius? immò verò obsecrabit patrem ne id faciat. si nihil proficier, accusabit, minabitur etiam, ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. sic multi patres filios suos, quòd patriam oppugnare comperti, aut iudicati essent, necari iusserunt. de quib. Val. Max. lib. V. cap. 7. Diod. lib. 16. totam Timoleontis historiam, & quæ ad cædem fratris, & quæ ad res ab eo in Sicilia gestas pertinet, breviter & summam complectitur. cuius verba non parvam lucem huic loco mihi videntur esse allatura, iccirco ea ascribam.

leontis frater, diuitiis & audacia Corinthiis antecellens, iam pridem ille quidem præ se ferebat, se tyrannidem concupiscere: sed tunc maximè cum egenteis homines recipiens, & omnia armorum genera parans, & improbißimis hominibus stipatus, in foro deambulabat, quamuis se tyrannum verbo esse dissimularet, facta tamen eum tyrannum esse arguebant. Timoleon porrò à singulari potentia, quam monarchiam Græci vocant, alienißimus, primum persuadere fratri conabatur, sed contra incepto desisteret. Vbi autem ille oratione Timoleontis nihil commotus est, sed contra magis ac magis in dies eius audacia augebatur: Timoleon videns, se non posse illum verbis sanare: eum interea dum in foro ambulat, necavit. magno autem tumultu excitato, & civibus undique concurrentibus cum propter casum inopinatum, tum propter rei atrocitatem, sed itio inter ciueis coorta est. Alij enim dixerunt oportere Timoleonem, ut sanguine civili cruentum, & civis interfectorem, ex legibus dare pœnas. alij contra pronuntiabant, eum esse laudandum, ut tyrannidam. Senatu in curia confidente, & controuersa ad consilium relata ac reiecta, Timoleonem inimici accusabant: homines autem elegantes & politici patrocinio eius suscepto, suadebant ut virum seruarent. Quæstione nõdum diiudicata, venerunt Syracusarum legati, & mandatis suis in senatu expositis, postularunt, ut Corinthij imperatorem quamprimum mitterent Syracusas. Decreuit itaque senatus, ut eò Timoleon mitteretur: atque ut negotium sibi mandatum benegerere studeret, nouas eis quasdam, & inopintas condiciones proposuerit. Confirmarunt enim, se, si rectè & abstinenter Syracusanis præfuerit, eum tyrannidam sententia sua pronuntiaturus: sin cupidè & auarè, fratricidam. Timoleon non tam propter metum à senatu impendentem, quàm propter suam virtutem, bene, & utiliter rebus Siculis præfuit. Nam Karthaginensis quidem bello superavit: vrbeis verò Græciæ à barbaris dirutas atque euerfas restituit, ac redintegrauit totam denique Siciliam liberauit. Vniuersè autem Syracusas, & vrbeis Græciæ desertas & incultas nactus, hominum multitudine celeberrimas & frequentissimas reddidit.

16. Satius duxerit) libris omnibus reclamantibus, qui habent, sanctius duxerit, satius duxerit, edendum curavi. Scriptura enim illa, receptam dico, quæ talis est: & patriæ legibus obtemperare sanctius duxerit, quàm imperare patriæ, ferrè non potest, & se ipsa refellit. nam si quis fortè hanc vulgatæ lectionis partem, quàm imperare patriæ: quam retecti) retinendam censcat: de qua mox differemus: cum imperare patriæ, aut legibus patriæ, sit impium, nisi forte rex sit, qui imperet & legitimum sit imperiū: non potest esse sanctū. quod cum ita sit, non possunt hæc inter se comparari, parère legibus patriæ, & imperare. Quòd si, imperare, dicitur voce, patriæ, legendū sit, ut mihi videtur: ne hæc quidè duo sic inter se possunt comparari, ut alterum dicatur altero sanctius imperare enim bonum fort. esse est: sanctum nullo modo. Hæc igitur lectio reiicienda, & patriæ legibus obtemperare sanctius duxerit, quàm imperare. Satius autem dicunt Latini, pro eo quod est, melius esse, præstare. sic supra in Cimone, satius esse existimans eos, & ciueis suos vna voluntate consentire, quàm armis contendere. Sic M. Tull. accus. lib. 2. repetendus est nemo, quin mori satius esse diceret, quàm & c. & item sæpe alibi.

- 17. quam imperare) vocem patriæ, quæ reperitur in omnib. lib. vulgatis, deleri iussi, vt ab aliquo inculcatam, & ex annotatione natam. repetendum est enim & πὸ κοινῶδ. legibus patriæ.
- 18. haruspicum) μῦθον, siue Satyrum, siue Orthogoram. Plutarch. vt suprâ retulimus.
- 19. non modò manus non att.) afferre manum, aut manus sibi, aut alteri, loquendi genus bonis scriptoribus vsitatum. Plancius Ciceroni. manus, quas iustus in Lepidi perniciem armauisset, sibi afferre conatus est. Cic. lib. I. off. Nam qui iniuste impetum in quempiam facit, is quasi manus afferre videtur socio. Idem pat. ad. 3. & æquè peccare. se. si priuatis, ac si magistratibus manus afferant?
- 20. sed ne aspicere quidem) sic Plutarchus, vt suprâ retulimus.
- 21. dum res conficer) tantisper, vel interea dum res conficeretur.
- 22. læsam) violatam. Cic. pro Roscio Amerino. vultu sepe læditur pietas. lædere fidem, pudorem, existimationem, &c. Latinis vsitata.
- 23. putabant) in quo fullebantur. nam patria omnium caritates amplexa est: & salus patriæ saluti patris, & filiorum, & fratrum, omnium denique necessariorum, & propinquorum, anteponenda est, vt suprâ ostendimus.
- 24. inuidia) inuidia concitanda: facinore eius in crimine vocando: & ἐοχθῆ.
- 25. obterebant) sic loquitur & Cic. lib. V accus. princip. ne obteri laudem imperatoriam criminibus auaritiæ velitis. sic fere Horat. dixit deterere laudes Cæsaris culpa ingenij, oda VI. lib. I. Quæd. autem ad rem attinet, sic Plutarchus, πῆ δὲ προσέξωσ ἕξ ἐπισημῶν οἱ μὲν κἀπτεῖ ἄλλ' κερνδῶν ἐπιήκειον πλὴν μισοπνησίαν, καὶ μεγαλοψυχίαν τῶ Τιμολέοντι, ἢ π χροσὸς ὦ, καὶ φιλοκίνοιο, ἄμφοσ τῶ πατρὸσ δε τῆσ οἰκίασ, ἢ τὸ κελὸν καὶ τὸ δίκαιο. προσετίμασ τὸ σιμωέροιο, ἀρεσέουτο μὲν ἄλλ' ἢ πατρὸσ δεσ δέσσωσασ ἢ ἀδελφόν. ὅπιτευλάσταντα ἢ ἀπ' ἢ, καὶ καπαδαίλωσάμφοιο δεσ ἀσώσασ ἢ ἀδελφόν. οἱ δὲ μὲν δευδάμφοιο ζῶν ἐκ τῆσ δημοκράτῆσ, καὶ προσέβω δευδάσασ ἀποκλέπτοιο εἰσδοτίσ, ἢ μὲν δευδάσ τὸ τυραννέου προσεπιήκειον τὸ χροσέιο. πὸν ἢ Τιμολέοντα λοιδόροιο πῆσ ὡσ ἀσέβησ, εἰρησάμειον, καὶ μισθὸσ δεσ ἔργωσ, εἰσ ἀδυμίαν ἀδελφίτωσασ. i. Re autem in vulgus didita, & peruulgata, Corinthiorum quidem qui erant optimi, Timoleonis odium in improbos, & animi magnitudinem laudabant, quæd. cum esset homo frugi, & amans suorum, patriam tamen suæ domui, & honesti ac iusti vtili anteposuisset, quippe qui fratrem pro patria fortiter pugnantem seruasset: eundem patriæ insidiantem, & scrinitus iugum imponentem occidisset. Qui autem non poterant in potentia populi viuere, & dynastarum nutum intucris consueuerant, morte quidem tyranni se letari simulabant, Timoleonem verò maledictis insectantes & lacerantes, vt impio & abominando facinore contaminatum, ad animi desperationem redigebant.
centum triremibus instructis atque ornatis fugiunt Salaminem: & Xerxes urbem vacuum & inanem repertam capit, & incendit, arce excepta. In ea enim praeterea nonnulli reliqui pugnabant. Ad extremum vero cum etiam illi fugissent, arcem quoque Persae incendio deleuerunt. Xerxes autem cum inde ad locum Attica angustissimum venisset, quod Heraclium appellatur: aggerem iecit ad Salaminem pedibus ad eam transire cogitans. Consilio autem Themistoclis Atheniensis, & Aristidis sagittarum in Creta subsidio aduocantur: & veniunt. Deinde Persarum & Graecorum praelium nauale committitur, cum Persae naueis haberent mille, & supra, quibus praerat Onophas: Graeci septingentas. Ac discedunt. Graeci ex hoc praelio superiores, pereuntque Persicae naues quingentae: fugitque Xerxes iterum consilio, & arte Themistoclis & Aristidis: in reliquis autem pugnis omnibus Persarum interierunt sexcenta millia.

16. At Macrochir) Artaxerxes Longimanus. Hic, ut refert Plutarch. apophth. regum & ducum, dicere solebat, esse magis regium addere, quam detrabere, seu demere.

17. virtute belli) virtute bellica.

18. manu fortior) in Datame, princip. quod & manu fortis, & bello strenuus. & infra ead. pag. Nam & manu fortis, & belli peritus, & c.

19. Mnemon autem) hunc Artaxerxem Plutarchus tradit Arsicam prius fuisse appellatum.

20. nam cum matris suae sc.) mater enim Parysatis, mulier immanis & immittis, Statiram eius uxorem veneno necauit. Quo pacto autem venenum paravit, docet Ctesias, his verbis. Μαχαίλου τὸ ἐν μέρος ἐπιλείφεται τῆ φαρμάκω. τὸ δὲ λοιπὸν ἴ μπιχε. τὸ τῶ πῖμνεται ὀρήθιοι μικρὸν, μέγιστος ὅσον αὐδ. (ῥωδῶν Πέρσαι τὸ ὀρήθιοι καλοῦσι) πῖμνεται δὲ δῖχα ἢ τὸ μὲ καταρδὸν τὸ ἰοῦ ἡμισυ αὐτῆ λαβούσα Πάρυσαι πῖς ἐσθῆι. τὸ δὲ πρὸς μιλισαι τῆ φαρμάκω, ὀρέχθ Σπαπῖρα. ἢ δὲ ἐπὶ ἐσθῆουσαι πῖω ὀπιδύσαι ἐώεσσι τὸ ἡμισυ, οὐδὲν σιωδῖν δεινθῖσαι, καὶ αὐτῆ σιωδῖται. ὀργῆ δὲ τῶ πῖ βρασιλέως πρὸς τῶ μπιχε, ἢ σὺ ληψῖς Γῖγης, ἢ ὠκίωπι Πάρυσαι πῖδ, καὶ κῖσις ἐπὶ αὐτῆ, ἢ αἰτῶσις μὲ πῖδ. ἢ κριτῶν, κατὰ δὲ μὲ πῖδ βασιλέως, ἢ αἰμισῖος Γῖγης, ἢ αἰμῖρεσις. καὶ ὀργῆ δὲ τῶ Πάρυσαι πῖδ πρὸς τὸ ἰόν, καὶ κῖνιου πρὸς τῶ μπιχε. id est, cultelli pars vna veneno contingitur, atque vngitur: reliqua pars a veneno fuit intacta. hoc cultello auicula quaedam oui magnitudine secatur (rhyndacam Persae nominant) & in duas parieis secatur. a c partem quidem dimidiam, eam, quae a veneno pura erat, Parysatis sibi sumit, & comest: eam autem, quae veneno contacta fuerat, Statira porrigit. Illa autem ubi vidit, Parysatidem, quae alteram partem sibi postea dederat, comesse partem suam, quod non satis animaduertere potuisset, quid ab illa actum esset: etiam ipsa suam partem cum illa comest. Irascitur matri ob hanc causam rex, & Gingen comprehendi iubet, quae Parysatidis ancilla, valdeque ei familiaris erat. vocatur in iudicium Ginge: & a iudicibus, ut innocens, minimeque ei culpae affinis, absoluitur, sed a rege damnatur: & pestime mulcatur, ac necatur. Hinc mater Parysatis filio suscenset, & ille matri.

21. tantum indulfit dolori & c.) Gingen quaedam, seu, ut ctesias appellat, Gingen Parysatidis ancillam eiq, maxime fidam & caram, cuius opera & ministe-

rio in eo facinore illa fuerat vsa, veneficij conuictam & damnatam, extremo supplicio affecit Artaxerxes: matrem vero neque dicto, neque facto laesit, sed eam Babylonem sua voluntate proficisci volentem, dimisit, hoc locutus, se, quandiu illa viueret, Babylonem non visurum, haec ex Plutarcho.

22. eum) dolorem. Nam dolor quidem Xerxi suadebat, ut de matre poenas sumeret, quae uxorem ei caram, necasset, sed pietas eum renouauit: & plus valuit, quam dolor.

23. duo eod. nomine) duo Artaxerxes, Macrochir, & Mnemon.

24. morbo naturae deb. redd.) morbo. mortui sunt. Recte debitum. Nam, ut ait Elaccus, Debemus morti nos, nostraque. Sic fere Cic. pro Cluentio. Auditis de eo, quem odisse non potestis: qui & naturae, & legibus satisfecit: quem leges exsulio, natura morte multauit.

25. Tertius) Xerxes.

26. ab Artabano) qui non tulit impune. nam consilio insidiarum. cum Mithridate eunucho regis cubiculario, & consanguineo suo communicato, ab eoq; in regis cubiculum noctu receptus atque introductus, Xerxem interemit: quo facto, confestim caede filiorum, qui tres erat numero, Darius, Artaxerxes, Hystaspes, caedem regis patris cumulare instituit. Aberat autem tum Hystaspes, & Bactrorum satrapes erat. reliqui duo erant in aedibus regis. Caput igitur hoc consilium Artabanus, ut Artaxerxem adeat, eique dicat, a Dario eius fratre patrem esse interfectum: itaque facit: suadetque eadem opera, ut regnum occupet, neque id culpa sua, hoc est ignavia, a fratre sibi praeripi sinat, neque, cum regnare ipse possit caedem paternam ultus, se alteri seruire patiatur. promittit denique se patris satellites, quorum opera vitur, ei daturum. Credit Artaxerxes, & satellitibus patris assumtis, fratrem imprudentem, & nihil tale suspicantem, adortus trucidat. Artabanus videns, conatum suum bene procedere, filiis suis sibi adiunctis, dicit tempus esse regni occupandi, & hoc locutus, Artaxerxem gladio ferit. Ille autem vulneratus, sed leuiter, & loco minime ad mortem opportuno, Artabanum referit, & eodem ictu exanimat. Ita Artaxerxes mortem paternam ultus, & insidiatore sublato, regnum Persarum obtinet. Haec fere ex Diodoro lib. XI. ut nos quidem conuertimus. Graeca verba ex Diodoro petat, qui volet. Commemorat hanc Xerxis caedem, & Aristot. lib. 5. de reip. optime administrade ratione, cap. 10. his verbis. ὁμοίως δὲ ἢ δὲ φέροι. ἐν τῶ πῖ τῶ πῖ αἰλιαν. τῶ, ὡς πῖ καὶ πῖ τῶς πολιτείας ἢ τῶς μοναρχίας, ὅτι Ἐέρξου Ἀρταπανῆς (al. Ἀρταβανος) φερούμενος τῶ δὲ ἑοδῶ τῶ πῖ Δαρείου, ὃ πῖ ἐκ ἐκρέμασι, καλοῦσαν τῶς Ἐέρξου, οἰόμενος σιγηώσασθαι, ὡς ἀμνηστῶν δὲ τὸ δὲ πῖν. i. Similiter autem & propter metum, in monarchos inuadere solent. vna enim quaedam, haec erat ex iis causa, quae, ut aliis reip, administrade formis, ita & singularibus potentibus, id est, monarchis, mutationem, & interitionem afferunt: exempli gratia, Artapanes, (al. Artabanus) Xerxem adortus interemit, criminationem, quae ad Darium pertinebat, extimescens, quod eum in cruce agere a Xerxe iussus, ei non paruisset, existimans fore, ut ille sibi ignosceret, tamquam oblitto, propterea quod cenabat. Ctesias autem haec aliter narrat. Sic enim ille. Ἀρταπανῆς δὲ μέγα πῖδ Ἐέρξου δὲ αἰμῖρος, καὶ Ἀρταμῖτου τὸ ἡμιδρῖνος, καὶ αὐτῶν

μήτρα δευκαμίδου, Βουλώνεται αὐτῆν Ἑρέξω. καὶ αἰροῦσι. καὶ πείθεισιν Ἀρταξέρξω πὸν υἱὸν αὐτοῦ Δαρείου αὐτὸν ἔπερος πῆγας ἀεὶ εἶλε. καὶ ἀφ' οὗ νενεταυ Δαρείου ἀγρόφυρος. Ἰσὸν Ἀρταπαίου εἰς τὴν οἰκίαν Ἀρταξέρξου, πολλὰ βοῶν καὶ ἀπαρνήμενος ὡς ἔκ ἐῖν φρονεῖ τῷ πατρὶ, καὶ ἀπὸ ἤνθευ καὶ βασιλευσὶν Ἀρταξέρξου ἀστυδῆ Ἀρταπαίου. καὶ ἐπιβουλεύεται πάλιν ἰσὸν αὐτῷ, καὶ λαμβάνει κοινοὺν τῆς Βουλῆς Ἀρταπαίου Μεγαβύζον, ἠδὲ λυσιπυθρον ἕπαι τῷ ἰδία γυναικί Ἀρωπῷ, δέχεται τὴν μοιχράς Ἰσὸν αὐτῶν, καὶ ὀρκίους ἀλλήλους ἀσφαλίσονται. ἀλλὰ μιλῶναι πάλιν Μεγαβύζος, καὶ ἀφ' αὐρῆται Ἀρταπαίου ὡς ἔστω ἕμαλλεν ἀφ' αὐρῆν Ἀρταξέρξω. καὶ γίνεταὶ ταῦτα δὴλα. Ὡς εἰρηγομένη ἔπαι Ἑρέξω καὶ Δαρείου, καὶ ἀπὸ λυσιπυθρον καὶ κακίωθαι δυνάτω Ἀσπαμίτρεν, ὃς ἴω κοινοὺς ἔπαι τοῖς φόνους Ἑρέξω καὶ Δαρείου. i. Artapanus autem qui apud Xerxem multum poterat, cum Aspamitra eunuchis, qui ipse quoque multum apud eundem valebat, consilium ineunt de Xerxe interimendo: et interimunt. Quo facto persuadent Artaxerxi eius filio, Dariacum alterum Xerxis filium patri Xerxi necem intulisse. Et adducitur ab Artapano Darius in regis aedis, clarè vociferans, et negans patrem esse à se interfectum: et moritur: Atque ita regnat Artaxerxes studio et opera Artapani. Qui rursus insidiatur Artaxerxi, adiuncto sibi huius consilij socio atque adiutore Megabyzo, uxori suae iam offensum, et dolore affectum, quod eam adulteram esse suspicabatur. Ita iurando mutuo societatem firmant. Sed omnia indicat Megabyzus: et interficitur Artapanus quo modo Artaxerxem interfecturus erat: et omnia, quae in Xerxem, et Dariacum facta erant, aperiuntur: et una necatur cum summo et acerbissimo cruciatu Aspamitres, qui Artapano necis Xerxis et Dariaci adiutor fuerat. 27. Philippus Amyntae fil.) qui Thebis cum Epaminonda apud Pamene Thebanum, cum ille ab Alexandro fratre obses Pelopidae: vel, ut alij volunt, Illyriis, datus esset, educatus est, et à communi magistro Lyfide Pythagoreo institutus. Hic regnum Macedonum adeptus, magnas ille quidem res gessit, sed plureis et maiores auro, et consilio, quam ferro, et lacertis. Quod ad aurum attinet, Diffidit urbiu portas vir Macedo, et subruit emulos Reges muneribus, inquit Flaccus, oda 16. lib. 2. et Plutarchus in Emilio, ἐρέθη γὰρ ὁ π' αὐτὰς πόλεισιν αἰρεῖ ἔπαι ἕλληων καὶ Φιλιππος, ἀλλὰ πὸ Φιλίππου γυσιον. i. Dicitur est enim non Philippus, sed aurum Philippi, urbeis Graecorum capere. De consilio, et oratione, testis est locuples Polyaeus lib. 4. strateg. sic enim ille. Φιλίππος οὐκ ἐλάττω δὲ ὀμλίαν, ἢ δὲ μάλιστα καπιργάζετο. καὶ νὴ δὴ αὐτὸν ἐφ' ὅτις ἔπαι λόγων ἐκράττει (αὐτὸν τῶν) ἢ δὲ ἔπαι ὁ πάλων. ἔπαι μὲν γὰρ κοινοὺν αὐτῷ τοῖς στρατοῦσιν ἔπαι δὲ αὐτῷ υἱὸν ματινῶν. i. Philippus non pauciora congressu et oratione, quam praelio et conflictu consuebat. Et profecto maiores spiritus sumebat ob ea, quae verbis querebat, (al. vincebat) quam quae armis. Horum enim milites socios se habere dicebat: illa verò esse propria sua. Huic Philippi sententiae consentanea est illa Lacedaemoniorum consuetudo, seu lex potius in sacrificiis, quae fiebant ob rem bene gestam: quam commemorat Plutarchus in Marcello his verbis. ἄξιον δὲ καὶ τὴν λακωνικὴν ἀποθηκασίαν νομοθετήσω, ὡς περὶ πόλεισιν ἕμαλλετο. Ὡς ἔπαι ταῖς θυσίαις. θύει γὰρ ἐν Σπάρτῃ ἔπαι ἀποθηκασίαν ὁ μὲν δὲ ἀπαίτης, ἢ πηροῦς, ὁ εἰσὺλετο, δέχεται ἀγρόφυρος, βοῶν ὁ δὲ δέχεται μάλιστα, ὡς ἐκλυοῦσα. καὶ ἔπαι γὰρ ὁ γῆρας πλεμικῶς ταῖς, μάλιστα καὶ πολλοὺς ἀφ' ἑαυτῶν ἐπέμυσται ἡ γυνὴν ταῖς δέχεται. λόγος καὶ σωφροσύνης ὡς ἔπαι, ἢ τὴν μὲν βίας καὶ ἀδολείας. i. Opera pretium est autem considerare,

scriptorem legum Laconicum contrariè, quam Romanum, sacrificia constituisse. spartae enim eorum, qui imperandi munere defuncti sunt, is, qui dolo, aut persuasione, quod volebat, perfecit, bonus: qui verò certamine galli immolat. Quibus enim sint bellicosissimi, maiorem tamen, et magis homini consentaneam ac decoram esse existimant actionem oratione et intelligentia, quam vi et virtute belli administratam. Sed liber mihi aliud Philippi strategema ex Polyano ascribere, ex quo quibus intelligat, eum in re militari non minus à consilio et intelligentia, quam à viribus et armis praesidium petivisse. Sic ille eod. lib. Φιλίππος ἔπαι ἀμφοιστῶν στρατιῶν. ἀδύνατοι καὶ ἠβητοὶ ὥς σενὰ σενὰ καὶ πλάστ' ὄντο καὶ ἴω ἢ δὲ οὗτος ἀμύχανος. Ἐκαστῶν τοῖς πλεμικῶν Φιλίππος, ἔπαι πάλιν πλεμικῶν Ἀρταπαίου πῆγας εἰς Μακεδονίαν, ὡς τὴν μὲν στρατῶν τὴν ἐπ' ἀμφοιστῶν ἀναβάλλοιτο, σενὸν δὲ εἰς Θράκην, πεπυσμένον τοῖς ἕκω νεαπολέσιν. περιβύεται ὁ γναμματοφόρος δὲ ἔπαι σενῶν: οἱ στρατιῶν Χάρης καὶ Πρόξενος αἰροῦσιν αὐτὸν, καὶ τὴν ἔπαι πάλιν ἀναγόντες πρὸς σενῶν τοῖς γναμματίνοις, καὶ τὴν φυλακῆν ἔπαι σενῶν ἀπολείπουσιν. Φιλίππος δὲ λαβόμενος ἡρεμίας, ἀφουλάκτως διεξήσπευ, καὶ τοῖς στρατιῶν ἀναστέλλοντας οὐκ ἔπαι, καὶ τῆς ἀμφοιστῶν ἐκράττει. i. Philippus Amphisse bellum infererat. Athenienses et Thebani angustias praecipuarant: et transitus expediri non poterat, hosteis decipit Philippus, missa ad Antipatrum in Macedoniam epistola, in qua simulabat se expeditionem exercitus, quem aduersus Amphissenfes ornaauerat, in aliud tempus disfulisse: in Thraciam properare, quod audisset, Thraces res novas moliri. Tabellarius per angustias iter facit. Imperatores Charis et Proxenus eum intercipiunt, et litteris lectis, credunt quae scriptae erant esse vera, et angustiarum custodiam omittunt. Philippus solitudinem natyus, angustias nullis custodibus obsessas traiecit: et imperatores, qui dolo cognito reuerterant, superavit, et Amphissa potitus est. In Philippum multis iam praелиis victorem, et multis rebus secundis cumulatam atque inflatum, et Asia bellum inferre cogitantem, Pausanias quidam Macedo, contumeliae ab Attalo acceptae dolore commotus, quod apud Philippum iniuriam sibi illatam, eamque cum dedecore et infamia coniunctam questus, ius ab eo non impetrasset, in eum ipsam iracundiam conuertit, eumque in theatrum quoddam celeberrimum ingredientem ferro interemit, quam eadem, eiusque causam multis verbis exponit Diod. sub extr. lib. 16. ex quo tamē pauca illa sumta nostro arbitratu Latine reddidimus. Tangit Aristoteles lib. 5. polit. cap. 10. Cuius tam bellicosi, tamque callidi, et vigilantis regis exitus documento debet esse regibus, ut iustitiam colant: quod non in eo solum positum est, ne ipsi in suos iniusti sint, sed etiam in hoc, ut iniuriam ab iis, quibus infertur, propulsent. De Amynta autem Philippi patre, hoc tantum ex Diodoro ascribam, lib. 14. καὶ δὲ τὴν Μακεδονίαν ἀμύχτας ὁ Φιλίππου πατρῶν ἡλλοιῶν ἐμὲ αὐτοῦ εἰς Μακεδονίαν, ὡς ἔπαι πρὸς οὗ τοῖς πλοῦτος. ἀπογεγῆς δὲ τὴν ἀρχὴν, ὅλων δέοις μὲν τὴν ἀμύχτας ἡλώων ἐμὲ αὐτοῦ αὐτὸς δὲ τῶν μὲν ἀπέβαλε τὴν βασιλείαν, μὲν τ' ὄλησι δὲ γυσιον Ἰσὸν δὲ αὐτῶν καὶ ἀνέκλυσε τὴν ἀρχὴν, καὶ ἕβαστο ἀδολείας ἐπ' εὐκοσμίαν. i. In Macedonia autem Amynta Philippi pater, ab Illyriis, qui in Macedoniam inuaserant, ex urbe eiectus est. Regno autem Macedoniæ desperato, Olynthiis regionem finitimam donavit. Ipse tum quidem regno spoliatus est, sed brevi post tempore à Theffalys in Macedoniam reductus, imperium suum recuperat.

rauit, & regnavit annos quattuor & viginti. De eodem sic Aelianus lib. 4. var. hist. καὶ ὁ Ἀμαύτας δὲ ὁ μακεδῶν ὑπὸ τῆς ἑσπερίων βαρβαρίων, καὶ ἐπιβλασίων τῶν ἀρχῶν, καὶ μὲν μὲν εἶχε, ὡς καὶ ἐπολεῖων τῶν χόρων πλείων. ἡ γὰρ παρὰ δὲ ἐπιβλασίων δὲ σῶσαι αὐτὸν γὰρ μόνον. ἐπὶ δὲ ἐπὶ τῶν τῶν ἑσπερίων, ἡ φασὶς ὡς αὐτὸν ἦ Ἐλλοπίδου παρὰ Διονύσιον φωνῆν, καλὸν ἐπὶ τῶν ἡ πύραυλός, καὶ μικρὸν χροῖον καταλαβῶν, καὶ ἀφροῖσαι ὀλιγροῖς στρατιώταις, ἀνεκλήσατο τῶν ἀρχῶν. i. & Amyntas Macedo a finitimis barbaris superatus, & imperio spoliatus, res suas desperabat, & ita animatus erat quasi Macedoniam pro derelicto habiturus. Satis enim habebat, si se solum servare posset. Cum in ea cogitatione versaretur, dixit ei quidam id, quod ab Ellopida Dionysio superiori dictum est, pulchrum esse sepulturae locum tyrannidem. Ita parvo castello occupato, & paucis militibus contractis & collectis, imperium amissum recuperavit.

28. Alexander Magnus de Alexandro Magno legendus Plutarchus in Alexandro: Arrianus de rebus gestis Alexandri; Diod. Siculus lib. 17.

29. Babylone morbo conf.) M. Tullius lib. I. de Divinatione. Est profecto quidam etiam in barbaris gentibus praesentis, atque divinus, si quidem ad mortem proficiscens Calanus Indus cum ascenderet in rogam ardentem: O praclarum discessum (inquit) est vita, cum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit. cumque Alexander eum rogaret, si quid vellet, ut diceret: Optime, inquit: propedem te videbo. quod ita contigit. nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. De genere mortis Alexandri difficile dictum est, & magna est inter historicos veteres dissensio, & controversia: sed tamen haec habetur omnium verissima sententia, Alexandrum febre ex immoderato vini potu, & comissione apud Medum, contracta, Babylone interiisse. Miror itaque, Plinium quosdam alios auctores secutum, haec scripsisse lib. 30. cap. vlt. in exitu. Ungulas tantum mularum repertas, neque aliam ullam materiam, quae non perroderetur a veneno Stygis aquae, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum. Vixit annos triginta duos, & menses octo, regnavit annos duodecim, & menses octo. Dicitur autem fuisse pulcherrimus, laboris amantissimus, maximèq; industrius, & ad agendum promptissimus: animo fortissimus, & laudis avidissimus, & ad periculum adeundum paratissimus, & pietatis in deos immortales diligentissimus: voluptatum corporis continentissimus, ad ea, quae obscura essent, pervidenda, & perspicienda oculatissimus, ad coniecturam de rebus incertis & occultis, ex certis atque apertis faciendam felicissimus: instruendi, & ordinandi, & armandi exercitus scientissimus: in excitandis ad fortiter pugnandum, & spe optima confirmandis militibus acerrimus: ad occultandum metum in periculis fidentissimus. Itaque quarum rerum incertus euentus erat, eas optima spe fretus aggrediebatur, & suscipiebat: & in consiliis hostium, antequam ea, quae illi struerent, terrorem suis iniicerent, odorandis, ac praeripiendis sagacissimus: in pactis conventis servandis fidissimus: adversus hostium fallacias tectissimus & cautissimus, pecuniarum ad voluptates suas parcissimus, ad beneficentiam verò profusissimus. Haec fere ex Arriano lib. 7. nostro arbitrato in Latinum sermonem conuersa. Polyenus

lyenus lib. 4. strateg. multa Alexandri strategemata ponit. ex quibus hoc referemus. Αλεξάνδρος πολλὰ μὲν ἐπέταξε τοῖς στρατηγοῖς εὐρεῖν τὰ πρὸς μακεδῶν ῥήματα, ἵνα μὴ παρέχοντες ἐσθλὸν λαβῶν τοῖς ἐναντίοις. i. Alexander belli tempore mandabat ducibus, ut Macedonum barbas tonderi iuberent, ut ne aduersariis ansas, quibus facile capi possent, praeberent. Idem eod. lib. Αλεξάνδρος Τύρον πολιορκίᾳ περιεβαλὼν, ἐπὶ Ἀραβίας ἐπέταξε. πύλαι τῆς παροισίας αὐτῶν καταφρονήσαντες, πρὸς τειχῶν ἐσθλῶν τε, τοῖς μακεδῶν ἐπαισιότες ἐκράτω παλαιῶν. Παρμενίων Ἀλεξάνδρου ἀν᾿ ἀκαλείπτου. ὁ δὲ διὰ τῶν χόρων ἐπαρῆται, μακεδῶν τε ἐκκλίνας ἰδὼν, τοῖς ἡπλωμένοις τὴν ἐξουσίαν. ἐς δὲ τῶν πόλεων κενῶν ἀφροῖσαι ὀλιγροῖς, καὶ κράτος ἀρεῖ τῶν Τύρων. πύλαι τῶν πόλεων ὄρουσαν ἰσότητες, ἀπὸ κείνου αὐτοῖς, καὶ ὅπλα τοῖς μακεδῶν ἐσθλῶν. i. Alexander cum Tyrum vallo, & aggere, & fossa, & parte exercitus, cui praefecerat Parmenionem, circumfedisset, in Arabiam proficisceretur. Tyrj contenta Parmenionis praesentia, & Alexandri absentia, ex muris progressi, & Macedonas adorti, saepe & multis locis vincebant. Parmenio Alexandrum ex itinere reuocat. Ille celeriter reuersus, iis Macedonibus, qui cesserant, visis, auxilium iis, qui vincebantur, ferendum esse non existimavit: sed in urbem praesidio, & viris nudam impetu facto, Tyrum vi & virtute capit. Tyrj urbem captam videntes, continuo seipfos, & arma Macedonibus proiecerunt. Idem ibid. Αλεξάνδρος τῶν αὐθροῦ ὀδύων, αὐτὸς τε ὑπὸ δίφκῳ ἐπέκει, καὶ οἱ μακεδόνες, οἱ κείνου σκοπι τῆς χόρας ἐν κοίλῃ πέτρῳ μικρὸν ὑδάτων ὄρουσας, τὸ βροχόντες ἐπὶ κρατῶν, Αλεξάνδρου καμίζουσι. ὁ δὲ τῆς στρατίας δειξας, ὡς ὀδυμῶν χεῖρ φωνῆτος ὑδάτος, αὐτὸς μὴ τῶν ὄρουσας τὸ κράτος πάντων ὄρουσων. οἱ μακεδόνες θαλασσοῦ ἐκείνου αὐτὸν ἡμίθεον τῆς ὀδύων, παρὰ τὸ δίφκῳ ὄρουσας αὐτὸν τῆς διὰ τῶν βασιλείων ἐκράπτειν. i. Alexander per loca arida & siticulosa iter facies, & ipse siti magnopere laborabat, & Macedones. regionis speculatores cum in cauitate rupis paululum aquae reperissent, hanc in galeam coniecerunt, & ad Alexandrum afferunt. Ille autem cum exercitui ostendisset, bono animo esse oportere aqua conspecta: ipse ex galea aquam effudit in conspectu omnium Macedonum, siti non sedata. Macedones magno clamore sublato, iuebant eum pergere, & ducem se viae praebere, adversus sitim fortiter obdurantes propter regis continentiam. Qui plura de Alexandro cognoscere volet, legat Plutarchum in Alexandro, & eius orationes de virtute, aut fortuna Alexandri, & eum, quem commemorauimus, Arrianum, & Aelianum lib. 3. de varia historia, ibi. κατὰ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου, & c. Nam satis est mihi nunc locum quasi digito lectori indicasse.

30. Egis) Ege Macedoniae oppidum. Plin. lib. 4. cap. 10. Diod. lib. 16. τῆλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν παρὰ τῶν πανηγυρίων ἐπιπέτοι τῶν, καὶ πρὸς ἀγῶνων καὶ γυμνασίων τῶν περὶ τῶν ἐν Αἰγαῖς τῆς Μακεδονίας, & c. i. Tandem verò cum multi ad conuentum illum celebrem conuenirent, cumque nuptiae Cleopatrae filiae, quam ex Olympiade suscepserat, & Alexandri Epirotarum regis, ludique fierent Egis vrbe Macedoniae, & c. Nam paullo ante hanc historiam ex Diodoro retulimus.

31. Vnus Epirotas Pyrrhus, qui & c.) de quo M. Tullius lib. 3. de off. Cum enim rex Pyrrhus populo Ro. bellum ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente: perfuga ab eo venit in castra Fabricij, & c. Sed plura de eodem Plutarchus in Pyrrho. Hic (ut refert Polyenus lib. 6. strateg.) iis,

qui bellum gerere ant. suadebat, ut ante bellum hosteis perducerent & perpellerent quod vellent, metu, cupiditate ampliorum pecuniarum, & avaritia, voluptate, commiseratione, iusto, legitimo, utili, facultate rei efficienda. verba Polyani sunt haec. Πύρρος σω εβούλευε πρὸς τὸ πλεῖστον πύρρον τὸς πολέμιους φέρεω, πλεονεξία. ἡ δὲ νῆ, οὐκ ἔγω, δὲ κλέω, δὲ κλέω, νομίμως συμφέρον, δὴ ναυα. Pyrrhi quidem (inquit M. Tullius lib. I. de offic.) de captivis redimendis praclara sententia est. Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis: Nec cauponantes bellum, sed belligerantes Ferro, nō auro vitā cernamus utriq; & c. Noti enim sunt versus Enniani, qui me admonent, ut illos proferam, quibus idem Ennius sententiam illam Appij Caci persecutus est, quam dixit in senatu, cum sententia senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho. Sunt enim in libris vulgatis mendosi, ita que à me restituti. Quod vobis mentes, recte qua stare solebant Antehac, dementes, sese flexere viai? mentes dementes autem venistè dictum, quod genus, nuptiæ innuptæ, sepultura insepulta: & apud Græcos, γάμοι ἀγάμοι, & c. Quod viai, autem sic dictum, ut huc vicinia, apud Terentium: eò loci, apud scriptorem nostrum, in Datame.

32. lapide ictus interit) à muliere quadam Argiua, quæ cum, ut ceteræ mulieres, despiceret è fenestra constrictum, & animadvertisset filium suum cum Pyrrho esse congressum, metu exanimata, lapidem, ut vult Nepos, vel, ut alij, testam in caput Pyrrhi, omnibus corporis viribus deiecit: & eo ictu interemit. Quod retulit Polyænus lib. 8. strategem, quo in libro enumerat fortia quarundam mulierum facta: his verbis. Πύρρος ἡπειρώτης ἐπέβαλεν εἰς Ἀργὸς καλέσματος αὐτὸν Ἀελείως (al. Αελείου) ἀργίου. οὐκ ἔδρητοῖσι σω ἐδραμον ἐς τὴν ἀργεῖαν μὲν ἦν ὄπλων. αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν πρὸς καταλαβόμεναι τὰ ἔργα, τὸς ἡπειρώτας αὐτῶν βαλλουσαι ἀεχάρησαι βιάζονται, αἱ τε καὶ Πύρρος ὁ διοπίτης ἦν στρατηγὼν αὐτῶς ἐπισθεν, ἐμπιστοῦσις ἔστι τὴν κεφαλῶν ἀπὸ κεραμίδος. αἱ δὲ ἀργολίδες μέγιστον κλέος ἐστὶς ἐμνοῖν ἦρατο Πύρρου τὸ πλεμικωπῶτο μὴ δὲ ἔσται αὐτῶν, ἀλλὰ ὑπὸ γυναικῶν ἀργολίδων πιστοῦσι. i. Pyrrhus Epirota Argos cum exercitu inuasit, ab Aristia Argiua vocatus. Argiui in forum cum armis concurrerunt. uxores eorum, & feminae praecipue teclis, Epirotas superne lapidibus petentes retrocedere cogunt. Itaque Pyrrhus quoque ipse imperatorum sollertissimus, atque acerrimus cecidit, testa in caput eius magno impetu deiecta. Mulieres autem Argolicæ magnā laudem apud Græcos retulerunt, quod Pyrrhus vir bellicosissimus non à viris, sed à mulieribus Argolicis interfectus esset. Ascribam & illud de eiusdem in Lacedæmonem exercitus expeditione, propterea quod in ea mulierum virtus ferè æquè, ut virorum, eius consilia peruertit, impetumque discussit. Sic igitur Polyænus eod. lib. Πύρρος ὁ ἡπειρώτης ἐστράτευεν ἐπὶ Λακεδαιμονία. μάχην ἰχυράς πρὸς τῆς πόλεως ἡγεμονίας αἰεχάρησαι τὸς οὐκ ἔσονται σω εβούλευσε πύρρος καὶ γυναῖκας ἐς Κρήτην ὅπως δὲ αὐτῶν κινδυνώθειν μέγιστον ἐστὶν ἀνατόν. Ἀρχιδამία (al. Ἀρχιδάμια) βασιλέως Σπάρτης ἀντίπε τῆ γαίμην. καλὸν ἐφῆ τὰς λακείνας μὲν ἦν ἀδρανὲς ἀποθανεῖν, ἢ ζῆναι μετ' αὐτῶν. καὶ δὲ αὐτὰς διετείμαντο τὰ ἔργα τὸ πλεῖστον, ἐπὶ φρβον, ἀρρητοῖ, ὅπλα πρὸς ἀφῆροι, δόξατα ἐστῆρον, τὸς ἐβίωστικὸς αὐτοῖς ἐτε εἰσπυοῖ. ὡς τε καὶ οἱ λάκωνες ἀπολαμπότροι πρὸς τὰ ἀζῶνα ἐγγονοῖ, τὴν αὐτῶν ἦν γυναῖκων ὁρώπτες, καὶ τὸν Πύρρον ἀπικροῦσαν π. i. Pyrrhus Epirota bellum intin-

lit Lacedæmoni. prælio autem acri ante urbem commisso, cum se in urbem recepissent Lacones, consilium ceperunt uxores & liberos apud Cretam deponere, ipsi verò periculum adire usque ad victoriam, aut mortem. Archidamis (al. Archidamia) regis filia huic sententiæ restitit, & pulcrum esse dixit Lacanis, aut cum viris mori, aut cum eis vivere. Et ita opera, muneræque bellica inter se partiebantur: fossas ducebant, fodiebant, arma afferbant, hastas acuebant, saucios curabant. Itaque Lacones ad pugnam alacriores & paratiores facti sunt, mulierum fortitudinem cernentes: & Pyrrhum repulerunt.

33. Unus item Sicul. Dionys. pr.) De quo iam in Dione dictum est: dicitur tamè hîc quoque quod oportebit.

34. manu fortis) supra non longè, namque illo Persarum nemo fuit manu fortior: & item alibi.

35. non facile reperitur) Nam cum tyranno, quicquid libeat, liceat: libido autem voluptatum in omnibus ferè hominibus sit insita natura: difficile est aliquem existere, qui libidinem non expleat, cum id se impune facere posse videt. Itaque cum Alexandrum Magnum, cum Scipionem Africanum, & consimileis viros audimus, aut legimus tali temperantia fuisse, obstupescimus.

36. minimè libidinosus) M. Tull. lib. V. Tusc. Atqui de hoc homine (Dionysio superiore) à bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam, eumque in rebus gerendis, virum acrem & induratum: eundem tamen maleficum natura, & iniustum.

37. nullius rei denique cup.) Itaque solebat dicere, tyrannum non equo insiditem, sed pedibus tractum, tyrannidem relinquere debere. Et cum aliquando rebus suis diffidere cepisset, approbavit & arripuit illud à quodam dictum, καλὸν ἐπιφῶν πρηνίς, id est, pulcher ad sepulturam locus tyrannis. Et ad extremum tyrannidem suam ita stabilivit, ut adamante vinctam esse diceret.

38. ob eamque rem crudelis) erat ob eandem rationem suspiciosus, ut testatur Plutarchus in Dione. οὕτω γὰρ Ἰω ἀπίτος, καὶ πρὸς ἀπαιτίας ἀνδράποιο ὑπέπιος καὶ πρὸς βέλγημῶδες δὲ φέρον ὁ πρὸς βύπρος Διο. ὑποσ, ὡς τε μὴ δὲ τῆς κεφαλῆς τὰς πελάγας ἀφῆλειν κουεῖν καὶ μαχίρας, ἀλλὰ ἦν πλάστων ἡς ἐπιφῶντων ἀθροῖσι τὴν κόμην πρὸς ἐκκεν. εἰσὶν εἰ δὲ πρὸς αὐτῶν εἰς τὸ δάμα πον οὐτε ἀδελφός, ὅτι ἡδὲ σὺς ἐπὶ χεῖν ἡμφίεσμαιός, δὴ ἔδῃ τῶν εἰσελθῶν, ἀποδύωτα τὴν ἑαυτοῦ σὺλὴν ἔκασον, ἐτίραυ ἀπἀλαβείν, ὅσα δὲ τὰ γυμνὸν ἔσται ἦν φυλακίοντων. ἐπὶ δὲ Δελπίνας ὁ ἀδελφός αὐτῶν πρὸς χεῖρὸν φύσιτ ἄκην, ὡς καὶ λαεῶν ἀδελφὸς πρὸς ἡνὲς ἦν δαρυφῶρων, ὑπέγραψα τὸ πρηνίς ἐκίωμ ἰχυράς ἐχάλεται, ἔδὲ δόντα τὴν λόγην ἀπέκλειεν. i. Vsq; ad eò autem omnibus hominibus diffidebat, & in omnis suspiciosus, & teclis erat propter metum, superior Dionysius, ut ne capillum quidem tonsorii cultellis sibi præcidi pateretur, sed figulus quidam ad eum venitans carbone comam ei adureret. Ingrediebatur autem eius cubiculum ad eum cōueniendum neque frater, neque filius, ut forte erat vestitus, sed innum. quæque necesse erat, antequam intraret, amictu suo posito, nudum à custodibus conspèctum, alium sumere. Quoniam autem Leptines eius frater castelli cuiusdā naturam aliquando ei exponens sumta ab aliquo ex stipatoribus lancea, locum descripserat: illi quidem grauius succensuit stipatorem verò, qui lanceam tradidit.

verbis Dionysii in eos incensus ac concitatus fuit: statim illis quidem abrogavit imperium, alios verò in eorum locum substituit: in his & Dionysium, qui cum in preliis adversus Karthaginenses commissus, fortitudine praesitisse, visus esset, ferrebat omnium civium oculis in civitate Syracusana. Quapropter spe erectus, atque elatus, omnem rationem excogitavit, qua patrie tyrannus fieri posset. Nam posteaquam belli imperium adeptus est: neque cum collegis consultantibus communicabat, neque omnino cum eis congregiebatur. Atque haec cum ageret, hunc sermonem perculgabat, se ab eis in consilium non adhiberi, quòd ad hosteis litteras & nuntios mitterent. hoc enim pacto sperabat maximè se illis quidem potestatem detracturum, sibi verò soli imperium quaesitum. Eo autem haec agente, civibus acutioribus, & elegantioribus factum eius suspectum erat, eumque illi in omnibus caeteribus, aut circulis vituperabant, & maledictis insequiebantur: sed turba popularis, & multitudo imperita, cogitata & conata eius ignorans, laudabat, & civitatem vix tandem firmum, & certum patronum ac defensorum reperisse dicebat. Idem paucis post versibus. ἐκ τῆς Γέλας ἐνεχθέντων γεραμματῶν, ὁπως δυνάτωσαν στρατιωτῶν πλήρους, ἔλαβεν ὁ Διοιύσιος οἰκίαιον ἐφόδον ἰδίως πορφαρίσας. ἄποταλῆς γὰρ μὲν ἦσαν πρῶτον, πρὸ μὲν ἀγγλίων, ἰσπῆται δὲ τετρακοσίων, ἢ ἅλι στωπύμορς εἰς πλὴν πόλιν ἦσαν γυλιώων, πότε παρεφύλαττε Δεξιππος ὁ λακεδαιμόνιος, κατὰ ταῦτάς ἐπεὶ συρρακοσίων. ὁ δὲ οὗτος Διοιύσιος κατὰ λατῶν τοῦ ἀπορωτάτους τασιάστους πορφὰς τὸ δῆμον, καὶ κατηρητοὺς αὐτῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ κρατίνας, αὐτὸς μὲν ἀπέλειπε, ταῦτα δὲ εὐσίτας αὐτῶν ἐδημιούσεν, & c. i. Allatis autem Gela Syracusas litteris, vt plures milites edmitterentur, nactus est Dionysius aditum ad consilium à se susceptum, accommodatum. Missus enim cum militum peditum duobus millibus, equitibus quadringentis, celeriter in urbem Gelorum venit, quam tum Dexippus Lacedaemonius custodiebat, à Syracusanis ei custodiae praepositus. Dionysius igitur cum offensus civitatis locupletissimos à plebe dissidentes, & discordantes, eosque in contione compellasset atque accusasset, & damnasset: ipsos quidem necavit, bona verò eorum publicavit, & c. Idem infra non admodum longè. Τοῦτο δὲ ἦν πολλῶν, ὡς ἂν εἰώτασιν, ἔτι πᾶσι γὰρ ἐπέπρωτον, ὁ Διοιύσιος ἀπεδείχθη στρατηγός ἀποτίρατων ἐπὶ οὐδὲν αὐτῶν τοῦ πορφάσας καὶ τοῦ ἠοκίστου, ἡμισίμα ἕξα καὶ τοῦ μιδαῖς διπλοσίους ἔτι. πάντας γὰρ ἐφισσε τοῦτου ἡμοσίου, πορφασμένοις ἐστὼς πορφὰς ἀγῶνας καὶ τοῦ ἦν χρομῶν παρεκάλετο μηδὲν ἀγωνισθῆναι. ἐστὼς γὰρ αὐτῶν τὸ πρόποριόν. i. Cum autem multitudo (vt assolet) ad deteriora propenderet, Dionysius imperator solus summa cum potestate declaratus est. Posteaquam igitur ei ex animi sententia res processerunt, decretum huiusmodi fecit, placere vt stipendia essent duplicia. Dicebat enim, milites omnibus hoc facto futuros ad pugnam alacriores. De pecunia porro hortabatur ne quid laborarent. earum enim facultatem, facilem fore atque expeditam. Idem aliquot post versibus. μὲν δὲ ταῦτα συλλαγμαίων ἐκκησιόσαι τοῦ ἀπο πορφάσας αὐτῶν τῶν δυνάτωσαν ὀντας, Δαφνήων καὶ Δημόχρον αἰείλα. Διοιύσιος μὲν οὐδὲν ἐκ γεραμματίως, καὶ τῶν τυχόντων ἰδιώτου, τῆς μνηστῆς πλείους ἦν ἐν ταῖς ἰδῶν ἐρῆστην πύρανος. i. Postea autem contione aduocata, eos, qui sibi obstiterant, viros potentissimos, Daphneum & Demarchum, interemit. Dionysius igitur ex scriba, & homine privato, eoque infimi ordinis, civitatis omnium Graeciae civitatu ma-

ximæ tyrannus factus est. Cum his congruunt quae scribit Aristoteles lib. 5. cap. 5. polit. ἐρηγοῦσα δὲ τυραννίδες πορφαρομαῖον ἢ ναῦ, καὶ διὰ τὸ μέγαλας ἀρχαῖς ἐχθελ- (ἐστὼν) ἔστι, ὡς ἂν ἐν Μιλητίᾳ ἐκ τῆς πορφαρίας, πολλῶν γὰρ καὶ μέγαλων ὠλεος ὁ πορφασίας. ἐπὶ δὲ καὶ διὰ τὸ μὴ μέγαλας ἔτι) πορφαρίας, δὴ ἐπὶ πάντων ἀρχῶν οἰκίῶν τὸ δῆμον, ἀφελον ὄντα πορφὰς τοῦ ἐρρῶς, οἱ πορφαταὶ τῷ δήμῳ ὅτι πολεμικῶν ἡμῶν πο, τυραννίδι ἐπιθήσαντο. πάντες δὲ τῶν ἰδιῶν, ὑπὸ τῷ δήμῳ πᾶσι δύναντες. ἢ τὸ πῆσις ἢ ἢ ἀπέχθεται ἢ πορφὰς τοῦ πλοστοῦ. ὅς. Α. Διδωσίπε Πείσιστρατος τασιάσας πορφὰς τοῦ Πεδιακοῦ καὶ Μεγαροῦς, καὶ Διοιύσιος κατὰ τῆσιν ἔκ κλην ἀποπορφαρίζας, λατῶν ἀπορφαρῶν τὸ πορφαρομαῖον ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν κατὰ τῆσιν ἀπορφαρίζας, καὶ τῶν λαοσίτων, ἢ ἐξῶθεν τῆσιν τυραννίδος, διὰ τὴν ἐχθρῶν πᾶσι δύναντες ὡς δὴ μῦθος ὤν, id est, Exsistebant autem tyrannides antea magis, quam nunc: & quia magna imperia certis hominibus mandabantur, ac tradebantur, vt Mileti tyrannis ex prythanéa facta est. multorum enim & magnarum rerum penes prythanin potestas erat: & praeterea quia vrbes tunc non erant magna, sed populus in agris commorabatur, in operibus rusticis occupatus. iccirco cum populo praefecti essent viri militares & bellicosi, tyrannidem occupabant. Omnes autem hoc faciebāt, quòd se populus eis crediderat, & commiserat. Eidem porro vt eis haberet populus, faciebant inimicitiae, quas illi cum diuitibus gerebant: vt Pisistrato Athenis, orta diffensione inter eum & Pediacos, populus sese credidit: & Megaris Theageni, cum is locupletium pecora & armenta ad fluuium pascencia deprehendisset, ac iugulasset: & Dionysius Syracusis cum Daphneum, & ceteros locupletibus accusaret, dignus tyrannide habitus est, propter inimicitias cum illis susceptas, fidem apud populum consecutus, quasi popularis esset. Antequam autem de huius Dionysii artibus, quibus ad tyrannidem pervenit, dicèdi finem faciam, libet mihi quod in quibusdam Graecorum commentariis, qui non sunt editi, quorum mihi Romæ à M. Antonio Mureto, & Fulvio Ursino, viris doctis, facta copia est, legi, vt à politico lectore in eam gratiam, huc ascribere. Τιμῆσιος (al. Τιμαῖος) ἐν τῇ ἐκκλήσει, γενομένη καὶ ληνα τὸ ἡμῶν ἱμαρῶν, ἰδίῳ ὄντι, ἀπορφαρίζων αὐτῶν εἰς τὸ οὐρανοῦ πορφὰς ἕως ἀγῶνας θεασασθῆναι ταῦς πάντας θεῶν οὐκ ἐπίσης. ἔντα ἰδίῳ καὶ τῷ Δία κατὰ τὸ ἔδος ἐπὶ ἡροῖ οὐδὲν ὄν. ἐδὲ δὲ το πορφαρῶς ἕως ἀθροῦς καὶ μὲν ἕως ἀθροῦς ἕως ἀθροῦς. ἐρέστων οὐδὲν ἀπορφαρίζονται ὅς τις ἐστίν αὐτῶν δὲ εἰπῆται, ὅτι ἀγῶνας ὅς Σκελίνας καὶ ἰταλίνας καὶ εἰς ἂν ἀφῆσθι, ταῖς χόρμας ὄρεται. αὐταῦται δὲ χρονοῦς ὑπέροισ ὑπαίτηται τῶν Διοιούσιων τυραννῶν μὲν τῶν πορφαροῦων. ἰδοῦσταν ὅτι ἀι κεραξίνας, ὡς εὐαῖ εἶν ὁ πορφαρίζων ἀγῶνας, καὶ λεχθείς: ἐὰν ταῦτα λέγῃσταν, πῶσιν εἰς τοῦδαφορς ἐκλυθῇσταν μὲν: ὅτι περὶ μῶνον ἐπὶ ὄφ. τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῷ Διοιούσιου δὲ ὄφ. τῶν αὐτῶν κατὰ βρα. i. Timaeus (al. Timæus, lib. 6. historiarum, narrat, mulierem quadam natione Himeræam hoc vidisse in somnis: visam sibi esse in caelum ascendere, & à quodam duci, vt deorum domicilia spectaret. ibi etiam Iouem vidisse in solio sedentem: sub cuius pedibus rufus quidam, & magnus homo catena compedibusque, vinculus erat: quaesivisse igitur ab eo, à quo ducebatur, quisnam esset ille: eum respondisse, illum esse Siciliæ & Italiae vastatorem, quod si vinculis solutus sit, regiones illas perditurum. illam autem cum è somno experireta surrexisset, aliquanto post tempore, Dionysio tyranno hastatis stipato obviam factam esse: eoque viso exclamasse, hunc ipsum esse vastatorem, qui sibi tum demonstratus esset: & eodem temporis puncto, quo haec diceret, pronam in terr-

ram toto corpore debilitatam atque exanimatam cecidisse: tribus autem mensib. exaetis, mulierem non amplius esse visam, à Dionysio clam interentam. Non dissimulabo tamen, hoc somnium etiam à Valerio Maximo referri lib. 7. cap. 7. his verbis. Intra priuatam autem habitum Dionysio Syracusano adhuc se continente, Himeræa quaedam non obscuri generis femina, inter quietem opinione sua caelum ascendit: atque ibidem deorum omnium Iustratis foribus, animaduertit praeualentem virum flauo coloris, lentiginosi oris, ferreis caenis vinctum, Iouis solio, pedibusque subiectum: interrogatoque iuvene, quo considerandi caeli duce fuerit vsq., quisnam esset: audiit illum, Siciliae, atque Italiae dirum esse fatum. quod somnium postero die sermone vulgavit. Postquam deinde Dionysium inimica Syracusarum libertati, capitibusque infantium, infesta fortuna caelesti custodia liberatum, velut fulmen aliquod, otio ac tranquillitati iniiecit: Himeræorum mœnia inter effusam ad officium, et ad spectaculū eius turbam, intratē ut aspexit, hunc esse, quem in quiete viderat, vociferata est. Id cognitum tyranno, curam tollendæ mulieris dedit.

41. magna retinuit fel.) Hoc est vnum de multis argumentis, quibus vtebatur quidam philosophi, ad tollendam atque euertendam prouidentiam diuinam, pios viros omnia dura experiri: impiis hominibus omnia læta, ac secunda euenire: quem locum tractans M. Tullius lib. 3. de Nat. deor. Dionysius (inquit) cum fanum Locris expulauisset, nauigabat Syracusas: isque cum secundissimè cursum teneret: Videtis ne (inquit) amici, quàm bona à diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur? et c. Idemque Æsculapij Epidaurij barbam, et c. Sequitur. Idem victoriolas aureas, et pateras, coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat: eaque se accipere, non auferre dicebat. esse enim stultitiam, à quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere. Eundem ferunt, hæc, quæ dixi, sublata de fanis in forum protulisse, et per præconem vendidisse: exactaque pecunia, edixisse, vt, quod quisque à sacris haberet, id ante diem certam in suum quidque fanum referret. Ita ad impietatem in deos, in homines adiunxit iniuriam. Quem locum ea maximè causa protuli, vt cum Polyæno, qui hoc refert inter strategem. lib. V. conferat lector eruditus. Sic Polyænus. Διονύσιος ἐν ἀσκληπιῷ χρημίσθη ἄρᾳ τῶν πολιτῶν εἰσφοράς ἤ τι. ἦν δὲ ποικίλως δεικνύμενα φασκόντων, βιάζεσθαι μὲν ἐν ἔργῳ, δεξιπῶν δὲ ὀλίγον, ἐκείλευσε τοὺς ἀρχοντας, ὅσα τῶν ἀειδήματι ἐν Ἀσκληπιῷ (πολλὰ δὲ τῶν ἀρχόντων ἔχουσιν) τῶν τε ἄλλων τῶν ἱερῶν κομισμάτων, ὡς βέβαια, ἀποκινῆσαι ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. οἱ συγκαλούσαι μὲν πολλὴς αὐτοῦ, ἐπὶ ἰατρῆ. ὡς πὴν ἠρόισθη χρημίσθη πᾶντος. ὡν κρατήσας Διονύσιος, ἀρῶσθε ἕξε κινῆσαι, εἴπερ ἐν τῷ Ἀσκληπιῷ ἀειδήματι ἠγρόσθη, ὡς πῶς ἐς τὸ ἱερὸν κομίσθη, ἔνδοξον δὲ τῶν θεῶν, ἢ ἀεικνῶν τῶν χρημίσθων. οἱ μὲν ἀπέδωκαν τῶν θεῶν Διονύσιος δὲ εἴχετο ἔχματα. i. Dionysius pecunias egens à ciuib. tributa flagitabat. cum illi, se sæpe ium contulisse dicerent: vim adhibendam esse non existimauit: breui autem interposito tempore, iussit magistratus, quæcumque essent in aede Æsculapij dona ei deo consecrata, (multa autem erant argentea et aurea) hæc extra templum exportata, vt profana, in foro voci præconis subiicere. Syracusani magno studio emerunt. ita magna pecunie vis coaceruata est. cuius compos factus Dionysius, insit à præcone prædicari,

cari, si quis aliquod ex donariis Æsculapio consecratis emerit, vt continuo in templum referat, et deo reddat: qui secus faxit, pœnam capitis luat. Illi igitur res illas deo reddiderunt: Dionysius verò pecunias habebat.

42. maiorque annis sexag. natu dec.) sic restitui, sola coniectura ductus, vulgata lectione damnata, vt Latini auribus inaudita: quæ talis est, maiorque annos sexaginta natus. Non est enim Latinis vsitatum hoc loquendi genus, maior annos sexaginta natus. Nam vel hoc modo loquuntur, maior natu annis sexaginta: vel annos sexaginta natus, et plus eo, seu et eo amplius: vel plus sexaginta annos, seu annis natus. M. Tullius Acad. quæst. aliquot annis minor natu. Sed quod ad rem attinet, non videtur ab instituto nostro alienū, quo genere mortis interierit hic Dionysius, exponere. Plin. lib. 7. cap. 54. gaudio vitæ supremum diem obiisse tradit. sic enim ille. Gaudio obiere, præter Chilonē, de quo diximus, Sophocles, et Dionysius Siciliae tyrannus, vterque accepto tragice victoriæ nuntio. Diod. lib. 15. paullo aliter. scribit enim, Dionysium accepto huius victoriæ nuntio, lætitia elatum, liberalius epulatum esse, et sese vino largius cum amicis inuitasse: hinc natam esse crudelitatem: ita morbo implicitum, tandem extinctum esse. Verba Diodori sunt hæc. ἐν αὐτοῖσι δὲ τῆς ὑποκειμένης ἐστὲν εὐλας διήγησις τῆς αἰτίας τῆς τελευτῆς, ἣ καὶ συμβαίνει τοῦτο τῆς δεινότητος ἀπὸ τῆς τῶν βίου κατὰ τὸν φῶς. Διονυσίου τῶν δὲ διδασκάλων Ἀθηνῶν Διωκῆτος ἑταίρου διὰ καὶ νικησάντος, ἦν ἐν τῷ χρόνῳ τῆς ἀδων, ὑπολαβὼν λαμπρῶς λαμπρῶς, εἰς αὐτὸν ἀπαγγέλλει τὴν νίκην, διαπελάσειν εἰς τὴν Κόρινθον. κατὰ λαβὼν δὲ ἐκεῖ τὰ αὐτῶν ἐμπλέουσαι εἰς Σικελίαν, ἣ μεταμειβὰς εἰς τὴν τῶν ἐλπίσιν ἐχρήσατο πνύμασι, ἣ καταπλάσας εἰς Συρακούσας σαυτήρας, ἀπήγαγε τῆς πυρᾶς τὴν νίκην. οὐδὲ Διονύσιος τῶν μὲν ἐπίμνησιν, αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῆς ἐξουσίας, καὶ τῆς θεῶν ἀπαγγελίας θυσοῦ, πότις, ἣ μεγάλας θύσας ἐπέπλεσεν: ἐστὼν δὲ λαμπρῶς τοὺς φίλους, ἣ καὶ τοὺς πότις φίλους τῶν τῆς μὲν διδοὺς ἐαυτῶν, εἰς ἀρρώστια σφοδρότερα ἐπέπεσε δὲ πλῆθος ἦν ἐμφορηθέντων ὑγρῶν. i. Nō videtur autem à proposita historia alienū et causas mortis Dionysij exponere, et quæ huic tyranno, seu dynastæ de exitu vitæ euenērūt, explicare. Cum igitur Dionysius tragædiam Athenis Lenæis (torculariū diebus festis) docuisset, et vicisset: quidam ex iis, qui in choro cantabat, sperans se amplo aliquo præmio ornatum iri, si primus victoriam tyranno nuntiaffet, Corinthum trauectus est. Illic autem nauem, quæ in Siciliam contendebat, nactus, et in eam ingressus, et secundis ventis vsus, celeriter Syracusas aduectus est, et primus omnium victoriæ nūtiū ad tyrannū pertulit. Ac Dionysius quidē hunc quidem præmio affecit: ipse autem lætitia elatus, et hostiū ob lætium nūtiū acceptum immolatis, sacrificiōque magnifico diis facto, compotationes magnas, conuiuiaque opipara celebrauit. Cum autem amicos suos magnificis epulis accepisset, et in compotatione cupidius atque ambitiosius sese ebrietati dedisset, in grauem morbum incidit, propter liquorum, quibus sese refererat atque onerarat, immoderatam copiam. Tyrannidē autem duodequadrageinta annos eum obtinuisse testatur Diodorus Siculus eodem loco. δυναστεύσας (inquit ille) ἐτη πεντήκοντα καὶ ὀλίγα, et M. Tull. lib. 3. de Natura deor. Duodequadrageinta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissima, et beatissima ciuitatis. Idem ibidem aliquot post versibus. Hunc igitur nec Olympius Iupiter percussit, nec Æsculapius misero,

diuturnoque morbo intabescens interemit: atque in suo lectulo mortuus cum tympanidiis in rogam illatus est: eamque potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi iustam & legitimam, hereditatis loco, filio tradidit. Nequis autem dicat, illa Ciceronis, ubi dicit, Dionysium per scelus potestatem tyrannicam esse nactum, cum his Nepotis, in quibus ait, cum virtute tyrannidem peperisse, pugnare: repetendum est memoria, quod ante diximus, per virtutem hic significari virtutem belli, quae constat consilio, vigilantia, arte, diligentia, fortitudine militari, & similibus: quae virtutes nihil vetat quominus cum scelere coniunctae sint, & in sceleratis hominibus reperiantur.

43. florente regno) quod se adamante vinctum relinquere dicebat, ut sepe iam ex Diodoro retulimus.

44. tribus vxoribus) immo duabus tantum, ut supra in Dione, & hic ibidem paullo ante.

45. ex amicis Alex.) & ἐπίρωι.

46. In his Antigonus, & huius fil.) de Antigono, & Demetrio, & ceteris eodem ordine, quo Cornelius, dicemus. Itaque de Antigono primo loco.

47. Ex his Antigonus) de Antigono in Eumene quidem dicta sunt nonnulla: quae autem ad hanc pugnam, in qua Antigonus cecidit, attinent, multis verbis à Plutarcho exponuntur in Demetrio, ex quibus illa mihi relatu dignissima videntur: Antigoni, qui vir ferox, & superbus, & elatus, & spei plenus, & loquax, & asper erat natura, quique perlato ad eum de coitione Ptolemai, Cassandri, Seleuci, & Lysimachi, & aliorum, nuntio, dixisset, se eorum societatem, itaquam auium quarundam, quas Attici spermologos appellant à seminibus legendis, vno lapide & sonitu disturbaturum: paullo ante pugnam visum esse taciturnum, humilem, timidum, cogitabundum, tristem, & demissum: & cum ex castris in aciem prodiret, phalange iam disposita atque instructa, in os primum toto corpore cecidisse: deinde cum surrexisset, sublatiis in caelum manibus à diis precatum esse, ut sibi vel victoriam, vel mortem sensus expertem ante cladem darēt. Signis autem collatis, & manibus conseris: Demetrium Antigoni filium, robur totius exercitus secum habentem, cum Antiocho Seleuci filio oppositus esset, cumque cum eo congressus ita strenue pugnasset, ut hosteis in fugam verterit: successu pugnae elatum, ac prouectum, & hosteis persecutum, victoriam corrupisse. longius enim progressum, non potuisse ab elephantis interclusum in aciem reuerti, & patri laboranti subuenire. Itaque patrem equitatu nudum, & ab omni ferē alio subsidio desertum, multitudine hostium circumfusum ac circumuentum, telorumque multitudine obrutum occubuisse, annos octoginta natum: Demetrium autem cum quinque millibus peditū, & quatuor equitū fugisse. Hac de re & Pausanias in Atticis, non vno loco. Uebet autem huius Antigoni vnum atque alterum strategemā, praeter ea, quae in Eumene posuimus, hoc loco ex Polyano lib. 4. referre. Ἀνήγνος Πύθωνα Ἐσπάρτη Μυθίας πυθόμενος ξενολογῶν, καὶ χεῖματα σιμύχην, ἀποστῆναι βεβηλόμην, ἀπὸ τῆν τῶν ἀγγέλλων τῶν μακεδόνων ὀπίπται, καὶ δρᾶκας χιλίους, φυλακὰς τῶν ἑσπέρων ἀπὸ τῶν παρὲς ἑαυτοῦ. ἔω τα Πύθωνα ἀκούσας πτεύει τῆ φιλαιθρωπία, καὶ δῖα ἑλκεύει ἡκε λη-

ἡμέρας πλὴν ὀπκουεῖται. Ἀνήγνος δ' εἰς τὸ καινὸν ἔβη μακεδόνων ἑσπεράων Πύθωνα καὶ ἑσπέρων, ἡμφορσιέμερος ἀπέκλειεν. i. Antigonus cum audisset, Pithonem Mediae satrapen milites colligere & conducere, & pecunias cogere, quod deficere decreuerat: simulavit, se iis, qui hoc nuntiabant, fidem non habere, cum ita diceret, numquam adducar, ut credam Pithonem hæc agere: cui quinque millia Macedonum peditum grauioris armatura, & mille Thraces, ut sint eius satrapie custodes, paravi, & mittere constitui. Pitho quæ audierat, verborum humanitate captus, credidit esse vera, & venit celeriter, ut auxilia illa ab Antigono acciperet. Antigonus autem Pithonem in conuentum Macedonum adductum, & damnatum, supplicio affecit, & interemit. Idem eodem libro. Ἀνήγνος τὰς Ἀθῶνας βυθόμηνος λαβὼν, εἰρῶν ἡ ἀπεισοπο τῶν τῶ φθινὸν ἰσχυρῶν. ἀθῶναι οἱ τ' οἱ κερτασπύραιτες, ὁ δ' ἄλλοι ἐφύλαξαν τ' ἀπαρκίοντα μέγισ τῶ τ' κερτῶν ἀκμῆς. ἐπει δ' ἡκμαζον οἱ κερτοί, Ἀνήγνος μὲν τῶ στρατιώματος εἰς τὴν Ἀθηναίων ἐπέβλεπεν, οἱ δ' τῶ σίπου τ' μὲν κερτασπύραιτες, τ' δ' κερτασπύραιτες. Ἀνήγνος εἰσω τῶ ἀσπείρου ἐπέβλεπεν, καὶ ὑπὸ κούσαν ἀπασι αὐτῶν τῶν πολεμῶν. i. Antigonus cum Athenas capere vellet, pacem cum Atheniensibus pactus est auctumno. Athenienses satō tritico paullum seruauerunt, quantum satis futurum esset usque ad tempus fructuum percipiendorum maturum. Vbi autem fruges & fructus maturuerunt, Antigonus cum exercitu in Atticam inuasit. Illi autem, qui triticum aliud consumsissent, aliud metere prohiberentur, Antigonus in oppidū receperunt, & omnibus eius mandatis obtemperarūt. Habebatur autem hic Antigonus, Philippi filius nothus.

48. Pari leto non seruat temporum ordinem Probus. Nam post Demetrii mortem Lysimachus cum Seleuco confligit.

49. Lysimachus) libet huius duo strategemata à Polyano lib. 4. relata, ad hunc locum ascribere. Δυσίμαχος αὐταγμάτων τὰς ἀπὸ σκελῆς ἀπολεσάντων ἐν τῆ περὶς Δημητρίου μάχῃ περὶ Λαμίας, φοβηθεὶς μὴ πτεωπεύσασιν οἱ βάρβαροι, πάντα, ὅσα ἔχον, ἀπολέσαντες, πολεμῶν αὐτοῦ ἔβη τῶ χεῖρας, ὡς ὅτι σπομπελαι, σπύθημα. δού ἀπέκλειεν ἀπαντας, ἵσαν οἱ αὐδρῶν πύπη χιλιάδες. i. Lysimachus cum Antariate impedita sua amisisset in praelio aduersus Demetrium commisso ad Lampscum, veritus nequid noui molirentur barbari, quod omnia, quae habebant, amiserant: productos eos extra vallum, tamquam ad dimetiendum eis frumentum, signo dato omneis interfecit. erant autem quinque hominum millia. Ascribam & hoc ex eodem lib. Δυσίμαχος Ἀμφιπόλεως κρατήσας, Ἀνδραγάθου πολεμῶντος, πολλὰ καὶ μέγιστα χεῖραμέρους αὐτῶν, μείζονα δ' ὑποχόμενος, εἰς εἰς τὴν Ἀσίαν αὐτῶν σπυραποδημίση· ἐπειδὴ περὶ τῶν δρᾶκῶν πύλαις ἐχέμετο, καὶ μόνον πάντα, ὅσα ἐπίχρην ἐν αὐτῶν χεῖραμέρους ἀφείλετο, ἧμα καὶ αὐτῶν βασιανίας ἀπέκλειεν. i. Lysimachus Amphipoli potitus, Andragathi proditione, cum ei multa & magna largitus esset, maioraque promississet, si in Asiam secum proficisceretur: posteaquam ad Thracias portas peruenit, non modo ea omnia, quae ei donarat, ademit, sed & eum excruciatū necauit.

50. filiam suam) Stratonicen ex Phylla, alteram enim vxorem habebat, Deidamiam.

51. captus bello) Atqui non fuit bello captus, sed cum à militibus suis desertus esset, posita veste regia, & diademate abiecto, ne in Pyrrhi potestatem perueniret.

ret, ad quem Macedones se contulerant, aufugit primum ad portas Amani: dein de cum sibi manus afferre cogitasset, a suis prohibitus, ultro se Seleuco genero dedit. M. Tull. lib. 2. de off. Quid? Macedones nonne Demetrium reliquerunt, vniuersique se ad Pyrrhum contulerunt?;

52. in custodia socer; Tradit Plutarchus in Demetrio, Seleucum humanum se ac liberalem. in Demetrium praeuisse eum enim in Cherronesum Syriacam misisse: et, ut acreis ei custodes apposuit, ita famulorum et ministrorum iustum numerum dedisse, quibus quotidie ad res necessarias uteretur: pecunia praeterea vim satis magnam attribuisse in victum, cultumque vitae, ita ut facultatem haberet opiparè et splendide viuendi: postremò ambulationes, et porticus, et hortos amœnos, et saltus densos, in quibus venari posset, concessisse. ita Demetrium corpus exercentem, et apparatu regio utentem, æquo animo fortunam initio tulisse, et beatè biennium vixisse. ad extremum verò cum inertia, otioque sese dedisset, neque corporis exercitationibus solitus uteretur, immoderatásque, et opiparas epulas nihilo secius adhiberet, largiter denique vesceretur, et potaret: ex nimia copia, et cruditate in morbum incidisse, et ita extinctum esse. Hic Demetrius autem, (quod pene praeterieram) Poliorcetes dictus est, id est, quasi urbium oppugnandis accommodatas, excogitadas. Cum multa autem Polyænus huius Demetrii strategemata lib. 4. referat, vnum ex iis huc ascribam. Δημιόπειος μάχων βῆσι τῶν Εὐρώπων πλεῖν, καὶ βουλομένοις λαζῆν ὅτι ἐποθεῖεν μάχων, ὅτι κινδυνῶν ἐκείτω βίβλιος ἐδάκην ἐσπεροσμένοι, ποροσῆζας, εἰ μὴ ὁμοῦ πλείονα, εἰ ταὶ ἐδῆεν ταῖς σφεραχίδας: εἰ δὲ θεὰ καταδείκνυσι, αὐτοῖς αὖτε τὰ γεωμμετρία, πειθεῖσι τὸ πλοῦς εἰς τὴν γαλακτέων τῶν πῶν. i. Demetrius in Europam nauigaturus: cum sciri nollet quò classẽm appulsurus esset: vnicuique gubernatori libellum dedit ob signatum, hoc eis mandato, vt, si simul nauigarent, libellos ne resignarent: sin vi tempestatis distraherentur, libellis resignatis, eum locum nauigando peterent, qui in libello praescriptus esset.

53. Seleucus de Seleuco satis multa dicta sunt in Eumene. Hic vnum, eius strategema tantum referam, quod posuit Polyænus lib. 4. strategema. Σέλδουκος Ἀντιγόνην παρὰ τὸ σπερτὸν ἴση τῆς μάχης ἢ κρίσις. ἐπὶ δὲ τὴν ποροσῆσι, ἔδοξεν ἀμφοῖν εἰς τὴν ὕστῃ ἀμφοῖν ἀλλοδαμοῦ οἱ μὴ Ἀντιγόνην στρατοπέδουσι ἀφ᾽ ἑαυτῶν. Σέλδουκος δὲ ποροσῆσι τῆς αὐτοῦ στρατοπέδου ἐν ὁποῖοις δὲ πῆσσι καὶ κομμυθῶσαι, τὸ χῆμα τῆς τῆς φουλάσιοντας ὁρθρος ἴση βασιῶς. οἱ μὴ σελδουκῶν ποροσῆσι ὡπλισμένοι, καὶ αὐτοῖς αὖτε οἱ δὲ Ἀντιγόνηνοι καταληφθέντες ἀοπλοὶ καὶ ἀπώτα κῆλοι τῆς χῆμας. τῆς πολεμῶν τὸ νῆκος ἔδωκαν. id est, Seleucus aduersus Antigoni aciem instruxerat. æquale praeliũ erat iudicium. Posteaquam autem nox aduenit, visum est vtrique in diem posterum certamen differre. Antigoni milites armis positis castra metantur. Seleucus autem edixit militibus suis, vt in armis et cibum caperent, et dormirent seruata instructi exercitus figura. Crepusculum erat matutinum. Seleucẽi milites armati, et ordinati hosteis adorti sunt: Antigoni inermes et inordinati oppressi citò hostibus victoria concessa manus dederunt.

54. à Ptolemæo Cerauno) hic fuit primi Ptolemæi, Lagi filij, filius, Ptolemæi Philadelphii frater, Ceraunus dictus, quòd in bello quasi fulminaret. Commemoratur

eum Polybius lib. 2. his verbis. καίτοι δὲ καὶ οἱ Πτολεμαῖος, ὁ Λάγρου, καὶ Λυσιμαχος, ἐπὶ δὲ καὶ Σέλδουκος, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς μὴ πῆσσαι τὸν βίον, et c. i. Tempora autem, quibus Ptolemæus Lagi fil. et Lysimachus, praeterea verò Seleucus, et Ptolemæus Ceraunus vitã cum morte commutarunt, et c. Sic autẽ Lucret. lib. 3. Scipiadẽs belli fulmen. quod Virgil. lib. VI. expressit, et geminos, duo fulmina belli, Scipiadẽs, cladẽ Lybiã? Notauimus in cõmentar. Lucret. Ex eodem genere est illud eiusdem lib. 4. Georg. Cæsar dũ magnus ad altum Fulminat Euphratem. Sic Clearchus ille Heracliae tyrannus, vnum ex filiis Ceraunum appellauit, vt testatur Plutarch. oratione 2. de virtute, seu fort. Alexandri. Pausanias autem in Atticis de hoc Ptolemæo sic scribit: Πτολεμαῖος δὲ ἀδελφὸς μὲν Λυσιστραίας, καὶ ἀδελφὸς Δισμαχου, (παρὰ αὐτὸν παρθενῶς, ἀλλῶς δὲ ἑλεμιστῶν ποροσῆσι, ἔδ᾽ αὐτὸν Κεραυνὸς καλοῦμεν.) ἔσται δὲ Πτολεμαῖος, ὡς ὁ Σέλδουκος στρατὸς ἐγὼρετο καὶ Δισμαχίδης, μαχῶν, ποροσῶσι Σέλδουκος κλεῖναι. διαρπάσσει δὲ ἑστῆς ἐφ᾽ αὐτῶν τῶν βασιλευσῶν, ἔβασιλευσε Μακεδονίας, εἰς ὃ γαλακτέων ποροσῆσι, ὡς ἴσηται, βασιλεύων ἀπὸ τῆς ἑσῆσι τῶν Δισμαχῶν, αὐτοῖς αὖτε ὑπὸ τῆ βασιλευσῶν. i. Ptolemæus autem Lysandrae frater, cum à Lysimacho, (ad quẽ cõfugerat, alioqui ad audendum promptus, et ob id Ceraunus. i. fulmen cognomento dictus:) hic igitur Ptolemæus ubi à Lysimacho audiuit, Seleuci exercitum in Lysimachiam peruenisse, ad Seleucum continuò venit, eumque adortus interfecit. Cum autem eius pecunias regibus diripiendas tradidisset, Macedoniae regnũ obtinuit, donec primus regum, quos scimus, ausus acie instructa cum Gallis confligere, à barbaris interemptus est.

55. quem) Ptolemæum Ceraunum.

56. ille) Seleucus.

57. patre) Ptolemæo Lagi filio.

58. Alexandria) Audio, quosdam admonere, in libris veteribus scriptũ esse, Alexandria: quod idem valet. Sic Horat. oda 14. lib. 4. nam tibi quo die Portus Alexandriae duplex, Et vacuam patefecit aulam, et c. ad quem locum vide annotata.

59. Ipse autem Ptolemæus) pater, Lagi filius: non Ptolemæus Ceraunus, quippe qui à Gallis interfectus est. Sed Ptolemæi facta mentio admonet me, vt somnium illud Alexandri omnium sermone, scriptũque celebratum referam: quod etiam apud M. Tull. lib. 2. de diuinatione existat, his verbis. Qui (Alexander) cum Ptolemæus familiaris eius, in praelio telo venenato ictus esset: eoque vulnere summo cum dolore moreretur: Alexander ei assidens somno est confopitus. Tũ secundum quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre, et simul dicere, quo illa loco nasceretur: (neque us longè aberat ab eo loco) eius autem esse vim tantam, vt Ptolemæum facile sanaret. Cum Alexander experrectus narrasset amicis somnium, emisisse qui illam radiculam quaererent. qua inuenta et Ptolemæus sanatus dicitur, et multi milites, qui erant eodem genere teli vulnerati. Ascribam et Diodori Siculi hoc de somnio verba lib. 17. quae talia sunt. τῶν αὐτῆς ἀπαλλείας ἔπῃ πρὸς εἰπε τὸν ἐπιλυμῶν, ἔπῃ μὲν τῆς ἀλλοῖς οὐχ οὕτως ὁ βασιλεὺς ἐλυπηθῆν. ἔπῃ δὲ Πτολεμαῖου τῶν ὑπεροῦ μὲν βασιλευσῶν, τὸ πῆ δὲ ἀγαπητῶν, μὴ γὰρ ὡς ἔπῃ ἔπῃ. ἔπῃ ἔπῃ π καὶ ἀδελφὸς εἰς τὸν σῶμα ἔπῃ ἔπῃ πῆ Πτολεμαῖου, ὁ ἄλλος εἰς τῶν.

καθ' ἑαυτὸν αἰετὶ μῦρον. ἀγαπῶμενος γὰρ ὁ φ' αἰ πάντων δέξαι τε πῶς ἀρετῶν, καὶ ὑπερβολῶν εἰς
 πάντας ἀεργίας, οἰκείας τῶν φιλευθρόων βουθίας ἔτυχεν. ὁ γὰρ βασιλεὺς εἶδεν ὄψιν καὶ
 τὴν ὕπνον, καὶ τὸν εἶδος ἐν ὄψει δράκοντα βοταίῳ ἐν τῶν σωματι κρεατῶν, καὶ δειξάμενος
 τὴν φύσιν, καὶ τὴν δυνάμειν, καὶ τὸ πῶς ἐν ᾧ φύεται. ἐκέρχθη οὖν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ τὸν
 βοταίῳ ἀσκήσασαι, καὶ πειθεῖν, τὸ πῶς σῶμα τὸ Πτολεμαίου κατέπλασε, καὶ πειθεῖν δούξ, ὕγην
 καὶ τέχνην. γινώσκοντες δὲ τῆς ἀσκήσεως, καὶ οἱ λοιποὶ τυχόντες τῆς οὐκίας θεραπείας διεσώ-
 ησαν. i. Cūm autem qui hoc genere teli vulnerati erant, interirēt: aliorum quidem
 casum non tam grauiter ferebat Alexander: sed Ptolemæi vicem, qui postorius
 rex fuit, τὴν αὐτὴν ei valde carus erat, magnopere dolebat, Propriū enim, ἔν inopi-
 natum quiddam Ptolemæo accidit, quod nonnulli ad deorum prouidentiam re-
 ferebant. Nam cūm ab omnibus diligeretur cūm ob virtutem, tum ob maxima in
 omneis beneficia, auxilium consecutus est humano viro dignum. Rex enim secū-
 dum quietem videre visus est draconem, qui herbam in ore teneret, ἔν huius
 vim ac naturam, ἔν locum, in quo nascebatur, ostenderet. Alexander igitur ex-
 perrectus cūm herbam exquisisset, ἔν repertam triuisset: partim corpori Ptole-
 mæi emplastrum ex ea confectum admouit, partim potionem temperauit, eamq;
 bibendam Ptolemæo dedit: quo factō hominem sanauit. Sed queritur quæ nam
 herba, seu radix illa fuerit. Quidam aristolochiam fuisse putant, sed falluntur.
 Nam aristolochia ad eam rem maximè valet, vnde nomē reperit, hoc est ad par-
 tus mulierum. aristolochia enim hinc dicta est, quod sit ἀριστὸν λοχίας, vel ἀριστὸν λε-
 χοσίας. i. optima parturientibus, vt docet Plin. lib. 25. cap. 9. Neque quemquam
 mouere debet, quod M. Tullius lib. primo de Diuinatione dicit, eam valere ad
 morsus serpentum. nihil enim obstat, quin vna ἔν eadem herba pluribus malis
 remedio esse possit. Itaque aristolochia, quæ valet maximè ad eam rem, à qua
 nomen reperit, valet etiam ad serpentum morsus, ἔν ad capitis dolores, ἔν ad
 somnum conciliandum, vt testatur Theophrastus. quod ἔν Canterus lib. 14.
 nouarum lectionum obseruauit. At ea seu radix, seu herba, quæ Ptolemæum
 sanauit, ἔν seruaui, ad telorum ictus valuit: neque aristolochiam eandem vim
 habuisse vlli auctores prodiderunt. Non igitur aristolochia fuit ea herba, quam
 Alexander reperit. Quod autem ad illum locum Ciceronis, qui est lib. primo de
 Diuinat. attinet, rectè iudicauit P. Victorius esse corruptum. Sic est autem legen-
 dum, vt nos edendum curauimus abhinc triennium, quid aristolochia ad mor-
 sus serpentum possit, quæ nomen ab inuenta re reperit, rem ipsam inuētōr ex som-
 nio, vīdeo, quod satis est: cur possit, nescio. vbi vulgò legitur, quæ nomen ab in-
 uentore reperit. Atque hæc lectio non immeritò P. Victorium offendit, lib. V. cap.
 V. variat. lect. eoque nomine immeritò ab aliis reprehenditur. emendationē au-
 tem nostram, rectam esse, ἔν hanc esse veram ἔν germanam scripturam nemo ni-
 si vel improbissimus, vel tardissimus, vel in quo sit vtrumque, negaturus est. Ari-
 stolochia (inquit) quæ nomen reperit, id est, consecuta est ab inuenta re, id est ab
 eo quod sit optima parturientibus: inuentor autem herbe rem ipsam reperit ex
 somno: id est fuit admonitus in quiete herbam quandam illa figura ad partus le-
 uandos esse vtilem. Non admodum dissimili ratione nuper Err. Memminus, vir
 clariss. domi suæ mihi ostendit locum apud Cornelium Tacitum lib. 2. annal. à se

emendatum, ibi, Interea pulcherrimum augurium, octo aquilæ, petere siluas, ἔν
 intrare visæ. Imperatorem aduertere: exclamat, irent: sequerentur Romanas a-
 meis, propria legionum numina, ἔν c. Ille igitur nulla litterarum mutatione facta,
 sed diuiso duntaxat vocabulo, quod vnum erat factum ex duobus, sic emenda-
 uit. Interea pulcherr. aug. octo aq. pet. silu. ἔν intrare visæ, imperato rem aduer-
 tere: exclamat, irent, ἔν c. imperato rem aduertere autem, id est, cūm imperatum
 à Casare esset, vel cūm Caesar imperasset, vt rem milites animaduertent, excla-
 mat, ἔν c. Redeo ad M. Tullium. Atque, vt aliud ex alio incidit, lectorem hīc ad-
 monebo, locum illum apud eundem lib. 2. de Nat. deor. nō longè à princip. in no-
 stra editione esse corruptum, in vulgatis emendatum: quod non tam mea, quàm
 operarum, ἔν eorum, qui impressioni præerant, culpa contigit. Nam cūm adno-
 tassent ad oram illius loci, aër, qui maximè frigidus, ἔν c. immo humidus, ex A-
 ristotele: illi eiecta vera voce, frigidus, humidus subliterunt. sed præstat totum
 illum locum ascribere. Ipse verò aër, qui natura est maximè frigidus, minimè est
 expers caloris. Sic habent omnes aliæ editiones, ἔν rectè. nam ex sententia Stoi-
 corum, quam hīc explicat Cicero, aër frigidissimus est: quod testatur Diog. I. aër
 tius in Zenone Citieo. ἔν δὲ τὸ πρὸ τοῦ θερμῶν, τὸ δὲ ὑδρῶν τὸ ὑγρῶν, τὸν δὲ ἀέρα τὸν ὑ-
 γρῶν, τὸν δὲ γῆν τὸν θερμῶν, id est, esse autem aër ignem quidem, id quod calidum est,
 seu calorem: aquam, humorem, aëra frigus, terram siccitatem. Legendum igitur
 apud M. Tullium, vt vulgò, qui natura est maxime frigidus. Eodem libro τὸ ὅτι
 multis antiè versibus, vbi vulgò legitur, Omneis igitur parteis mundi tangā, quæ
 maximo calore fultæ, ἔν c. legendum ex codicib. manuscr. Omnes igitur partes
 mundi (tangam autem maximas) maximo calore fultæ sustinentur. Vnum
 etiam locū addam ex lib. 2. de diuinatione, antequam ad meas parteis reuertar:
 qui, mihi corruptus videtur, vt vulgò legitur. Sic autem legitur, De ipso Roscio,
 potest illud quidè esse falsum, vt circumligatus fuerit angui: sed. vt in cunis fue-
 rit anguis, non tam est mirum, in Selonio præsertim, vbi ad focum angues nundi-
 nari solent. hoc nunquid, me suboffendit. pro eo autè nidulari reponendū puto.
 60. Cūm viuus filio regn.) Rarum exemplum, temporibus illis. nam ἔν pater
 filium, ἔν filius patrem, ἔν frater fratrem regnandi causa interimebat. Itaq; vlu-
 tarchus in Demetrio, ad illum locum, vbi Antigonus Demetrium filium venatu
 redeuntem, cum venabulo ἔν iaculis ad se recipit, eique os ad osculandum præ-
 bet: cūm Antigonus legatis quibusdam, qui tum forte aderant, ἔν iam dimissis,
 reuocati ab eo fuerant, mandasset, vt suis ciuibus renuntiarent, sibi cum filio iam
 bene conuenire, vt eum non metueret armatum: acclamat, οὐτως ἔν πατὴρ διεκο-
 νῶν ἡπὸν ἡ ἀρχὴ, καὶ μὴ σὸν ἀπίστιας, καὶ δεισιφίας, ὡς τε ἀγαλλεσθαι τὸ μέγιστον ἔν Ἀλέξανδρου
 δέξαι δόξων, καὶ τὰ εὐσθῶτα πῶν, ὅπ μὴ φασεῖται τὸ ὑπὸν ἀμαρτυροῦσθαι τὸν ἑαυτοῦ
 πάντοιοι. sequitur paucis post versibus, τὸ ἔν γὰρ ἀδελφοῦ αἰσχροῦ, ὡς τὸν οἱ κοίμῃ τῶν
 τῶν ἀπὸν ματὰ λαμῆ ἀνοισι, οὐτῶν στω εὐχρηστο κοίμῃ ἡ νομιζόμενοι ἀπὸν ματὰ, καὶ βασιλῶν.
 ἔν βασιλείας. i. Ita scilicet omni ex parte imperium consortem, ἔν socium grana-
 tē patitur, ἔν diffidentie ac malevolentie plenum est: adeo vt Alexandri suc-
 cessorum maximus, atque antiquissimus gloriaretur filium suum à se non timeri,
 sed cum lancea ad corpus recipi, atque admitti, ἔν c. sequitur paucis interpositis:

Nam quem admodum geometrae petunt, ut quaedam sibi concedantur, eaque firmant: ita concedebatur, tanquam commune quoddam postulatum iudicio hominum, & regium, regni causa fratres de medio tollere.

61. omn. in Afr. natos praestitisse) verbum, praestitisse, iunxit hic cum accusandi casu: aliis quamuis rarius, cum dandi iungere solet, ut & M. Tullius: idque saepius. Idem Cornelius in vita Pomponij Attici, cum in eam se civitatem contulisset, quae antiquitate, humanitate, doctrinaque praestaret omnibus, & c. Idem in Hannibalem, non est inficiandum, Hannibalem tanto praestitisse ceteros imperatores prudentia, quanto, & c.

HAMILCAR.

Hamilcar¹ Hannibalis filius, cognomine Barcas, Karthaginiensis, ² primo Punico bello, sed temporibus extremis, ³ admodum adolescentulus in Sicilia praesse cepit exercitui. Cum ante eius aduentum & mari & terra male res gererentur Karthaginensium, ipse ubi affuit, numquam hosti cessit, ⁴ neque locum nocendi dedit: saepeque e contrario hostem occasione data lacepsit, semperque superior discessit. quo facto cum pane omnia in Sicilia Pœni amisissent, ⁵ ille Erycem sic defendit, ut bellum eo loco gestum non videretur. Interim ⁶ Karthaginenses classe⁷ apud insulas Aegates⁸ à C. Lutatio consule Romanorum superati, statuerunt belli finem facere, ⁹ eamque rem arbitrio permiserunt Hamilcaris. ¹⁰ Ille etsi flagrabat bellandi cupiditate, tamen ¹¹ paci seruiendum putavit. quod patriam¹² exhaustam sumptibus, diutius¹³ calamitatem belli ferre non posse intelligebat: sed ita, ut statim¹⁴ mente agitaret, si paullum modo res essent ¹⁵ refectæ, ¹⁶ bellum renouare, Romanosque¹⁷ armis persequi, ¹⁸ donec aut virtute vicissent, aut victi¹⁹ manum dedissent. Hoc consilio pacem conciliauit: in qua²⁰ tanta fuit ferocia, ut, cum Catulus negaret se²¹ bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerant, armis relictis, Sicilia decederent: succumbente patria ipse periturum se potius dixerit, quam

quam²² cum tanto flagitio²³ domum rediret. non enim suae esse virtutis, arma à patria accepta aduersus hosteis, aduersariis tradere. Huius²⁴ pertinacia cessit Catulus. At ille, ut Karthaginem venit, multo aliter, ac sperabat, remp. se habentem cognouit. namque²⁵ diuturnitate externi mali tantum exarsit²⁶ intestinū bellum, ut numquam pari in periculo fuerit Karthago, ²⁷ nisi cum deleta est. Primò²⁸ mercenarij milites, qui aduersus Rom.²⁹ fuerant, descuerunt: quorum numerus erat viginti millium. hi totam³⁰ abalienarunt Africam, ipsam Karthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo sunt Pœni perterriti, ³¹ ut auxilia etiā à Rom. petierint, eaque impetrarint. Sed³² extremo, cum propè iam ad desperationem peruenissent, ³³ Hamilcarem imperatorem fecerunt. ³⁴ Is non solum hosteis à muris Karthaginis remouit, cum amplius centum millia facta essent armatorum, ³⁵ sed etiam eo compulit, ut locorum angustiis clausi, plures fame, quam ferro, interirent. omnia oppida³⁶ alienata, in his ³⁷ Vticam, atque³⁸ Hipponem, ³⁹ valentissima totius Africae, ⁴⁰ restituit patriæ. neque eo fuit contentus, sed etiam sineis imperij⁴¹ propagauit. tota Africa⁴² tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse. Rebus his ex sententia peractis, fidenti animo atque⁴³ infesto Romanis, quo facilius⁴⁴ causam bellandi reperiret, ⁴⁵ effecit, ut imperator cum exercitu Hispaniam mitteretur, ⁴⁶ eoque secum duxit filium Hannibalem⁴⁷ annorum nouem. Erat praeterea cum eo adolescens illustris, & formosus, Hasdrubal, quem nonnulli diligenti⁴⁸ turpius, quam par erat, ab Hamilcare, loquebantur. ⁴⁹ non enim maledici tanto viro deesse poterant. quo factum est, ut à⁵⁰ praefecto morum Hasdrubal cum eo vetaretur esse. ⁵¹ Huic ille filiam

manis Erycem non solum in vertice, verum etiam ad radicem montis tenentibus, quemadmodum diximus, Hamilcar urbem Erycenorum cepit: quae sita erat inter montis verticem, et Romanorum castra, ad radicem montis locata: ex quo eueniebat, ut Romani in vertice tenebant, non sine ancipiti discrimine. obsidionem sustinerent, magnoque in periculo versarentur: et rursus Karthaginenses diffidenter resisterent, partim quod hostes instarent: partim quod res ad victum necessariae non facile ad eos supportarentur, tanquam mare ab uno loco, unoque aditu a Rom. contra illos teneretur.

6. Karthaginenses) duce Annone. Polyb. eod. lib. ο δε Λουτιος σιweis τω παρσιας τω περ Αθωνια, κη συλογισαμενος τω δηνοιασ αυτων, αλλαξωω δπο το πικροδ στρατοματος τις αεισος αδρας, επαλασε πορος τω Αγρουσα νησον τω πορος Ε Λιλυβαιμ και μβίλω. και νου ηα. πωρ κω λείσας κτ' τε πορ ε ποτα τω κηρω τας θωα μεις διασαφεις τις κωβρηπτας, ως εσοδης εις τω αυ ετοι ναυμαχιας. i. Lutatius autem cognito Annonis aduentu, et considerato eorum consilio, delectis ex pedestri exercitu viris omnium fortissimis, ad Aegusam insulam nauigauit, ante Lilybaeum sita. Et hic prout tempus postulabat, copis suis aduocatis, gubernatores certiores faciebat, die castino pugnam naualem futuram.

7. apud insulas Aegateis) Αγρουσα appellat Polybius. commemorat Plinius lib. 3. cap. 8. vbi ab aliis Aethusam, ab aliis Aegusam scriptam esse tradit. Aethusam appellat lib. 2. cap. LXXXIX. Pomponius Mela lib. 2. cap. 7. Cariciae et Aegates Romanae clade memorabiles. vbi legendum, fortasse est, Karthaginensi clade, vel Romana victoria. Stephanus, Αγρουσα νησος Διουνης, et c. Lucius Annaeus Florus, seu Seneca, Epitoma rerum Rom. ex T. Livio, lib. 2. de primo bello Punico, Lutatio Catulo consule tandem bello finis impositus apud insulas, quibus nomen Aegates: nec maior alias in mari pugna: quippe commentibus, exercitu, propugnaculis, armis grauis hostium classis, et in ea quasi tota Karthago: quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta, leuis, expedita, et quodam genere castrensis ad similitudinem pugnae equestris, sic ramis, quasi habentis, agebatur: et vel in hos, vel in illos mobilia rostra speciem viuientium ferebant. Ita que momento temporis laceratae hostium rates, totum inter Siciliam, Sardiniamque pelagus suo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de excindendis hostium manibus non quaereretur. Superuacaneum visum est in arcem, murosque sequere, cum iam in mari esset delata Karthago. T. Livius 22. Annal. loquens de clade Cannensi. Nulla profecto alia gens tanta mole cladis non obruta esset. Comparem cladem ad Aegateis insulas Karthaginensium praelio nauali acceptam, qua fracti, Sicilia, ac Sardinia cessere: hinc vectigaleis, ac stipendiarios fieri se passus sunt: aut pugna aduersam in Africa, cui postea ipse Hannibal succubuit: nulla ex parte comparandae sunt. Has insulas quidam significari putant, illo versu lib. 1. an. Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus aras, Dorsum immane mari summo.

8. a C. Lutatio cons.) Polybius hanc pugnam sic describit atque exponit eod. lib. σιωδων δ. (Λουτιος) τας ετοι πολεμων ταις ιπποδρομιασ, αυηχοτο μτ' ανουδης ο ηδη δε πληρωμης ελχερωσ αυ αφερονται τον κηρωλια ταις ελεις, τεχως οπι μιασ εν-

πρωτων ναυω, αυ πωροροι και πεισσε τις πολαμοις τον σολο. οι δε καρχυδονιοι και πδντας τον δεσπολον αυτων ποσκα τεροντας τις βωμοις, και θελο μβοι τις ισους, και ποσκα κωδισαντας κτ' ναυω σραε αυτους, στω εβδον τις υπνηστας. τες ε εκαπρον ποσκα κωδισε ε εναντιου εχουσης δεσπει τη ποδ το Δρεπανοι ηυοδω η ναυμαχιας, και το τειος ε καπρον ε μαχης εικοτς εναπον απετη. βωμοις μβι τω τε ναυπηγιασ και τηληφεσαν, και τε βαρη παντα χωλεσ εβω πορος τω ναυμαχιασ εβπηδωτων δεσπει ητο. τε δε πληρωματα συκροπημωα δεσ φερούσαν αυτοις τω χρειασ παρειχοτο. τις τε βηθεαπας και εκοσμεσ αδρας α ποσκα κωδισε εη ηδη πικικων εχαπο πεδω ειχο. περ δε τις καρχυδονιοις παυα πια. τευτων υπηρχε. αι μτ' ηεσ γε μουσαμ, δουρησως δε και ιπο πορος η κηδωων. τε η πληρωματα τελωσ τω αυ ασκητια κη πορος η καιρον εμβεβλημωα. τε η βηθεαπκω γεοσ ηκοα, κη ποροποπιεα πασος και κοπα εχιασ, και παωτς εχιοδ. δεσπε τω μηδεποτ αυ εη τις βωμοις ελποισα τησ τελαπης αυπηνησασ ετμ, και πορονησαν τις ωληρωρον ηδη ναυπηκωθ δωωαμεω. τειπορω αμα τω συμβαλειν κη πολα μερι τησ μαχης λαπυμωοι τεχως ελειφθησαν, κη πενηκοντα μτ' αυτων καις και τεδωσαν, εβδωμωοτα εδ αλωσαν αυτασ ποι. το η λοιπον πληθοσ ε ποσκα κωδισε τις ισους, κη και πορωσαν αυησ απηχωρη πορος τω ιερω νησον. i. Conspicatus autem hostium nauis Lutatius velis passis correnteis, altum petebat et ipse contra properet. Quoniam porro naues Romanorum expeditae, validaeque ac peritis remigibus ornatae atque instructae, fluctum facile ferre poterant: celeriter nauibus ordine explicatis, classem dispositam atque instructam obuersis in hosteis proris collocavit. Karthaginenses autem cum vidissent navigationem suam ab hostibus occupantibus cohiberi, atque impediri, demissis velis, et inter se perquamque nauem cohortati, cum hostibus conflixerunt. Quia autem errorumque naualis apparatus contrarium in modum instructus erat; atque in praelio nauali Drepanensi fuerat: nemini mirum videri debet, si utriusque pugnae contrarius euentus fuit. Nam Romani nauium apte fabricandarum rationem comprehenderant, et nauis suas, exceptis rebus ad pugnam naualem vtilibus ac necessariis, omnibus oneribus releuarant. Tum instrumenta nautica accurata, et remiges ad remigandum eruditi atque exercitati, longae dissimilem ac facilitate eis usum praebant: et milites ex uniuerso pedestri exercitu dilectos; viros aereis, neminique cedentis, in nauibus habebat. Karthaginensibus autem omnia contraria suppetebant. Nam primum naues oneratae ad periculum erant ineptae, atque impeditae: deinde remiges erant in exercitati, et subito in nauibus impositi: postremo milites modo collecti fuerant, et nunc primum incipiebant omnium rerum asperarum atque incommodarum periculum facere. Propterea autem quod sperauerant, Romanos numquam posthac amplius rem maritimarum sibi vendicatueros, contempta eorum inscientia, classis apparatus neglexerant. Itaque simul ut concurrerunt, cum multis in pugnae partibus inferiores essent, cito superati sunt. Et quinquaginta quidem eorum naues mersae fuerunt, septuaginta vero una cum viris captae: reliquae autem velis factis ventum secundum nocte in sacram insulam reueterunt.

9. eamque rem arbitrio permis.) Polybius ibid. οι δε καρχυδονιοι πορος πωσους αυπεις α πορος δω κη τας ηησ, ταις μτ' ορμας, και ταις φιλοπημιασ ακημω ε πομια πολεμω νησω. τις η λορισμωις δεσηπορω. ου τε τω χρυχιη εη ταις εη. Σικαλια δωωαμεω οιοι το ηε εη. ll 3

Lycurgi, est acutum, & sententiosum, qui ea sola certamina non vetabat, in quibus manus non datur seu porrigitur. Idem Lacon. apophth. μόνα δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπέτρεπε αὐτῷ τοῖς πολίταις ἀγωνίζεσθαι, ὅπου ἢ χεῖρ ἢ ἀσπίδιον ἐπέθετο ὡς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσε, μὴ δὲ τῶν ἐν τῷ ποταμῷ ἀπαυδαῖν ἐξίχηται. i. Cum autem haec sola certamina civibus Lycurgus exercere permitteret, in quibus manus non porrigitur: quaesivit quidam ex eo rationem. ille autem, nequis, inquit, eorum inter laborandum defatigari assuescat. Omnino malim legi, manus dedissent: atque ita edi iussissem, nisi doctus quidam, idemque amicus meus, dissuasisset.

20. tanta fuit ferocia) Hamilcar scilicet: id est, ut dicunt Graeci, τοσοῦτον φρόνημα ἔδειξεν, ὡς τὸ μέγιστον ἐφρόνησε, tam fuit ferox, taleis ac tantos spiritus gessit, tantum animi habuit. Ferox enim significat elatum, animosum, superbum, non, ut vulgus putat, ferum, aut agrestem, aut inhumanum, aut crudelem. Cicero contra Rullum, Campana ferocia. Idem in Catone Maiore, ferocia iuuenum. Horat. lib. I. oda XXXV. & Latium ferox. Sallust. de bello Catilin. in extr. de Catilina, paullulum adhuc etiam spirans, ferociamque, quam habuerat viuis, in vultu retinens. Itaque nuper risi quaedam, suo, & sui similitudine iudicio magnam librorum Graecorum interpretem, qui ἀρσιμολογία vertit apud scriptorem quandam Graecam, ferocios esse: quia interpretatione nihil insulsum, aut ἀρσιμολογία dici potest. Verum hac de voce plura dicta sunt in commentariis Horatianis.

21. bellum compositurum) sic saepe alias locutus est Cornelius, & item alij.

22. cum tanto flagitio) cum tanta turpitudine, cum tanto dedecore. flagitium est enim quicquid dedecus affert, & cum probro coniunctum est, ut arma abiicere, fugere in praelio, locum non tenere, & simil. quod notauimus alibi.

23. domum rediret) cur non dixit, quam cum tanto flagitio domum rediturum? licebat & illo modo loqui, sed hoc maluit scilicet, quia licet viroque, ut notat Priscianus. Sed quod ad rem attinet, nusquam hac de re quicquam legi, apud Polybium certe nullum verbum, quod meminerim.

24. pertinaciae) proprie. pertinax enim a voce, tenax, & particula per, dictus est, quia valde teneat. Quamquam Nonius docet, pertinaciam semper esse rerum maliarum: periuicaciam, interdum bonarum: quod ut probet, citat testem Accium in Myrmidonib. cuius sunt hi versus:

Tu pertinaciam esse Archilochē hanc praedicās:
Ego periuicaciam aio, & a me vti volo.
Nam periuicacem dico me esse, & vincere
Perfacile patior: pertinacem nil moror.
Haec forte is sequitur: illam indocti possident.

Tu addis quod vitio est, demis quod laudi datur. Legendum autem in tertio versu, dico me esse, non, ut vulgo legitur, dicis me esse.

25. diuturnitate externi belli) Polybius eod. lib. μὲν δὲ τὰς διαλύσεις τῶν πόλεων, ἴδιον ἔστιν ἐπιφέρειν αὐτῶν ἀποπέρας συνέβη παρὰ τὴν ἐξέλιξιν τοῦ πολέμου ἐμφύλιος ῥαυμαίους μὲν ὁ πόλεος τοῖς ἐσθλοῖς καλοῦμενοις, & c. καὶ ῥηθὲν τοῖς δὲ καὶ τῶν ἀποπέρας ἢ μικροῖς, οὐδὲν ἀκαταφόρον τὸ πόλεος τοῖς ἐξένοις, καὶ τοῖς νομαδίαις, καὶ τοῖς ἀμαπύτοις ἀποσταταῖς ἄλλοις, ὡς πολλοῖς, καὶ μεγάλοις ἰσομύαιαις πόλεοις, τέλος οὐ μόνον ἑστὶ τῶν χεῖρας ἐκκαταλύσασθαι.

ἔδωκεσαν, ἀλλὰ καὶ πάλιν αὐτῶν, καὶ τὰς τῶν περὶ τοῦ ἐδάφους: i. bello autem hoc composito, & hac transactione facta, proprium quoddam & consimile vrisque incommodum accidit. excepit enim bellum domesticum & civile, Romanos quidem id, quod aduersus Faliscos gestum est, & c. Karthaginienſis verò id, quod aduersus peregrinos, & Numidas, eosque, qui vna cum his defecerant, Afros: in quo multis & magnis terroribus percussi, ad extremum in discrimen venerunt non solum agri Karthaginienſis, verum etiam salutis, & soli patrij. Huius autem belli principes, atque auctores. fuerunt Spendius, genere Campanus, fortuna seruus: & Matho, genere Afer, & Autaricus Gallus. Sed operæ pretium est, vnde hoc bellum domesticum natum sit, ex Polybio cognoscere, ut, quando nos Galli his infelicibus temporibus, (talía enim sunt) salutem nostram tot exemplis domesticis docti negligimus, saltem posteris nostris ex alienorum commemoratione consulamus. Narrat igitur Polybius lib. I. Karthaginienſis primùm in eo peccasse, quod tantam, & ex tam dissimilibus ac variis gentibus conflata externorum militum multitudinem conducere solerent. Quamuis enim eò rectè facere videri possent, (inquit ille) quod non facile tam multiplex, & varia multitudo conspirare aduersus imperatorem, aut Karthaginienſis poterat, & facilius suis ducibus pareret: tamen eò peccare reperiuntur, quod, si forte in castris seditio oriretur, non facile poterat imperator militum animos verbis mulcere, utpote qui efficere non posset, ut ab omnibus intelligeretur, cum alij essent Hispani, alij Galli, alij Ligures, alij Bataeares, nonnulli etiam Graeci. Alterum fuit eorum peccatum, quod tantam multitudinē in vno locū conuenire bello finito passi sint, neque certas exercitus partes, ac nationes separatis ac diuersis temporibus domū dimiserint: cui rei prouiderat Gesco, si eius consilium sequi voluissent Karthaginienſes. Nam quod verebatur, ne, si tanta multitudo simul, & vno tempore in Africam ex Sicilia transportaretur, res nouas moliretur: praesertim cui magna, & multorum mensium stipendia deberentur: neque facilius, aut expedita, propter inopiam aerarij, futura esset solutio: prudentissimè operam dederat, ut alij domum essent antè dimissi, quam alij in Africam peruenissent. Sed Karthaginienſes partim negligentia, partim aerarij, quod bello diuturno exhaustum erat, inopia coacti, non solum copias illas paulatim non dimiserunt, sed vniuersas in urbem venire, ut eis simul stipendia persoluerentur, iusserunt. vbi cum aliquandiu commorati essent, dum omnes conuenirent: cumque noctu & interdum plurima maleficia à militibus admitterentur, maximæque iniuria quotidie ciuitati inferreretur, quas persequi ciues non auderent, licentiam, & petulantiam militare pertimescentes: cognouerunt tandem, iudicium sibi, prudentiamque in recipiendis in urbem militibus defuisse, donec reliqua multitudo ex Sicilia conueniret: quod quamuis illi diligenter fecissent, aliquantumque pecunia, quam interea dum reliqua multitudo aberat, militibus praesentibus dinumerarent, ut equiore animo moram ferrent, à populo accepissent: releuati tamen Karthaginienſes malo praesenti ad breue tempus fuerunt, non in perpetuum liberati. Tertium populi peccatum fuit, quod, cum milites impedimenta sua, & res carissimas Karthagine relinquere vellent, quasi sti-

pendiorum integrorum accipiendorum gratia eò reuersuri, hoc ille vetuit, sperans, se facilius militum onere defuncturum, si nihil ab eis in vrbe relictum esset, quod eos ad reditum inuitaret. in quo vehementer errauit. Nam debebat potius res eorum carissimas apud se retinere, vt essent populo, si tempora ita ferrent, vt re vera tulerunt, illorum continentia, & abstinentia, & officij obsides. Itaque cum in vrbem Siccam omnes conuenissent: stipendia, & munera (donatiua appellat alij, in his Cornelius Tacitus) quae olim duces, vt eos ad fortiter pugnandum excitarent (vt fit) polliciti erant, arroganter & ferociter postulabant, multoque etiam maiora expectabant, atque adeo flagitabant: quos cum sua spes fefellisset, Hannoneque ad eos missus, non modo stipendia integra, & congiaria non attulisset, sed multa etiam de aerarij angustijs miserabiliter, & queribundè locutus esset, ab eisque, vt de stipendijs promissis aliquid remitterent, & condonarent, petiuisset: tum strepitus ingens, & seditio horribilis coorta est, omnesque milites correptis armis, Hannone contempto, ceterisque ducibus pro nihilo habitis, Karthaginem versus infestis animis, signisque contenderunt. Cetera longum sit referre. Sed haec sunt huius intestini belli, quod Karthaginem propè funditus deleuit, initia. Ex quibus intelligere licet, quod & alij tradiderunt, & ego alibi attingi, quam sit periculosum cum omni reip. administrandae formae, tum maxime singulari potentiae, vt huic regno, vti praesidio, & exercitu externo. Nam praeter illud ingens & extremum omnium malorum, bellum domesticum, atque intestinum, quod ex diuturno bello externo, conductitijs copijs administrato, nascitur: primum ingens pecuniae vis in milites externos insumitur, quam illi bello finito secum è nostra Gallia, exhaustis fisco, exhaustis priuatorum oculis exportant. deinde non possunt simili animi alacritate conductitijs milites pro regni incolumitate, Galliaeque salute decertare, atque ciues. Praeterea non sine periculo eis creditur. Accidere enim potest, vt maiore pecunia ab aduersarijs ostentata ac promissa, sese repente ad illos conseruant, victoriamque illis adiudicent. Praeterea si quod flagitium militare admittant, vt credibile est, non facile in eos animaduerti potest. Tum vero regnis Gallicum sit quodammodo nationibus illis, quarum praesidio, & subsidio rex vti cogitur, vectigale & stipendiarium, seu potius tributarium. Praeterea alienantur à principe ciuium animi, cum videt, maiorem fidem haberi alienigenis, quam sibi: se spoliari, atque exhauriri, suaque diripi: illos ornari, ac locupletari. Praeterea non contenti illi interdum suis stipendijs, vrbeis & agros Galliae diripiunt, atque expilant. Postremo, cum accidere possit, vt bellum repente nobis ab hoste externo, & finitimo inferatur, hoc est, non sit ante indictum, neque denuntiatum, & ita praeter spem, opinionemque nostram, & nobis imparatis, hostes in fineis regni irrumpant, illorum autem, quos conducere solemus, quorumque ope nitimur, & confidimus, aduentum, auxiliūque expectare longum sit: ciues in arte militari non exercitati, neque armis assueti iniuriam externam repellere nequebunt. Ita poterit in sum mum discrimen respublica peruenire, vt pote & à subsidio externo nuda, atque vacua: & domestico praesidio non satis instructa. Haec ferè ad verbum expressa sunt ex Cl. Seiselli, viri sapientissimi, & reip. administrandae peritissimi, qui multos annos Regi Lodouico XII. in consilio affuit, libro, qui Mo-

narchia Franciae inscribitur: Quae vti nam qui hodie in consilio regibus nostris adfuerunt, diligenter cogitarent, & considerarent. Quamquam his temporibus longè grauiora & horribiliora nos vrgent mala, partim ex priuatis nobilium & principum inter se inimicitijs, partim ex discidio religionis orta: quae faxit Deus optimus, maximus, vt, si non in toto orbe terrarum, at certè in nostra Gallia, sit simplex, & vna, eaque antiqua, & καθεληνη, & nobis à D. Petro, ceterisque Christi apostolis per manus tradita. Hoc si nobis contingeret: tot, ac tantis malis intestinis non laboraremus. Itaque cum ad hanc vitā typographus peruenisset, & quo die hoc scriberem, qui dies erat sub initium mensis septembris, anno CIO. IO. LXVIII. eo die audiebam, & costans ferè erat fama, regem nostrum Christianiss. Karolum IX. superioribus legibus de publico duarum religionum cultu permittendo, quas temporibus coactus scripserat, antiquatis, & sublatis, aliam prope diem sanciturum: per quam nemini, qui imperio suo subiectus sit, liceat aliam religionem profiteri, aut colere, quam quae sit à suis maioribus & superioribus Galliae regibus culta, & seruata. Omnino videbatur plerisque absurdum, (loquor vt historicus, non vt theologus, homo theologiae ignarus) homines sub vno rege viuenteis, & magistratus atque honores sibi à rege mandatos in sua patria obrinenteis, aliam religionem, quam quae à rege colitur, & probatur, profiteri. Nonnulli tamen dicebant, regem hoc non facturum, temporibusque, quod sapientes solent, cessurum. Verum tamen, cum, vt praclare ab illo diuino vate, eodemque rege scriptum est, cor regis in manu dei sit: credibile est, regem nihil nisi sapienter, & ex vtilitate, ac salute reip. edicturum, atque acturum.

26. intestinum bellum) sic M. Tullius pro domo sua, & item alibi: vt lib. XI. epist. ad familiares, epistola XXIII. qui (D. Brutus) vti nam iam adesset. Intestinum vrbis malum, quod est non mediocre, minus timeremus.

27. nisi cum deleta est) Secutus sum exempla multo omnium antiquissima, quae sic habent. Nam alia habent, deserta est: non tamen omnino male deserta est enim valet, vastata, & cultoribus orbata est, ἡρημισθη. Polybius, quod supra retulimus. τέλος δὲ (inquit) οὐ μόνον τὰς τῆς χώρας ἐκινδύνωσεν, ἀλλὰ ἔτι καὶ τῶν αὐτῶν, καὶ τῆς τῆς πατρίδος ἐδέεοις. i. ad extremum autem in discrimen venerunt, non solum regionis, & finium, sed etiam soli patrii. Suprà autem proximè omnes libri habent, vt numquam pari periculo fuerit, quo modo edendum curant, sine praepositione, in. Licebat tamen eam adhibere, hoc modo, vt numquam pari in peric. f.

28. mercenarii) conductitii milites: Hispani, Nomades, Afri, Ligures, Galli, Graeci, & c.

29. fuerant) quidam legi volunt, iuerant.

30. abalienauerunt) à Karthagine.

31. vt auxil. etiam à Rom. & c.) Hac de re nullum apud Polybium verbum: nisi forte illud ipsum est, quod narrat ille non longè ab extr. lib. I. de Hierone, & Romanis. Sed praestat eius verba ascribere. οἱ δὲ καὶ ῥηδόνι ἀεικλεῖσθαι πάντα χόρη, ἡμῶν καὶ ζῶντο κατὰ φύσιν ἕντι τῆς συμμαχίας πρὸς αὐτῶν δὲ Ἰέρων ἀεὶ μὲν καὶ τῶν ἑσπερῶν τὸ πᾶν μὲν μέγα λυ εἰς τῆς τοῦ ἀποδύω εἰς πᾶν τὸ ἀποκαλύψον ἕντι αὐτῶν.

ἡδονοίς, καὶ ἑτάδμοις, αὐτῶν δούλους, οὗ τὸν δευτέρου ὠμοῦς διεφθάρκει, λαθῶν ἐν κωμῶσι
στοίς αὐτοῖς. ἢ τὸν δὲ μὲν Ἀντίοχος ἐλεγχθέντα δυνάως ἀνιστάμενος διεφθάρκει. Ἔ. c. i. Hasdru-
balem autem, Hispania ea, quæ sub Karthaginienſium ditionem ſubiuncta erat,
his condicionibus conſtituta, ſeruus homo, cuius dominum crudeliter ille interfe-
cerat, venantem clam interficit. Atque hunc quidem Hannibal conuictum fœdè
verberatum, & malè mulcatum interemit, Ἔ. c. Ad quos accedit Ἔ. T. Linius
lib. 21. Annal. Ceterum nihilo ei pax tutior fuit. Barbarus enim eum quidam pal-
lâm ob iram interfecti ab eo domini obruncavit: comprehenſus que à circumſtan-
tibus, haud alio, quàm ſi euafiſſet, vultu, tormentis quoque cùm laceraretur, eo
fuit habitu oris, ut ſuperante lætitiâ dolores, ridentiſ etiam ſpeciem præberit.

59. Hannibal ab exercitu, Ἔ. c.) Appianus deinceps poſt illa verba, quæ mo-
dò retulimus. ἢ ἑρατία δὲ τῶν Ἀντιόχου, καὶ τῶν ἑτα κωμῶν ἰστοῖ, ἀφ' ἑσποντα δ' ἰσχυρῶς, ἑρα-
τιῶν ἀπὲς ἔχεν αὐτῶν ἢ καὶ ἑταδίων βουλήν αὐτῶν. i. Exercitus autem occiſo Haſ-
drubale, Hannibalem, quæmuis peradoleſcentulum, valde tamen gratum atque
acceptum, imperatorem declarauit, idque Karthaginienſis ſenatus comprobauit.
Sed hac de re ſuo loco dicemus in Hannibale.

60. magnas res ſecunda geſſit fort.) proinde quaſi dicat, magnas res geſſit vir-
tute duce, comiſe fortuna. Hæc enim duo debent ineſſe in præſtanti, Ἔ. omnibus
ſuis partibus perfecto imperatore.

61. in Italiam bellum inferre) al. Italiæ bellum inferre: quo modo loquun-
tur potius alij boni ſcriptores.

62. in prælio) ſuprà hoc idem ex Polybio cognouimus, quamquam populos il-
los non nominat.

63. Vectones) Hispaniæ populos. Plin. lib. 3. cap. 3. Appianus Ἰβηρ. nomine ge-
neris Ἰβηρας appellat. Sic enim ille. καὶ τῶν Ἰβηρας ἀγροθῶν, οἱ μὲν Ἰβηρας αὐτοῖς ἑπι-
δραμόντες, αὐτῶν τὴν Βαρκίαν, ἢ πολὺ πλῆθος ἀμυνομένων ἐπ' αὐτῶν, διεφθάρκει. i. ordine
perturbato ἔ. diſſoluto, Hispani in eos impetu facti, ἔ. Barcam ipſum, ἔ. ma-
gnam multitudinem eius ſeruandi cauſâ pugnantium occiderunt.

64. occiſus eſt) Non eſſe hunc Hamilcarem illum, qui in bello Karthaginienſi,
cùm Syracuſas oppugnaret, ἔ. ſe iamiam vrbe potiturû ex quodâ ſomnio, ἔ. va-
ticinio ſperaret, a Syracuſanis, multis ſuorum amiſiſ, captus, ἔ. ab illis peſſimè
mulcatus, ἔ. contumelioſè necatus interiit, quamuis lector non omnino in hac
hiſtoria peregrinus, per ſe intelligat, tamen vel memorem monere viſum eſt. Som-
nium autem illud exſtat apud M. Tull. lib. 1. de diuinatione, ἔ. apud Diodo-
rum lib. 20.

65. Huius perpetuum erga Rom.) Hæc idem diſertè tradit Polyb. lib. 3. erga Ro-
manos autem, pro aduerſus, ſeu contra Romanos, obſeruandum loquendi genus
eſt: quo genere ſuprà uſus eſt Nepos, ut admonuimus. ſic ἔ. in Hannibale infrâ.

66. concitaſſe) conſ. uiſſe, commouifſe, ἔ. ut loquitur Linius, conciuifſe.

67. Namque Hannibal filius eius) hac de re mox in Hannibale. De patris au-
tem Hamilcaris in Rom. implacabili odio non vno loco exponit Polybius lib. 3.

68. Romanos experiri) Romanos periclitari, id eſt periculum facere virtutis ἔ.
potentiæ Romanorum: cum Romanis de imperio certare. M. Tullius lib. 2. de Di-
uinatione

uinatione vtrumque verbum coniunctim poſuit, periclitari, ἔ. experiri, ibi, qua-
dringenta, ſeptuaginta quinque millia annorum in periclitadis, experiuendis que
pueris, quicumque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, ἔ. c.

HANNIBAL.

Hannibal Hamilcaris filius, Karthaginienſis. ¹ Si ve-
rum eſt, quod nemo dubitat, ut populus Rom. omneis
genteis virtute ſuperarit: nõ eſt inſitiandû, Hannibalem tã-
to ² præſtiſſe ceteros imperatores prudentiâ, quãto Populus
R. ³ antecedit fortitudine cunctas nationes. nam quotieſcum-
que ⁴ cum eo congreſſus eſt in Italia, ſemper ⁵ diſceſſit ſupe-
rior. ⁶ quod niſi domi ciuium ſuorum inuidia debilitatus eſ-
ſet, ⁷ Romanos videtur ſuperare potuiſſe. ſed ⁸ multorum ob-
treſtatio deuicit vnius virtutem. Hic autem ⁹ velut heredi-
tate relictum odium paternum ¹⁰ erga Romanos ſic confir-
mauit, ut prius animam, quàm id ¹¹ depoſuerit: qui quidem
cùm patria pulſus eſſet, ἔ. ¹² alienarum opum indigeret,
numquam deſtiterit animo bellare cum Romanis. nam ut
omittam ¹³ Philippum, quem abſens hoſtem reddidit Roma-
nis: omnium hiſ temporibus potentiſſimus rex ¹⁴ Antiochus
fuit. ¹⁵ hunc tanta cupiditate incendit bellandi, ut ¹⁶ uſque à
rubro mari arma conatus ſit inferre Italiæ. ad quem cùm le-
gati veniſſent Romani, ¹⁷ qui de eius voluntate explora-
rent, darẽntque operam conſiliis clandeſtinis, ¹⁸ ut Hanniba-
lem in ſuſpicionem regi adducerent, tamquam ab ipſis cor-
ruptum, alia, atque antea, ſentire: neque id fruſtra feciſſent,
idque Hannibal comperiſſet, ſeque ab interioribus conſiliis
ſegregari vidiffet: ¹⁹ tempore dato ²⁰ adiit regem, eique cùm
multa de fide ſua, ἔ. odio in Romanos commemoraffet, hoc
adiunxit: ²¹ pater, inquit, meus Hamilcar puerulo, ut pote
non amplius nouem annos nato, in Hispaniam imperator

proficiscens *Karthagine*, Ioui optimo maximo hostias immolauit. quæ diuina res²² dum conficiebatur, quasiuit à me, uellemne secum²³ in castra proficisci.²⁴ Id cum libenter accepissem, atque ab eo petere cepissem,²⁵ ne dubitaret ducere: tum ille, faciam, inquit, si fidem mihi, quam postulo, dederis. simulque ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat: eamque, ceteris remotis,²⁶ tenentem iurare iussit, numquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego iusiurandum patri datum usque ad hanc diem ita conseruauit, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus. quare²⁷ siquid amicè de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris, si me celaris. cum quidem bellum parabis,²⁸ te ipsum frustraberis, si non me in eo²⁹ principem posueris. Hac igitur aetate cum patre in Hispaniam profectus est:³⁰ cuius post obitum³¹ Hasdrubale imperatore³² successore, equitatu³³ omni praefuit. hoc quoque³⁴ interfecto, exercitus³⁵ summam imperij ad eum detulit. ³⁶ id *Karthaginem* delatum, publicè comprobatum est. Sic Hannibal³⁷ minor quinque & viginti annis natus, imperator factus proximo triennio³⁸ omnem gentem Hispanie bello subegit. ³⁹ Saguntum, foederatam ciuitatem, ⁴⁰ vi expugnauit. ⁴¹ tres exercitus maximos comparauit. ⁴² Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. ⁴³ saltum Pyrenæum transit. quacunque iter fecit, ⁴⁴ cum omnibus incolis conflixit. neminem, nisi uictum, dimisit. Ad Alpeis posteaquam uenit, ⁴⁵ quæ Italiam ab Gallia seiungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum, ⁴⁶ praeter Herculem Graium, transierat: quo facto is hodie⁴⁷ saltus Graius appellatur. ⁴⁸ Alpico conanteis prohibere transitum concidit, loca⁴⁹ patefecit, itinera muniit, ⁵⁰ ef-

fecitque, ut eà elefantus⁵¹ ornatus ire posset, quæ antea unus homo inermis uix poterat reperere. hæc copias traduxit, in Italiamque⁵² peruénit. ⁵³ Confluxerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipione consule, eumque pepulerat. ⁵⁴ cum hoc eodem de Clastidio apud Padum⁵⁵ decernit: ⁵⁶ saucium inde ac fugatum dimittit. tertio idem Scipio cum collega⁵⁷ Ti. Longo ad Trebiam aduersus eum uenit. cum his⁵⁸ manum conseruit: ⁵⁹ utrumque profligauit. Inde⁶⁰ per Ligures⁶¹ Apenninum transit, petens Etruriam. hoc itinere⁶² ad eum graui morbo afficitur oculorum, ut postea numquam dextro aequè bene usus sit. qua ualitudine cum etiam premeretur, lecticaque ferretur, C. Flaminium consulem⁶³ apud Trasimenum cum exercitu⁶⁴ insidiis circumuentum occidit. neque multo post⁶⁵ C. Centenium, ⁶⁶ praetorem, ⁶⁷ cum delecta manu⁶⁸ saltus occupantem. Hinc in Apuliam peruénit. ⁶⁹ Ibi obuiam ei uenerunt duo consules, ⁷⁰ C. Terentius Varro, & L. Paullus Aemilius. ⁷¹ Vtriusque exercitus uno proelio fugauit. ⁷² L. Paullum consulem occidit, & aliquot praeterea consulareis. In his⁷³ Cn. Seruilius Geminus, qui anno superiore fuerat consul. ⁷⁴ Hac pugna pugnata, ⁷⁵ Romam profectus est nullo resistente. ⁷⁶ in propinquis urbis montibus moratus est. cum aliquot ibi dies castra habuisset, & reuerteretur Capuam: ⁷⁷ Qu. Fabius Maximus, dictator Rom. in agro Falerno ei se obiecit. Hinc⁷⁸ clausus locorum angustiis, noctu sine ullo detrimento exercitus⁷⁹ se expediuit. Fabio⁸⁰ callidissimo imperatori⁸¹ uerba dedit. namque⁸² obducta nocte sarmenta in cornibus iumentorum deligata incendit, eiusque generis multitudinem magnam⁸³ dispersalam immisit. ⁸⁴ quo repentino obiectu uiso tantum terrorem iniecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum memo-

sit ausus. Hanc post rem gestam non ita multis diebus⁸⁵ M. Minucium Rufum, magistrum equitum,⁸⁶ pari ac dictatorem imperio,⁸⁷ dolo perductum in praelium,⁸⁸ fugauit. T. Sempronium Gracum⁸⁹ iterum consulem in Lucanis absens⁹⁰ in insidias inductum sustulit.⁹¹ M. Claudium Marcellum, quinquies consulem, apud Venusiam pari modo interfecit. Longum est enumerare praelia. Quare hoc unum satis erit dictum, ex quo intelligi possit quantus ille fuerit.⁹² Quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie restitit, nemo aduersus eum post Cannensem pugnam in campo castra posuit. Hic inuictus patriam defensum⁹³ reuocatus, bellum gessit aduersus P. Scipionis⁹⁴ filium,⁹⁵ quem ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugauerat. Cum hoc⁹⁶ exhaustis iam patriae facultatibus cupiuit⁹⁷ in praesentiarum⁹⁸ bellum componere, quo ualentior postea⁹⁹ congregederetur.¹⁰⁰ In colloquium conuenit,¹⁰¹ condiciones non conuenerunt. Post id factum paucis diebus apud Zamam cum eodem conflixit, pulsus (incredibile dictu) biduo & duabus noctibus¹⁰² Adrumetum peruenit: quod abest à Zama circiter millia passuum trecenta. In hac fuga Numidae, qui simul cum eo ex acie excefferant, insidiati sunt ei: quos non solum effugit,¹⁰³ sed etiam ipsos oppressit. Adrumeti reliquos ex fuga collegit.¹⁰⁴ nouis delectibus paucis diebus multos contraxit. Cum in apparando acerrime esset occupatus, Karthaginenses¹⁰⁵ bellum cum Romanis composuerunt. Ille¹⁰⁶ nihilo secius exercitui postea praefuit,¹⁰⁷ resque in Africa gessit: itemque Mago frater eius, usque ad P. Sulpicium, C. Aurelium consules.¹⁰⁸ His enim magistratibus legati Karthaginenses Romam uenerunt, qui senatui, populoque Rom. gratias agerent, quod¹⁰⁹ cum

his pacem fecissent, ob eamque rem corona aurea eos donarent: simulque peterent,¹¹⁰ ut obsides eorum Fregellis essent, captiuoque redderentur. His ex senatusconsulto responsum est, munus eorum gratum, acceptumque esse: obsides quo loco rogarent, futuros: captiuos non remissuros, quod Hannibalem, cuius opera susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano, & nunc cum imperio apud exercitum haberent, itemque fratrem eius Magonem. Hoc responso Karthaginenses cognito, Hannibalem domum, Magonemque reuocarunt. Hic, ut rediit,¹¹¹ praetor factus est, postquam rex fuerat, anno secundo & uicesimo. Vt enim Romae consules, sic Karthagine quotannis annui bini reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal praebuit, ac fuerat in bello.¹¹² namque effecit, ex nouis uectigalibus non solum ut esset pecunia, qua Romanis ex foedere penderetur, sed etiam¹¹³ superesset, qua in erario poneretur. Deinde anno post praeturam,¹¹⁴ M. Claudio, L. Furio Coss. Romani legati Karthaginem uenerunt. Hos Hannibal sui¹¹⁵ exposcendi gratia missos ratus, prius quam his senatus daretur,¹¹⁶ nauem conscendit clam, atque in Syriam¹¹⁷ ad Antiochum profugit. Hac repalam facta Paeoniae nauis duas, qua eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt. bona eius publicarunt, domum¹¹⁸ à fundamentis dissecerunt, ipsum exsulem iudicarunt. At Hannibal anno tertio, postquam domum profugerat,¹¹⁹ L. Cornelio, Q. Minucio Coss. cum quinque nauibus¹²⁰ Africam accessit in finibus Cyrenaeorum, si forte Karthaginensis ad bellum, Antiochi spe, fiduciaque, inducere posset: cui iam persuaserat, ut cum exercitibus in Italiam profisceretur. Huc¹²¹ Magonem fratrem exciuit. Id ubi Paeoni rescuerunt,

Magonem¹²² eadē, qua fratrem, pœna, affecerunt. Illi desperatis rebus¹²³ cū soluissent naucis, ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum peruēnit. de Magonis interitu duplex memoria prodita est. namque alij naufragio, alij à seruis ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt.¹²⁴ Antiochus autem si tam¹²⁵ in agendo bello parēre uoluisset consiliis eius, quā in suscipiendo instituerat, propius Tiberim,¹²⁶ quā Thermopylas, de summa imperij dimicasset. quem etsi multa stultē conari uidebat, tamen nulla deseruit in re. Præfuit paucis nauibus,¹²⁷ quas ex Syria iussus erat in Asiam ducere, hisque aduersus Rhodiorum classem¹²⁸ in Pamphylia mari confligit. in quo cū multitudinem aduersariorum sui superarentur.¹²⁹ ipse, quā rem gessit, fuit superior. Antiocho fugato, verens, ne dederetur, quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem, Cretā¹³⁰ ad Gortynios uenit, ut ibi, quō se conferret, consideraret. Vidit autem uir omnium¹³¹ callidissimus, magno se fore in periculo, nisi quid preuidisset, propter auaritiam Cretensium. magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat¹³² exisse famam. Itaque capit tale consilium. amphoras complureis complet plumbo: summas operit auro & argento. has Gortyniis presentibus deponit¹³³ in templo Diana, simulans se suas fortunas illorum fidei credere. His in errorem ductis, statuas ancas, quas secum portabat, omnes sua pecunia complet, easque¹³⁴ in propatulo domi abiicit. Gortynij templum magna cura custodiunt, non tam à ceteris, quā ab Hannibale, ne quid ille, inscientibus illis, tolleret, secūmque portaret. Sic conseruatis suis rebus, Pœnus, illis Cretensibus omnibus, ad¹³⁵ Prusiam in Pontum peruēnit: apud quem eodem animo fuit¹³⁶ erga Italiam, neque aliud quicquam egit, quā re-

gem armauit, & excitauit aduersus Romanos. Quem cū uideret domesticis rebus¹³⁷ minus esse robustum, conciliabat ceteros reges, adiungebatque bellicosas nationes. Dissidebat ab eo Pergamenus rex¹³⁸ Eumenes, Romanis amicissimus, bellūmque inter eos gerebatur & mari & terra: quo magis cupiebat, eum Hannibal opprimi. sed¹³⁹ utrobique Eumenes plus ualebat propter Romanorum societatem: quem si remouisset, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. ad hunc interficiendum talem inuit rationem. Classe paucis diebus erant decertaturi. superabatur nauium multitudine.¹⁴⁰ dolo erat pugnandum, cū par non esset armis.¹⁴¹ imperauit quamplurimas uenenatas serpenteis uiuas colligi, easque in uasa fictilia conici. Harum cū¹⁴² confecisset magnam multitudinem, die ipso, quo facturus erat nauale prœlium, classarios conuocat, hisq; præcipit, omnes ut in unam Eumenis regis concurrant nauem, à ceteris¹⁴³ tantūm satis habeant se defendere. id facile¹⁴⁴ illos serpentium multitudine consecuturos. Rex autem qua naue ueheretur ut scirent, se facturum: quem si aut cepissent, aut interfecissent,¹⁴⁵ magno his pollicetur id præmio fore. Tali cohortatione militum facta, classis ab utrisque in prœlium deducitur.¹⁴⁶ quarum acie constituta, priusquam signum pugnae daretur, Hannibal,¹⁴⁷ ut palam faceret suis, quo loco Eumenes esset, tabellarium in scapha¹⁴⁸ cum caducéo mittit: qui ubi ad nauem aduersariorum peruēnit, epistolam ostendens, se regem professus est querere. statim ad Eumenem deductus est,¹⁴⁹ quod nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum. Tabellarius¹⁵⁰ ducis naue declarata¹⁵¹ suis, eodem, unde ierat, se recepit. At Eumenes¹⁵² soluta epistola nihil in ea reperit, nisi quod¹⁵³ ad irridendum eum pertineret, cuius & si causam mira-

batur,¹⁵⁴ neque reperiebatur, tamen prælium statim committere non dubitauit. Horum in concursu Bithyni Hannibalis præcepto uniuersi nauem Eumenis adoriuntur: quorum vim cum rex sustinere non posset,¹⁵⁵ fuga salutem petiit: quam consecutus non esset, nisi intra sua præsidia se recepisset: quæ in proximo litore erant collocata. Ræliquæ Pergamænæ naues cum aduersarios premerent acrius, repente in eas uasa fictilia, de quibus supra mentionem fecimus, conuici cœpta sunt: quæ iacta initio¹⁵⁶ risum pugnantibus excitarunt, neque quare id fieret, poterat intelligi. postquam autem nauis completas conspexerunt serpentibus, noua re perterriti, cum, quid potissimum uitarent, non uiderent,¹⁵⁷ puppeis auerterunt, seque ad sua castra nautica retulerunt. Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superauit, neque tum solum, sed sæpe aliàs pedestribus copiis pari prudentia pepulit aduersarios. Quæ dum in Asia geruntur,¹⁵⁸ accidit casu, ut legati Prusiæ Romæ apud L. Quintium¹⁵⁹ Flaminiuum¹⁶⁰ consulem cenarent, atque ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, eum in Prusiæ regno esse. Id postero die Flaminiuus¹⁶¹ senatui detulit. Patres conscripti, qui Hannibale uiuo numquam se sine insidiis futuros existimabant, legatos in Bithyniam miserunt, in his¹⁶² Flaminiuum, qui à rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet, sibiq; ut dederet.¹⁶³ His Prusias negare ausus non est:¹⁶⁴ illud recusauit, ne id à se fieri postularent, quod aduersus ius hospitij esset: ipsi, si possent, comprehenderent: locum, ubi esset, facile inuenturos. Hannibal enim uno loco se tenebat in castello, quod ei ab rege datum erat muneri: idque sic ædificarat,¹⁶⁵ ut in omnibus partibus ædificij exitus haberet, semper verens, ne usu eueniret,

quod

quod accidit. Huc cum legati Romanorum uenissent, ac multitudine domum eius circumdedissent, puer ab ianua prospiciens Hannibali dixit, plureis præter consuetudinem armatos apparere. qui imperauit ei, ut omnes fores ædificij circumiret, ac properè sibi renuntiaret, num eodem modo undique obsideretur. puer cum celeriter, quid esset, renuntiasset,¹⁶⁶ omnesque exitus occupatos ostendisset: sensit id non fortuito factum, sed se peti, neque sibi diutius uitam esse retinendam: quam ne alieno arbitrio¹⁶⁷ dimitteret, memor pristinarum¹⁶⁸ virtutum,¹⁶⁹ uenenum, quod semper secum habere consueuerat, sumsit. Sic uir fortissimus, multis, variisque perfunctus laboribus, anno¹⁷⁰ acquieuit septuagesimo. Quibus consulibus interierit,¹⁷¹ non conuenit. namque¹⁷² Atticus¹⁷³ M. Claudio Marcello, & Q. Fabio Labéone Coss. mortuum in annali suo scriptum reliquit. At Polybius¹⁷⁴ L. Aemilio Paulo, & Cn. Regio Tamphilo. Sulpicius autem¹⁷⁵ P. Cornelio Cethego, & L. M. Babio Tamphilo. Atque hic tantus uir, tantisque bellis districtus,¹⁷⁶ nonnihil temporis tribuit litteris. namque aliquot eius libri sunt Græco sermone confecti: in his ad Rhodios¹⁷⁷ de Cn. Manlij Vulsonis in Asia rebus gestis.¹⁷⁸ Huius bella gesta multi memorie prodiderunt: sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt, simulque uixerunt, quamdiu fortuna passa est,¹⁷⁹ Philenius, &¹⁸⁰ Sosilus Lacedæmonius. atque hoc Sosilo Hannibal litterarum Græcarum usus est doctore. Sed nos tempus est huius libri facere finem, &¹⁸¹ Romanorum explicare imperatores, quo facilius collatis utrorumque factis, qui uiri præferendi sint, possit iudicari.

SI verum est, quod n. d. v. p) mirum loquendi genus. Cur non ita dixit potius? Si verum est, quod nemo dubitat, populum Romanum omnibus virtute superasse, non est infitiandum & c. verum tamen nihil est mutandum. Sic enim veteres interdum loquebantur.

2. praestitisse ceteros) superasse ceteros imperatores. obseruandum etiam hoc est, quod iunxit hoc verbum cum accusandi casu, quod M. Tullius cum dādicāsu potius iungere solet. Sic idem Nepos in vita Attici, Namque versibus qui honore ceteros populi praestiterunt, exposuit. Notauimus & supra aliud exemplū. Sed quod ad rem attinet, negat hoc Lucianus, negat & Plutarchus. quin Hannibal ipse Alexandrum Magnum omnibus imperatoribus anteponebat, Pyrrhum secundum numerabat: se tertium. Sed praestat T. Liuij verba ex lib. 35. Annal. hac de re ascribere. Claudius secutus Gracos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione ad Eumenem & Antiochum) tradit: eumque Ephesi collocutum cū Hannibale: & sermonem etiam unum refert, quo querenti Africano, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondiisse, Alexandrum Macedonum regem, quod parua manu innumerabileis exercitijs fudisset, quodque vltimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. querenti deinde, quem secundum poneret, Pyrrhum dixisse. castra enim metari primum docuisse: ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse: artem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse, vt Italica gentes, regis externi, quam populi Rom. tandem principis, in ea terra imperium esse mallent. exsequenti, quem tertium duceret, haud dubie semetipsum dixisse. Tum risum obortum Scipioni, & cum subiecisset, Quid nam tu diceres, si me vicisses? Tum, me vero, inquit, & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante omneis alios imperatores esse. Et perplexum Punico astu responsū, & assentationis genus, Scipionem mouisse, quod è grege se imperatorum velut inastimabilem, sereuisset. Sic Appianus Συνακ. λέγουται δὲ ἐν ταῖς δὲ ταῖς ἀποπελάαις ἐν τῷ γυμνασίῳ λέγουσι αὐτῷ περὶ τοῦ ἀληθοῦς Σικελίου καὶ Ἀντίβου τοῦ στρατηγῆος, πικρῶν ἐφεσώτων, καὶ τῷ Σικελιώτι ἐροῦντι οὐ, τίς δὲ οἱ στρατηγὸς ἀεισοῦσι λέγει, τὸν Ἀντίβου εἶπεν, ὁ μακροὺς Ἀλεξάνδρου. Σικελίῳ δὲ ἠσυχάζουμι ὅτι τῷδε, ὅλκωνιστον ἄρα Ἀλεξάνδρου, ἐπιέρεσται δὲ τίς εἶναι δεύτερος κατ' Ἀλεξάνδρου; ἢ τὸν Αἰάου, Πύρρου ὁ ἡπείρωτικῶν τιῶν ἀρετῶν ἄρα τίς στρατηγικῆν ἐπιπέμνησι δὲ δρόν. ἢ ὅτι ὄντιν μεγαλοπολιτείας ἀλλὰ δὲ βασιλείων. θαυμάζοντι ἠδὲ καὶ ἡκίματα ὄμοιοι ἐπιέρεσται, ἵναι διδοῖν τοῖς περὶ τὰ, καὶ γὰρ τῶν ἑλπιζομένων τῶν περὶ τὰ. τὸν δὲ εἶμαι, φαίνεται. νέος γὰρ ὢν Ἰβηρίας τε ἐξαράτησα, καὶ στρατῶν ὅσων ὄρη ἠδὲ Ἰρακλίας ποσὸν τῶν ἡλιθίων, εἰς τὸ πῶν Ἰταλίαν, ὑμῶν οὐδὲν ὅσον τῶν ἰταλλίων, περὶ ἀκόσῃ αἰέσῃσσι ἀσπ, καὶ ὅσα τῆσιν πῶν ἀνώτα πολλάνκις ὑμῖν ἀέσῃσσι, οὐτε ἡγεμῶν, οὐτε στρατῶν ὅσησιν πικρῶν ἐκ Καρθηδόνος. ὡς δὲ αὖ τὸν δὲ Σικελίων εἶδεν ἄπο κωνινοῦ πῶν συμμολορῶν, ἐφωγγαλασας, ποδὸν δὲ αὖ τὸν ἐπὶ τίς, ὡς Ἀντίβου, μὴ γενικιστοῦσσι ὅσων ἐμῶν; τὸν δὲ φασιν αἰέσῃσσι ἴβηρον ἠδὲ τῶν ζηνοστυίας, εἶπεν, ὅτι ἕως ἐπὶ ἐξ αἰέσῃσιν ὅσων Ἀλεξάνδρου. οὗ τῶν δὲ Ἀντίβου ἐπέμινε τὸν συμμολορῶν, ἐπὶ τῶν Σικελίων λαδῶν ἐπεσπῖσιν, ὡς καὶ Σικελίῳ τὸ ἀμύμονα Ἀλεξάνδρου. ἰ. Διῦντ ἀντὲν Scipionem & Hannibalem, intereadum vna.

versantur, quodam die in gymnasio multis praesentibus de arte imperatoria & scientia rei militaris inter se ioco esse collocutos: & cum Scipio ex Hannibale quaesivisset, quis ei videretur optimus imperator fuisse: Hannibalem respondiisse, Alexandrum Macedo. Scipionem ad hoc sanè quaeuisset, Alexandro scilicet assurgente, ac cedentem: quaesivisse autè postea, quis esset ab Alexandro secundus: illum autem respondiisse, Pyrrhus Epirota: virtutem imperatoriam in audacia, fiduciaque ponente. fieri enim nõ potest, inquit, vt his regibus vlli ad res magnas suscipiendas fidentiores reperiantur. Scipionem autem quamuis iam pungeretur secunda illa responsione, tamen tertio quaesivisse, cui tertias daret. sibi enim sperabat, atque ad eod confidebat tertias datum iri. illum autem respondiisse, mihi ipsi. Nam cum etiam tum iuuenis essem, Iberia potitus sum, & cum exercitu primus post Herculeum Graium Alpeis transgressus sum: & cum in Italiam inuasissem, nemine vestrum mihi obviam venire audente, vrbeis quadringetas eueri, & ad urbem sepe vos ad pugnam lacesivi, cum mihi neque pecunia, neque supplementum exercitus Karthagine mitteretur. Posteaquam autem eum Scipio vidit sermonem iactantia & ferocia plinum longius producere, dixit ridens: at si à me victus non esses, Hannibal, quem tandem tibi locum tribueres? illum autem aiunt sentientem iam Scipionem emulationis & obrectationis dolore commoueri, dixisse: ego verò me Alexandro Magno anteponebam. Sic igitur Hannibal in sermonis iactantia perseueravit, atque hoc pacto obscurè Scipioni palpatus est, quasi Alexandro melioris victori. Idem Liuius lib. 21. Hannibalis ingenium, moresque pulchrè, & luculentè describit, his verbis, Numquam ingenium idem ad res diuersissimas, parendum, atque imperandum, habilis fuit. Itaque haud facillè discerneres, vtrum imperatori, an exercitui carior esset: neque Hannibal alium quemquam preferre malle, vbi quid fortiter ac strenuè agendum esset: neque milites alio duce plus confidere, aut audere. plurimum audaciae ad pericula capeSSenda, plurimum consilij inter ipsa pericula erat. nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat: caloris ac frigoris patientia par: cibi, portionisque desiderio naturali, non voluptate modus finitus: vigilantium, somnique nec die, nec nocte discriminata tempora. id, quod gerendis rebus supercesset, quieti datum. ea neque molli strato, neque silentio arcescita. multi sepe militari sagulo opertum, humi iacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt. vestitus nihil inter aequaleis excellens, arma atque equi conspiciebantur. equitum, peditumque idem longè primus erat: princeps praelium inibat: vltimus praelio excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quàm Punica: nihil veri, nihil sancti: nullusque deum metus, nullum insurandum, nulla religio.

3. antecedit exempla Argentoratenſia omnium antiquissima, habent antecedeat: itemque Colonienſia, & Basilienſia: alia, antecedit: quae secutus sum.
4. cum eo, populo Romano.
5. discesit superior) vicit. sic loquitur supra in Hamilcare, princ. sempèrque superior discesit. Sic & M. Tullius non ſemel. Hic locus me admonet, vt locum apud Valerium Maximum lib. I. cap. 7. quod est de ſomnii, in quo mendosè legi-

tur, victoriam habiturum, pro victricem abituram, lectori indicem. Totum autem caput proponam, aut certe eius partem maximam, tum vt facilius queat lector verba Valerij cum T. Liuij verbis, quibus eandem rem narrat, comparare, tum quod in eodem capite alter præterea locus est vnius vocis adiectione contaminatus. Sic igitur Valerius. Illud etiam somnium magnæ admirationis, & clari exitus, quod eadem nocte duo consules P. Decius Mus, & T. Manlius Torquatus Latino bello & graui, & periculoso, non procul à Vesuuij montis radicibus positus castris, viderunt. Vtrique enim quidam per quietis speciem prædixit, ex altera acie imperatorem, ex altera exercitum Diis manibus, matrique Terræ debere. Vtrius autem dux copias hostium aggredere, superque eas seipsum deuouisset, victoriam habiturum, &c. Nunc Liuium audiamus lib. VIII. Annal. non admodum longè à principio. Ibi in quiete vtrique consuli eadem dicitur visa species viri maioris, quàm pro humano habitu, augustiorisque, dicentis: Ex vna acie imperatorem, ex altera exercitum Diis Manibus, matrique Terræ debere. Vtrius exercitus imperator legiones hostium, superque eas se deuouisset, eius populi, partisque victoriam fore. Ex his Liuij verbis, perspicuum est, verbum, aggredere, apud Valerium, esse inculcatum, ideoque delendum: quod vidit iuuenis eruditus Cl. Puteanus. confirmaturque hæc emendatio testimonio codicis manuscriptorum ex bibliotheca D. Victoris, in quo hoc verbum non reperitur. Restant illa apud Valerium, quæ mihi ansam huius annotationis præbuerunt, victoriam habiturum: quæ nõ dubitabam, quin essent item corrupta. Quis enim Latinorum sic vniquam locutus est? victoriam habiturum. Atque ego quidem sic ea emendanda esse existimabam, Vtrius autem dux copias hostium, superque eas seipsum deuouisset: eius victoriam futuram. sic enim ferè Liuius loquitur. & eo, quæ modò commemoravi, loco, & præterea eodem libro aliquot pagellis post, ibi, vt facile conuenit inter Romanos, Latinosque, qui eius pugne memoriam posteris tradiderunt, vtrius partis T. Manlius dux fuisset, eius futuram haud dubie fuisset victoriam. Cl. Puteanus verò, prolato Valerii codice manuscriptorum, vincebat, esse legendum, victricem abituram, id est eam aciem, seu partem, superiorem discessuram. Sic enim loquuntur Latini: discessit, seu abiit superior: discessit, seu abiit victor: ipseque adeò Valerius lib. I. cap. 8. eo loco, quo loco de Valerio Poplicola loquitur. Vno plus Etrusci cadent: Romanus exercitus victor abibit.

Atque, vt aliud ex alio incidit, eadem opera lectorem admonebo, apud eundem Valerium paucis post versibus, vbi legitur vulgò, seruum suum verberibus multatum, aut mulctatum, legendum esse, verberibus mulcatum: quemadmodum apud Corn. Tacitum lib. I. Erricus Memmius V. C. vbi vulgò legitur, prostratos verberibus mulctant, sexageni singulos, vt numerum centurionum adæquarent. tum conuulsos, laniatosque, & partim exanimos ante vallum, aut in amnem Rhenum proiciunt, &c. legendum vidit, verberibus mulcant.

Ex quo ego quoque apud T. Liuium eodem lib. quem paullo antè commemoravi, vbi narrat Liuius Alexandri Epiri regis interitum, Ibi fæda laceratio corporis facta. Namque præciso medio partem Consentiam misere, pars ipsa retenta ad ludibrium: quæ cum iaculis, saxisque procul incesceretur, mulier vna vltra ha-

manarum irarum fidem seuienti turbæ immista, vt parumper sustinerent precata, flens ait, virum sibi, liberòsque captos apud hostis esse: sperare corpore regio vtrumque mulctato, se suos redempturam. Is finis lacerationi, &c. Legendum igitur censeo, corpore regio vtrumque mulcato, &c. Et eodem libro tribus ferè pagellis post, vbi vulgati libri habent, Hæc consilia cum apud cupidos rerum novarum valuissent: ex iuuentute quidam Lucanorum pretio asciti, clari magis inter populares, quàm honesti, inter se mulctati ipsi virgis cum corpora nuda intulissent in ciuium cæcum: vociferati sunt, se, quod castra Romana ingredi ausi essent, à Coss. virgis cæcos, ac propè securi percussos esse, &c. Legendum, mulcati ipsi virgis, &c. Mulcare autem valet, verberare, lacerare, mutilare. quod verbu auctoribus Gul. Pellisserio, & Err. Memmio, libris Latinis atque adeò linguæ Latinæ restituendum est. nam in omnibus libris deprauatum est, vt & iam alias admonuimus, & in commentariis Plautinis pluribus verbis ostendimus.

6. Quod nisi domi ciuium (sinuid. d.) Nam ciuium inuidiam sibi conciliauit Hannibal temp. bene administrando: partim iudicibus, qui antea perpetui erant, eoque dominabantur, factis annuis: partim arario publico, & vectigalibus populi Karthaginienfis, quæ & negligentia dilabebantur, & (vt fere fit) prædæ, quæstuique principibus quibusdam ciuitatis, & magistratibus erant, ad certam rationem reuocatis, vt tradit Liuius lib. 33. Annal. de qua re plura infra.

7. Romanos videtur sup. pot.) Itaque vsque eò solliciti fuerunt, quoad eum viuere audierunt: neque vniquam cõquieuerunt, donec eum de medio sublatum esse cognouerunt.

8. sed mult. obtr.) bella antithesis: in qua multos vni, obrectationem virtuti opponit Nepos.

9. velut hereditate relictum od. pat.) Quantum Hamilcaris in Romanos odium fuerit, ex iis, quæ in Hamilcare à Nepote exposita sunt, satis apparet.

10. erga Romanos) aduersus Romanos, vt sæpe alibi.

11. deposuerit) Deponere odium, & inimicitias, vsitatum aliis bonis scriptoribus loquendi genus. M. Tull. post reditum ad Quirites, in extr. Odium vel precibus mitigari potest, vel temporib. reip. communique vtilitate deponi, vel, &c. deponere animam, rarius. sed dixit tamen Propertius, bonus Latinitatis auctor.

12. alienar. opū indig.) sic supra locutus est in Timoleote in extr. cum de regib. loquitur. quæ ille à patre expulsus Alexandrea, alienarū opū indigētē, receperat.

13. Philippum) Demetrii fil. Persei patrem, Macedonum regem, hoc nomine secundum. Hæc de re autem sic T. Liuius lib. 33. Annal. in extr. Romani legati cum in senatu exposuissent, compertum patribus Rom. esse & Philippum regem antè ab Hannibale maxime accensum, bellum populo Rom. fecisse: & nunc litteras, nuntiosque ab eo ad Antiochum regem profectos: haud quieturum antequam bellum toto orbe terrarum concisset: nec ei impune debere esse, si satisfacere Karthaginienfes populo Rom. vellent: nihil eorum sua voluntate, & publico consilia factum esse Karthaginienfes responderunt: quicquid æquum censuissent Romani, facturos esse.

14. Antiochus) qui primùm Hierax à rapacitate, deinde Magnus dictus est.

15. Hunc tanta cupiditate inc.) de Hannibalis fuga ad Antiochum, de qua An-

Antiochi cum illo de bello Romanis inferendo colloquius, et communicatis consiliis scripserunt Polybius, T. Livius, et Appianus. Sic T. Livius lib. 33. Annal. sub extr. Tum vero isti, quos pauperat per aliquot annos publicus peculatus, velut. bonis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infensi et irati Romanos in Hannibalem, et ipsos causam odij querentis, instigabant. Itaque diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex dignitate sua esse ducebat, subscribere odiis, accusationibusque Hannibalis, et factionibus Karthaginensium inferere publicam auctoritatem: nec satis habere bello vicisse Hannibalem, nisi veluti accusatores calumniam in eum iurrarent, ac nomen deferrent: tandem pernicerunt, ut legati Karthaginem mitterentur: qui apud senatum eorum arguerent, Hannibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendi inire. Legati tres missi, C. Servilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo: qui cum venissent, ex consilio inimicorum Hannibalis, querentibus causam adventus, dici iusserunt, venisse se ad controversias, quae cum Masanissa rege Numidarum Karthaginensibus essent, dirimendas. Id creditum vulgò. Hannibalem unum se peti à Romanis non fellebat: et ita pacem Karthaginensibus datam esse, ut inexpiabile bellum aduersus se unum maneret. Itaque cedere tempori ac fortuna statuit. et preparatis iam omnibus ad fugam, obuersatus eo die in foro auertendae suspicionis causa, primis tenebris vestitu forensi ad portam cum duobus comitibus ignavis consilij est egressus. Cum equi quo in loco locati fuerant, praestò fuissent, nocte via cita regionem quandam agri Vocani transgressus, postero die manè inter Adrumeum et Tapsum ad suam turrim peruenit. Ibi cum parata, instructaque remigio excepit nauis. Ita Africa Hannibal excessit, saepius patriam quam suos euertus miseratus, et c. Idem lib. 34. Hannibal patria profugus peruenerat ad Antiochum, sicut antè dictum est, et erat apud regem in magno honore, nulla alia arte, nisi quod volutanti diu consilia de Romano bello, nemo aptior super tali re particeps sermonis esse poterat. Sententia eius una atque eadem semper erat, ut in Italia bellum gereretur. Italia et comitatus, et militem praebituram externo hosti, si nihil ibi moueatur, liceatque populo Rom. viribus et copiis Italiae extra Italiam bellum gerere: neque regem, neque gentem ullam parem Romanis esse, et c. Appianus Συμεων. λόγος και δόξης έμπιστους ο Π Πολεμαχος ο Φιλοπειτωρ Σποταίνος, και σπυδλιω ο Αντιοχος απηει, ως Αίγυπτιοι έρημοι αρ πασιμβρος. η αυτη και Εφεσαι Αντιεας ο κερχιδονιος ζυμβάλλει φιλων τιω παπειδω, δι' εχρωι διαβολας, οι βρωμαίους αυτον εφασαν ην δισοειν τε, η φιλοπλεμην, και ουποτε ειρωδι εν δνωάμβρον. ποτε δε λιω τω ποτε κερχιδονιο βρωμαίους υπηκουον ενσασδοι. Αντιεας μη δη διώνυμοι εν σρατηρίας οντα ο Αντιοχος υπελεχετο λαμωσα, η ειχει αμφ' αυ τον ι. Cum sermo peruulgatus, et opinio accepta esset, Ptolemaum Philopatorem mortuum esse, Antiochus prope abijt, tamquam Aegyptium rectore, qui ei praeesset, et praesidio nudam ac vacuam correpturus. et cum eo Hannibal Ephesi congregitur, patria profugus inimicorum calumniis: qui eum dicebant in contentione semel aduersus Rom. suscepta persequerantem et peruicacem, et belli gerendi cupidum esse, neq. pacem colere posse. Tum autem id accidit, quo tempore Karthaginenses Romanis parabant faederibus interpositis alligati. Hannibalem igitur rei militaris, et imperandi scientia clarum Antiochus honorifice,

ac magnifice accepit, et apud seretinnit, atque in comitibus suis habuit. Polyb. lib. 3. eandem rem tangit, ut mox referemus.

16. usque à Rubro mari) mare Rubrum ab Erythra quodam potius esse dictum, quam à tali colore, credibilis est. quamquam de re tam controuersa non est pronuntiare meum. Plinius lib. VI. cap. 23. in extr. Irrumpit deinde et in hac parte geminum mare in terras: quod Rubrum dixere nostri, Graeci Erythraeum à rege Erythra, aut, ut alij, solis repercussu talem reddi colorem existimantes: aut, ut alij, ab arena, terraque: alij tali aquae ipsius natura. Mela lib. 3. Rubrum mare Graeci, sine quia eius coloris est, sine quia ibi Erythras regnavit, et ροδρα αι δειλα κων appellat, et c. sed hac de re lege και ην τδ Αγαπαρχιδου περι τις ερουδρας θαλασσας εν λογος.

17. qui de eius voluntate expl) Polyb. lib. 3. και η ος γδ καιροις και τα πολεμικαις Αντιεας και βρωμαίους, τέλος εν τής παπειδω και εχρωις, και παρ Αντιοχου δι επειθε, ποτε βρωμαί οι συμαριω τις ηδη ην αι πολωι εν βηθε ολιω, ηε απεσθη και κερσβυτικς περις Αντιοχου, βουλομει μη λαηταειν σε υς τιω τδ βασιλευς κερσαιρον. i. Quibus enim temporibus bello superatus Hannibal à Romanis tandem è patria celsit, et apud Antiochum commorabatur: tunc Romani cognito iam Aetolorum conatu, legatos ad Antiochum miserunt, cum vellent regis consilium sibi non ignotum esse. Sed cur non dixit, qui eius voluntatem explorarent?

18. ut Hannibalem in susp.) id est, ut Hannibalem regi suspectum redderent. Hanc historiam sic refert Polybius loco supra commemorato. οι δε κερσβεις οραντας τον Αντιοχου κερσβοντα τεις αι πολωις, και κερσβυμισ οντα πολεμικη βρωμαίους, εθεερα πεισοι τον Αντιεας, σπυδλιω τον εις υποψη. η με δε χει περις Αντιοχου. ο και συμαριω ημεσων. i. Legati autem cum viderent, Antiochum aureis, atque animum Aetolis attendere, et in animo habere Romanis bellum inferre, Hannibalem obseruabant, et colebant, studentes eum in suspensionem Antiocho adducere: quod et contigit.

19. tempore dato) id est, occasione oblata. Hac de re sic Polyb. eod. lib. deinceps. κερσβαιοντες γδ τδ χε οτου, και τδ βασιλευς υποπιας εχοντες αι εν μαλλον η μα μοι περις τον Αντιεας, εθρεπο τις καιρος ως βηι λογον αρχηω αι τιω υποκωρουμδλιω εν αυτοις υποπιαω. εν τδ και πλειος κπολογισμοις ποτισαιδρος Αντιεας, τέλος βηι τδ τειου το και τιω π. σ. διαχρηστού αιδος τεις λογοις, et c. i. Progressu autem temporis, cum regi suspectus esset Hannibal, et in dies magis ac magis haec suspicio cresceret, venit tandem Hannibali tempus opportunum earum suspicionum, quae erant occulta, intimis que insensibus reconditae, expromendarum atque oratione explicandarum. In qua cum pluribus defensionibus usus esset, ad extremum magnopere laborans, atque aestuans, in hunc sermonem euasit, et c.

20. adiit regem) licebat dicere et geminata praepositione, adiit ad regem: quo modo supra alibi loquitur.

21. Pater (inquit) meus. Hamilcar) Polyb. ibid. deinceps. ετη γδ, και η ον καιρον ο πατηρ αυτη τιω εις τ κηλερω υσδοι μελλοι σρατιυεστω μη ην διωάμαων, ετη μη εχρη εν νεα, θυνηος η αυτη τδ Διι, παρεστω αι αβρη η βωμιον. επι δε και κρηνησας κατασπι σ. τεις θεοις, και πηισαι τε νομιζομωρα, τεις μη αλλοις τεις σελ τιω συστω σκοπηα και δισας μικρον, αυ τον δε κερσβειω λεσβυμωρος, εροιο φιλοφρονως, ει βουλοιο συεξορμαβ ηη η σρα-

τίμῃ. ἀσμετίως δὲ κερταίνουσαν αὐτῷ, καὶ πὺρ σαζιζώσαντος περδικῶς, λαβὸν ἄνθρωπος τῆς
 δεξιᾶς παρὰ λαγῶν αὐτῶν παρὰ τὸν βωμὸν, καὶ κελύειν ἀλάμῃον ἄλλ' ἰσῶν ἐμνύει μῆ-
 δέποτε ῥωμαίοις ἀνοήσῃ. Ἐὰν ταὐτὸν οὖν εἰδῶτα Ἐφῶς ἰξίου τὸν Ἀπίστον ἔως μὲν αὐτὸν διουρέε
 βουλοῦνται καὶ ῥωμαίων, διαρρῆν καὶ πιστεύειν αὐτῶν σωέρρον ἔξεν ἰομάζοιτα ἀθηναίωτατων.
 ἐπὶ δὲ ἀφελύσας ἢ φιλίαν σωπὶ θηται παρὰ αὐτῶν, πότε μὴ παρὰ δέδοται ἀφελύσας, ἀλλ' ἀ-
 πιστεῖν, καὶ φυλάττειν. παρὰ δὲ πὺρ σαζιζώσαντος αὐτῶν, ὁ δὲ παρὰ αὐτῶν. i. Dixit enim
 Hannibal quo tempore pater suus in Iberiam exercitum ducturus erat, se natum
 fuisse annos circiter novem. Illo autem sacrificante, se arae astitisse. Posteaquam
 verò litauisset, et diis immortalibus libauisset, ceteraque ex instituto et more
 patrio peregisset, alius, qui aram circumstabant, paulum summois, se propius ac-
 cedere iussim, comiter et beniuolè ab illo rogatum esse, vellet ne vnà cum eo in
 castra proficisci, cui cum Hannibal respondisset, se valde velle, atque etiam pue-
 riliter à patre contendisset, vt sibi ire liceret: se à patre prehensa dextera ad aram
 admotum esse: iussim deinde esse, vt sacra tangens iuraret, numquam se Roma-
 nis amicum futurum. Ab Antiocho igitur postulabat, vt, cum hæc cerid sciret,
 quandiu aliquid mali aduersus Romanos meditarctur, tantisper bono animo es-
 set, et crederet se ipsi adiutorem verissimum ac certissimum futurum. Vbi verò
 bellum componere, aut amicitiam cum eis pacisci vellet, ne putaret sibi sycophan-
 tis, qui se apud eum falsò criminarctur, opus esse, sed diffideret, et sibi caueret. se
 enim omnia, quæ posset, aduersus eum esse facturum. T. Livius lib. 35. Annal.
 Hannibal non adhibitus est in consilium propter colloquia cum Villio suspectus
 regi, et in nullo postea honore habitus. Primò eam contumeliam tacitus tulit: de-
 inde melius esse ratus et percunctari causam repentinæ alienationis, et purgare
 se tempore apto: (al. dato, al. capto) quæ sita simpliciter iracundiæ causa, auditq;:
 Pater Hamilcar (inquit) Antioche, paruum admodum me, cum sacrificaret, altari-
 bus admotum iurando adegit, numquam amicum fore populi Rom. sub hoc
 sacramento sex et triginta annos militaui: hoc me in pace patria mea expulit:
 hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce, si tu spem meam destitue-
 ris, vbi cumque vireis, vbi arma esse sciam, inueniam toto orbe terrarum querens
 aliquos Romanis hosteis. Itaque, si quibus tuorum meis criminibus apud te cresce-
 re libet, aliam materiam crescendi ex me querant. Odi Romanos, odióque sum
 Romanis. id me verum dicere pater Hamilcar, et dii testes sunt. Proinde cum de
 bello Romano cogitabis, inter primos amicos Hannibalem habeto. Si qua res te
 ad pacem compellet, in id consilium, alium, cum quo deliberes, quærito. Comme-
 morat et Appianus hoc Hannibalis iusiurandum duobus locis, semel Ἀντιόχει, ἄλλ' ἰσῶν
 non longè à principio. λεγόμενος δὲ καὶ ὑπὸ τῆς πατρὸς ἐπὶ βωμῷ ἐπὶ πῦρ ἀνὸ ὀρκωθῆ-
 ναι, ῥωμαίοις ἐπιβουλοῦν ἔπειτα ἐλλείψαν, ἐπειθεῖν τὰς ἀποδοῦν τὴν ἰσῶν δὲ ἔλεω. i.
 Cum autem diceretur à patre ad iusiurandum adactus esse etiam puer cum esset,
 numquam se Romanis perniciem machinari destitutum, fluvium Iberum contra
 fœdera transire cogitabat. Iterum Ἰβηρικῶν, ἐλέγχο δὲ καὶ πῦρ ἀνὸ τῆς πατρὸς
 ὀρκωθῆναι ἐπὶ ἀμπύρων ἀσπίσας ἐχθρὸς ἐσεῖν ῥωμαίοις, ὅτε ἐς πολιτικὸν παρὰ ἄλλοις, δὲ
 δὲ τῶντα ἐπειθεῖν ἰσῶν καὶ χεοίσις παρὰ ἰσῶντα παρὰ ἄλλοις, καὶ καποσίσας ἐς
 ἀρχὴν καὶ φέοις τῶν ἑαυτοῦ, καὶ τῶν ἰσῶν φίλων ἐν ἀδελφῶν δέδοται. i. Dicebatur autem
 Hannibal

Hannibal, cum adhuc puer esset, ad iusiurandum adactus esse inter sacrifican-
 dum, se hostem implacabilem Romanis fore, vbi ad remp. accessisset. Iccirco pa-
 rria magnis et diuturnis negotiis implicata, et in occupationes, atque timores
 coniecta, res suas, et amicorum in tuto collocare cogitabat.
 22. dum conficiebatur) interea dum conficiebatur, non dicit, cum conficieba-
 tur, sed dum conficiebatur.
 23. in castra proficisci) στρατιώδων, militatum ire.
 24. Id cum libenter accepisset) Iuuabit hæc verba Nepotis cum verbis Poly-
 bii, quæ paullo antè posui, comparare. Ne Liviana quidem admodum ab eiusdem
 verbis reperientur discrepare.
 25. ne dubitaret ducere) ne cunctaretur ducere: vel, ne vereretur ducere: om-
 nem ducendi moram præcideret. Tale ferè est illud in Agesilao, quare venire ne
 dubitaret: vbi tamen vulgò legitur non dubitaret.
 26. tenentem) aras tenebant qui sacrificabant, et qui sanctè iurabant. Cic. pro
 Flacco. Ergo is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo: per epistolam quæ vo-
 let, iuratus probabit? Virgil. an. 4. Talibus orantem dictis, arasque tenentem. Idè
 lib. 12. Tango aras: medios igneis, et numina testor.
 27. siquid amicè de Rom. cogit.) si Romanis consules, seu consulere voles. ἐν
 ῥωμαίοις φίλα φρονήσας
 28. te ipsum frustraberis) M. Tullius Academ. 4. aut certare cum aliis pugnaci-
 ter, aut frustrari cum aliis, tum etiam me ipsum velim?
 29. principem) i. primum, vt sæpe alibi, sed ne longè exempla petantur, in Ha-
 milc. Et princeps largitione vetustos peruertit mores Karthaginensium.
 30. cuius) Hamilcaris. Occisus est autem à Vectonibus in prælio, vt supra di-
 ctum est.
 31. Ha(drubale) Hamilcaris genero, de quo supra.
 32. suffeeto) substituto, subrogato.
 33. omni) vniuersò.
 34. interfeeto) à quodam Gallo, vel Galli seruo, vt supra diximus.
 35. summam imperij ad eum detulit) hac de re sic Polyb. lib. 3. ἀφικόμενος δὲ τῆς
 ἀρχῆς ἐκ τῆς στρατιῶν, ὅππῃ συμβαίνει τὰς δυνάμεις ὁμοθυμαδὸν ἡρῶνται στρατηγὸν
 Ἀντιόχει, παρασηκασαυροῦσας τὸν δῆμον, μετὰ γράμματα κελύειν ἐπιπέσαι τῶν ἰσῶν ἐν ἀπ-
 πέδων ἀρῆσιν. i. Cum autem nuntius ex castris Karthaginem perlatus esset, Hanni-
 balem vno totius exercitus ore, et communi omnium militum consensu impera-
 torem esse declaratum: continuo populus conuocatus sine vlla sententiarum va-
 rietate exercitus iudicium ac voluntatem comprobauit, ac ratam fecit. Detulit
 autem ad eum summam imperij, id est, imperatorem summo cum imperio eum
 creauit: vel summam imperij ei mandauit. Sic loquitur in Eumene, ibi, rerumque
 summa ad Antipatrum defertur.
 36. Id Karthaginem delatum) id est, ea res Karthaginem perlata, seu nūtiata.
 37. minor quinque et viginti annis n., vel sic legendum, vel minus viginti
 quinque annos natus. Nam vulgata scriptura, minor viginti quinque annos na-
 tus, ferri non potest. Cl. Puteanus vocem, natus, delendam putabat, ego malui de-

tracta littera s. ex natus, facere, natus. Sic enim loquitur de regib. pag. 397. maior- que annis sexaginta natus decepsit, florente regno.

38. omneis genteis Hisp.) Polyb. lib. 3. τέλος δὲ τοῦ μάλιν ἐπιδήσας αὐτὸς οἰσὲν πρὶ Ἀνίβαν ἐπὶ τοῖς βαρβάρους, ἐπεὶ ἐξήσαντο πλείους, ἢ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. ὡς ἵππιδέντων οὐδέ τις ἐπὶ ἡδὺ ἐπὶς Ἰβηρος πεπρωμὸς ῥαδίως πρὸς αὐτοῖς ἀποφθαλαμῖν ἐπέλαμα, πάλιν ζα- κωνδύλων. i. Ad extremum autem Karthaginienfes duce Hannibale in hosteis con- uerfi, & summo traiecto, plus quam quadraginta hominum millia in fugam ver- terunt: quibus superatis, nullus iam eum hostis intra Iberum fl. rectis oculis facile audebat intueri, preter Saguntinos. T. Liuius lib. 21. Annal. Hannibal agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit, vastatisque agris intra paucos dies Carpetanos in quoque in deditioem accepit. & iam omnia trans Iberum, præ- ter Saguntinos, Karthaginienfium erant. Cum Saguntinis bellum nondum erat, ceterum iam belli causa certamina cum finitimis seiebantur, maximè Turdetanis.

39. Saguntum fœd. ciuit.) Itaque miserunt Romani legatos ad Hannibalem, qui ei nuntiarent, ut ab Saguntinis sociis populi Rom. abstineret, quique Kartha- ginem in Africam traicerent: ac sociorum populi Romani querimonias deferrent. Sagunti situm talem fuisse scribit Polyb. lib. 3. ἢ δὲ πάλιν αὐτὸν κίσται μὲν ἐπὶ τῷ πρὸς Ἰταλίαν καὶ Σικωντὸν πρὸς πρὸ τῆς ὀρεινῆς τῆς σικωντιόους τῆς Ἰβηρίας, καὶ Κελ- τιβηρίας. ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ὡς ἐπὶ τὰς ἰσθμῶν. ἡμεῖς τε δὲ χερσὶν οἰκατοικίω περὶ αὐτῶν, πρὸς πορον, καὶ δὲ φέροι σαυρὸν ἐπὶ πρὸς τῆς Ἰβηρίας. i. Sita autem est hæc vrbs ad ra- dices montanae regionis eius, quæ sineis Iberiæ & Celtiberiæ contingit: distatque à mari septem circiter stadia, quam qui incolunt, agris fruuntur omnium rerum co- pia atque vbertate circumfluentibus, & toti Iberiæ virtute præstantibus. T. Li- uius lib. 21. Annal. Ciuitas ea longè opulentissima vltra Iberum fuit, sita passus mille ferme à mari. Oriundi à Zacyntho insula dicuntur, & c. Ex quibus Liuij verbis possit aliquis defendere, ζακυνθίους, id est, Zacynthios dici etiam Sagunthi- nos: vide supra in Dione, annot. ad illud, Zacynthios adolescentens, numero 131.

40. vi expugnauit) octauo postquam eam circumsedere cœpit, mense. qua de re sic Polyb. eod. lib. τοῖσιν αὐτοῖς δὲ ἡμέραις δὲ λογισμοῖς, ἐν ἡμέραις πρὸς σέξαισι τῆς πλιονορίας, πρὸς μὲν ἡμεῖς ἡμέρας πρὸς πλὴν πρὸς αὐτῶν, καὶ ἡμέρας αὐτῶν πρὸς τῆς ἐν τοῖς ἔργοις τῆς λαμπρο- τῆτος, ἐπὶ δὲ τῆς καλῶν τῆς πλὴν, καὶ τῆς ἑσθλῶς διδούσης αὐτῶν εἰς τοῖς κινδύνοις, πρὸς σαυρὸν κακοπαθεῖν καὶ μέμνησιν ἰσομητίας. τέλος δὲ ἐν ὅλῳ μνηστὶ καὶ κέρως εἶλε πρὸς πλὴν. i. Taleis autem rationes cum secum iniret, summo studio in obsidionem Sa- gunthi incubebat, nunc se ipse multitudini exemplum proponens, & laborem ipse in operibus militaribus obeundis suscipiens, ac perferens: nunc militum ani- mos cohortans atque excitans, & profusè atque audaciter se in discrimen offe-rens: omnem denique ærumnam, & curam animo & corpore sustinens. Ad ex- tremum autem octauo mense urbem vi & virtute cepit. Sed & quam ratio- nem oppugnationis adhiberit Hannibal, & quo modo, quàmque diu eam susti- nuerint Saguntini, multis verbis exponit T. Liuius lib. 21. quæ, aliò properans, prætereo. Referam tantum quibus condicionibus urbem sibi dedi Hannibal vo- luerit, & quo modo capta sit. Sunt autem a lurci verba. Urbem vobis, quam ex magna iam parte dirutam, captam fere totam habet, adimit: agros relinquit, lo-

eum assignaturus, in quo nouum oppidum ædificetis: aurum, argentum omne, pu- blicum, priuatumque ad se iubet deferri: coniugum, vestraque corpora, ac libero- rum vestrorum seruat inuiolata, si inermes cum binis vestimentis velitis Sagunto exire. Hæc victor hostis imperat. hæc, quamquam sint grauias, atque acerba, for- tuna vestra vobis suadet. Equidem haud despero, cum omnium potestas ei à vo- bis facta sit, aliquid ex his rebus remissurum. Sed hæc patiendia censeo potius, quàm trucidari corpora vestra: rapi, trahique ante ora vestra coniuges ac liberos belli iure sinatis. Ad hæc audienda cum circumfusa paulatim multitudine per- missum senatui esset populi concilium: repente primores secessione facta, prius quam responsum daretur, argentum, aurumque omne ex publico, priuatoque in forum collatum in ignem ad id raptim factum coniectentes, eodem plerique se- met ipsos præcipitauerunt. Cum ex eo pauor ac trepidatio totam urbem peruasif- set, alius insuper tumultus ex arce auditur: turris diu quassata prociderat, perque ruinam eius cohors Penorum impetu facto cum signum imperatori dedisset nu- datam stationibus, custodiisque solitis hostium esse urbem: non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal, totis viribus aggressus, urbem momento cepit: signo dato vromnes puberes interficerentur. quod imperium crudele, ceterum propè necessarium cognitum in ipso euentu est, & c. sequitur aliquot versib. post. Octa- uo mense, quàm cœptum oppugnari, captum Saguntum quidam scripsere: inde Karthaginem nouam in hiberna Hannibalem concessisse: quinto deinde mense, quàm à Karthagine profectus sit, in Italiam peruenisse.

41. treis exerc. max. comp.) Tradit Polyb. lib. 3. equites mille ducentos, pedi- tum decem & septem millia, octingentos quinquaginta relictos esse in Africa, ut essent Karthagini, & Africa præsidio: Hasdrubali in Hispania manere iusso tra- ditas quinqueremeis quinquaginta, quadriremeis duas, triremeis quinque, equi- tum duo millia & quingentos, elefantos viginti & unum, peditum vndecim millia, octingentos quinquaginta: ipsum in Italiam duxisse quinquaginta peditum millia, equitum ad nouem millia: quibus consentanea sunt, quæ à T. Liuiio memo- riæ prodita sunt lib. 21. sic enim ille. Tredecim millia, octingentos quinquaginta pedites cetratos misit in Africam, & funditores baleareis octingentos septuaginta: equites mistos ex multis gentibus mille ducentos. has copias partim Karthagini præsidio esse, partim distribui per Africam iubet. simul conquistoribus in ciuita- tes misit, quattuor millia conscripta delecta iuuentutis, præsidium eosdem & obsides duci Karthaginem iubet. neque Hispaniam negligendam ratus, atq; ideò haud minus, quòd haud ignarus erat circuitam ab Romanis eam legatis ad solli- citandos principum animos: Hasdrubali fratri, viro impigro eam prouinciam destinat: firmatque eam Africis maximè præsidis, peditum Afrorum vndecim millib. octingentis quinquaginta: Ligurib. trecentis: Balearibus quingentis. ad hæc peditum auxilia additi equites Libyphœnices, mistum Punicum Afris genus trecenti: & Numidæ, Maurique accolæ Oceani ad mille octingentos, & parua Ilergetum manus ex Hispania ducenti equites, & ne quod terrestris deesset au- xilij genus, elefanti quatuordecim. classis præterea data ad tuendam maritimam oram, quia qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi

elefanti) neque veterina animalia, seu iumenta, propter angustias præterire poterant, quòd terra usque ad tria stadia interrupta esset, & cum antea talis esset, tum verò illò tempore multo magis, quia recens interruptio facta erat: hic iterum contigit, vt multitudo animum desponderet, & à suscepto itinere deterreretur sequitur aliquot versib. pòst. καὶ μὲν τῶν τε ὀφθαλμῶν τε καὶ τῆς κρημῶν δέξωκα δὲ αἰ μὲν πολλὰς ἑλαιοπέλας. τῶν μὲν οὖν ἑσπέρων, ἔτι τῶν ποταμῶν ἐπιπέλας παρὰ δὲ τὸν ἡμέραν μὲν. i. & postea multitudo à progressu reuocata, & ad rupem admotà, eam purgavit, & muniuit, magnòque cum labore ac sudore peruiam reddidit. Sic Liuius eo, quem modò protulimus loco, Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque amfractibus modicis cliuos, vt non iumenta solùm, sed elefanti etiam deduci possent.

51. ornatus) Cl. Puteanus me certiorum fecit, sic esse scriptum in libris manu scriptis, idque ab illo, quem supra significauit ac descripsi, esse indicatum, (nolim enim neque illum, neque quemquam alium suæ diligentie fructu, præmiòq; spoliare) Sic igitur habet liber manu scriptus, vt illum testatum esse audio, multo sanè rectius, quàm, quo modo habent libri vulgati, oneratus. Omnino suboffendebat me antea hæc lectio: & quærebam vocem, quæ opponeretur voci, inermis. Nam vsus est hic Probus antithesi, vt elefantus opponatur vni homini: elefantus ornatus homini inermi, ire ei, quod est, repere. Ornatus igitur aptissime inermo, seu inermi opponitur. ornatum enim intelligimus, qui sit rebus omnibus ad pugnam vtilibus instructus. Sic M. Tull. dixit in Pisonem, instructam & ornatum exercitum & pecunia prouinciam: sic ornatisimum fundum pro Quintio, pro, rebus omnibus necessariis instructissimo. Sic pro lege Manilia, ornare & edificare classeis. sic lib. 2. accusat. Heracium ornatum supellectili, argento, veste, mancipiis. iterum ornatas prouincias lib. 3. epist. ad Att. epist. 24. Qui locus me admonet vt locum Suetonij in omnibus, quas vidi, editionibus corruptum, à me iam pridem coniectura emendatum polito lectori impertiam atque indicem. Est autem is in C. Iulio non ita longè à princip. ibi. Ex prætura vltiore sortitus Hispaniam, retinenteis creditores interuentu sponsorum remouit: ac neque more, neque iure antè quàm prouinciæ ordinarentur, profectus est. Sic quidem legitur in omnibus libris, planè mendosè: sed legendum est, ornarentur. quod cum mihi olim coniectura sola ducto in mentem venisset, Erricu Memmius, quem semper honoris causa nomino, nuper ostendit domi suæ in vno exemplari manu scripto, ita disertè scriptum. Atque eodem ipso tempore idem ille vir clariss. indicauit mihi apud eundem scriptorem duobus antè versib. locum alterum in eodem illo exemplari aliter scriptum, quàm vulgò in impressis legitur. sic enim vulgò legitur. Vetiium pignorib. captis, & direpta supellectile malè mulcatum, ac pro rostris in contione pæne discerptum, coniecit in carcerem. Legendum autem est, vt scriptum est in illo libro, Vettiium pignorib. captis, & direpta supellectile malè mulcatum, ac pro rostris in contione pæne discerptum, & c. malè mulcatum, id est verberatum, & quasi plagis debilitatum. Sed de hoc verbo nos plura in commentariis Plautinis: quos propediem, Deo approbante, edemus. Porò autem hic Vettiū, vt hoc dicam, & παρὸ δὲ, cognomento Iudex dictus est: quod & tibi lectorem admonui.

Verum, vt ad Cornelium redeam, & ad hunc locum, in quo versamur, ne hoc quidem silentio prætereundum est, veteres, cum essent prælium commissuri, & elefantos in aciem producturi, consueuissent eos purpureis panis, seu stragulis ornare: id quod testatur Plutarchus in Eumene, his verbis, καὶ (ὡς) τῶν θηριῶν τῶν πύργων αἰῶν, καὶ τῶν πορφύρας ἐσθῆτος, ὅς περ ἰὼν αὐτοῖς κόσμος ἐς μάχην ἀγορεύοις, & c. id est. Et vbi ferarum, id est elefantorum, turris sursum, & purpuras viderunt, quod erat eorum ornamentum, cum ad prælium ducebantur, & c.

57. peruenit) quinto mense à Karthagine noua: (vt quidam auctores sunt) quinto decimo die Alpibus superatis: Liuius lib. 21, neque aliter Polybius eod. lib. τίλος δὲ τῶν μὲν πᾶσιν παρέωκα ἐκ χειρὸς πύργων ἐν πύργῳ οὐκ ἐπιπέλας, τίλος δὲ Ἀλπίων ἑσπέρων ἡμέρας ἐκ χειρὸς καὶ. i. Tandem toto itinere confectò à Karthagine noua quinto mense: Alpibus autem superatis diebus quindecim.

53. conflixerat apud Rhodanum) Atqui neque Polybius, neque Liuius, neque vlli alij, quod sciam, tradiderunt, P. Cornelium consulem cū Hannibale ad Rhodanum conflixisse. Nam triduo antè quàm ad Rhodanum venisset Scipio, transfixerat flumen Hannibal, teste Polybio, cuius hæc verba sunt. οὐ μὲν ἀλλὰ Πόπλιος μὲν ὁ ἦν ῥωμαίων στρατηγός, ἡμέρας ὑσπερὶ περὶ τῆς ἀστυχῆς τῆς ἦν καρχηδονίαν παρεσθῆτος, ὅτι τῶν τῶν ποταμῶν ἀγέλας, καὶ καταλαβὼν ὀρμηκώτατος τῶν ὑπερὶ τῶν, ἔπειτα μὲν ὡς ἐνδεχεται μάχισα, πεπισμένος οὐδέ πῃτ' αὐτῶν τῶν ὀρμηκῶν τῶν εἰς Ἰταλίαν πορεύειν ἀπὸ τῶν ποταμῶν, & c. i. Verum tamen cum Publius imperator Romanus triduo pòst quàm Karthaginienses è ripa Rhodani castra mouerant, ad locum, quàm Karthaginiensibus flumen traicere cogitare audierat, peruenisset, & inde discessisse cognouisset: incredibili stupore affectus est, quòd ei persuasum erat, eos nunquam eà in Italiam iter facere ausuros, propter viæ difficultatem, & barbarorum eas regiones incolentium multitudinem. T. Liuius eod. lib. P. Cornelius eos triduo ferè pòst quàm Hannibal ab ripa Rhodani mouit, quadrato agmine ad castra hostium venerat, nullam dimicandi moram factururus. Ceterum vbi deserta munimenta videt, ad mare ad nauis rediit, tutius, faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali occursum. De Rhodano autem & Arare, & figura delia, quam præbent quàm confluunt, lege Polybium eod. lib.

54. cum hoc eod. de Clastidio.) Clastidium quidem cōmemorat T. Liuius lib. 21. & Clastidium vicum nominat. commemorat & Strabo lib. V. Sed non videtur tamen huic voci hic locus esse. Nam primum quid est apud Padum Clastidio decernit? (Sic enim habent omnes libri vulgati) nōne satis est dixisse, apud Padum decernit, quemadmodum supra dixit apud Rhodanum: infra, apud Trebiam? Putabam, si hæc vox non est aliunde inculcata, (quod mihi fit verisimile, ideoque delendam arbitror) aliquid deesse, & legendum, non longè à Clastidio. Nam T. Liuius tradit, Hannibalem statim post illam pugnam, ad Clastidium vicum, quò magnam vim frumenti Romani congesserant, partem sui exercitus misisse, quòd inopia frumenti laboraret: breuique pòst tempore nummis aureis quadringentis P. Brundisino præsidij præfecto corrupto, Hannibali Clastidium esse traditum. Et item Polyb. eod. lib. cuius verba ascribā. καὶ δὲ τῶν αὐτοῖς χειρῶν ἀναμίξας ἀρχινοπήσας πόλιν Κλαστίδιον ἐιδόντες αὐτῶν τῶν πεπιστευμένων ἀρχινοπήσας αἰ-

δρὸς Βρεπτισσοδ, κατὰ τὸν. Ἰσοδρὸς δὲ κλέος πῆς τε φρουραῖς, καὶ τῆς οἰκουμένης... τὸ πῆρὸν ἐχρήσατο, τοῖς δὲ ἀπολιθύντες αὐθραὲς ἀελασθεῖς μὲν ἕαποδ...

55. decernit) dimicat, decernat. hanc pugnam, eiusque euentum multis verbis describunt, atque exponunt Polybius et Lilius. Liliij hæc pauca verba ascribā. Iam magna ex parte anceps erat pugna, donec Numidæ, qui in cornib. erant, circumuecti paullulum, ab tergo sese ostendere. Is pavor perculit Romanos, auxitque pavorem consulis vulnus, periculumque interkursu tum primum pubescentis filij propulsatum. Sequitur aliquot post versib. Hoc primum cum Hannibale prelium fuit: quo facile apparuit et equitatu meliorem Pœnum esse, et ob id campos patentes, quales sunt inter Padum, Alpêisque, bello gerendo Romanis aptos nō esse. Itaque proxima nocte, iussis militibus vasa colligere, castra ab Ticino mota, festinatūque ad Padum est, ut ratibus, quibus iunxerat flumen, nondum resolutis, sine tumultu atque insectatione hostis, copias traiceret. Prius Placentiam pervenire, quàm satis sciret Hannibal ab Ticino profectos: tamen aliquot moratorum in citeriore ripa segniter ratem solventis cepit. Appianus Ἀντιβαίων. αὐτὸν δὲ στρατὸν λαβὼν ὁ Ποπίλιος ἐς μαζῶν δεξιά τεσσέρας Ἀντιβαίων. καὶ Ἰσοδρὸς ἀεροβολίας τε καὶ ἰππομαχίας, οἱ ῥωμαῖοι κυκλωθέντες ὑπὸ τοῦ λίβυον ἐφθλον ἐς τὸ στρατόπεδον. καὶ τυκλὸς ὑπὸ Ἰσοδρὸς, ἐς Πλακιντίαν ἀνεχώρησεν ἀσπιδῶς περιχρυσάμενος, τὸν Πάδον ἐπὶ γαφύρων περὶ σάου τῆς τε καὶ τὰς γαφύρας λύσασ τε. i. Acceptum autem exercitum Publius Scipio adversus Hannibalem instruebat, et missis primum utrinque telis, deinde equestri pugna commissâ, in Placentiam bene munitam Romani se receperunt, Pado ratibus iunctis traiecto, et pontibus solutis.

56. saucium inde, et c.) Lilius ibid. Is pavor perculit Romanos, auxitque pavorem consulis vulnus, periculumque, et c. nam hunc locum supra proximè protulimus. Polyb. lib. 3. Ποπίλιος μὲν δὲ ἀναζήσεις περὶ τὴν δεξίαν ἐπὶ τῶν τῶ Πάδου γαφύρας, αὐτὸν δὲ φθασσάσιν δεξιὰ τεσσέρας. Στρατὸν γὰρ τοῖς μὲν πῆρὸς ἐπιπέδοις ὄντας, τοῖς δὲ ὑπὸ τῶν ἰπποκρατοῦντας, αὐτὸν δὲ βραχὺ δεικνύμενον ἐπὶ τῶν ἀμμοπεδῶν, εἰς ἀσπίδας ἔκρινε δὲ ἀποκαταστήσασ τε, δλωάσιν. i. Publius igitur castris motis, per patentes campos exercitum, antecedens hostis, ad Padi pontem ducebat, propertans

rits exercitum traicere prius, quàm hostes transire conarentur. Nam cum videt. loca esse plana et exporrecta, hostes autem equitatu, esse superiores, se però vulnere esse tardiozem, copias in locum aliquem tutum deducendas, esse iudicabat Florus Epitoma. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum et Ticinum valido statim fragore detonavit. tunc Scipione duce fusus exercitus saucius et ipse venisset in hostium manus imperator, nisi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset.

57. Ti. Longo) .i. Tiberio Longo. Sic autem legendum, non, ut vulgò, T. i. Tiberio Longo, sic enim Polybius nominat, iuëmque in Fastis Tiberius appellatur. Apud T. Livium tamen Titus dicitur, mendosè. Sic autem habent Fasti.

BELLVM PVNICVM SECVNDVM.

P. CORNELIVS L.F.L.N. SCIPIO. TI. SEMPRONIVS-LONGVS.

filij inopia & horror: metusque occupauit, cum neque scirent, neque viderent, se non longe ab hostibus abesse. Albescente iam caelo visi sunt sibi sonitum quaedam & susurrum subaudire: mox autem etiam Graecorum vallum, & vigiliis ante locatas prospicere sub loco illo precipiti ac praerupto. Sic igitur copijs suis iterum hic repressis & consistere iussis, imperauit Cato, ut sine alijs Firmani, quorum fidem & alacritatem animi, & studium erga se expertus erat, quibusque semper utebatur, ad se venirent. cum illi properè concurrissent, eumque conferti circumstetissent: dixit sibi opus esse hostem aliquem vinum capi, ex quo scitari possit, qui sint hi vigiles, seu custodes, quantus eorum sit numerus, quae eorum dispositio, aut ordinatio, qui ve apparatus, quo nos adortos (inquit) sustinere queant. Hic autem conatus, esto raptus quidam, celeritatis & audaciae plenus, quali freti leones inermes ad ignauas pecudes ruere solent. Haec locuto Catone, è vestigio Firmani, ita ut ornati & instructi erant, exsilierunt, atque è montibus decurrerunt ad custodias & excubias ante vallum collocatas, & praeter expectationem adorti custodes omnes disturbarunt, ac dissiparunt: vnum autem cum armis correptum Catoni tradiderunt: Cato vbi ex hoc cognouit, alium quidem Antiochi exercitum in angustijs cum rege considerare: eos autem, qui loca illa superiora custodirent, Aetolos esse, viros delectos, sexcentos: eorum paucitate simul & negligentia cõtempta, statim in eos princeps nudato gladio impetum fecit, vna cum tubarum clangore, & uniuerso militum clamore. Illi autem ut viderunt Romanos ex locis decliuibus & precipitijs in se irruentes: in magna castra fugientes, omnia trepidatione & tumultu compleuerunt. Interea Manio Acillio infernè in murum & aggerem impressionem faciente, & ad angustias densam & confertam militum multitudinem promouente, atque immitte, Antiochus in os lapide percussus, dentibus eius collabefactis, atque adeo excusis, equum in auersam partem flexit, acri dolore affectus. Nulla autem pars hostilis exercitus, Romanorum vim sustinuit, sed quamuis ad fugam capeffendam viae essent impeditae, & inexplicabiles, & difficiles, & errationis plenae, ut pote paludibus profundis, & saxis praeruptis casus, & prolapsiones, & titubationes excipientibus: fugae tamen salutem mandarunt. ex quo factum est, ut, dum fugiunt, & plagam ferrumque Romanorum pertimescunt, per angustias in paludes illas, & rupeis abruptas, precipites effusi, & alter ab altero compulsi, & contrusi se ipsi interimerent. Cato autem cum semper antea laudum suarum largus buccinator fuit, neque vquam fugit apertam iactationem verborum, & praedicationem suarum virtutum gloriosam, quasi magnarum rerum gestarum comitem, & pedisequam: tum has res maxime verbis magnificis grandis atque amplas fecit: & ait ipse in Originijs suis, iis, qui tum eum hostes insequentem, & ferientem viderunt, subito venisse in mentem, non tantum Catonem populo debere, quantum populus Catoni: & Manium ipsum, consulem, ex victoria calidum ac recentem, implicatis ei etiam tunc calido lacertis, diu amplexum adhæsisse, & praelæticia exclamasse, neque se, neque populum Rom. vniuersum parem Catonis erga patriam meritis gratiam relaturum. Sed Titus Liuius lib. XXXVI. Annal. apertè ostendit, Antiochum prauidisse, fieri posse, ut, quemadmodum quondam Lacedaemonij à Persis cir-

cumuenti fuerant, sic ipsi à Romanis, callibus per inuias rupeis inuentis, à tergo circumueniretur, nisi montium vertices occupandos curaret: neque id Plutarchus negat, (fatetur enim Aetolos fuisse in cacuminibus ad eam rem prohibendam collocatos) quod posteaquam vidit M. Acilius, tum illum M. Catoni, & L. Valerio Flacco, consularibus legatis, mädasse ut cum binis millibus delectorum pedium: castella Aetolorum adorirentur: Flaccum in Rhoduntiam, & Tichiunta: Catonem in Callidromum (haec nomina cacuminibus erant) misisse. Etiam M. Tullius in Catone Maiore: vbi Catonem ipsum loquentem facit, hoc forte Catonis & praclarum facinus commemorat, his verbis: Sed tamen hoc queo dicere, non me quidem esse iis viribus, quibus aut miles Punico bello, aut quaestor in eodem bello, aut consul in Hispania fuerim, aut quadriennio post, cum tribunus militaris, depugnaui apud Thermopylas, & M. Acilio Glabrione consule, & c. Libet autem Liuij verba de huius pugnae initio, & euentu adscribere. Sic igitur ille eod. libro. Luce prima signo pugnae proposito, instruit aciem consul archa fröte, ad naturam & angustias loci. Rex posteaquam signa hostium conspexit, & ipse copias eduxit. Leuis armaturae partem ante vallum in primo locauit: tum Macedonum robur, quos sarissophoros appellabant, velut firmamentum, circa ipsas munitiões constituit. his ab sinistro cornu iaculatorum, sagittariorumque & funditorum manum sub ipsis radicibus montis posuit, ut ex altiore loco nuda latera hostium incesferent. ab dextro Macedonibus ad ipsum munimentorum finem, qua loca vsque ad mare inuia palustri limo & voraginibus claudunt, elefantos cum asfucto praesidio posuit: post eos, equites: tum modico intervallo relicto, ceteras copias in secundae acie. Macedones pro vallo locati primo facile sustinebant Romanos, tentantes ab omni parte aditus: multum adiuuantibus, qui ex loco superiore fundis velut nimum, glandes ac sagittas simul ac iacula ingerebant. Deinde, ut maior, nec iam toleranda vis hostium inferebat se, pulsus loco intra munimenta subductis ordinibus concesserant. inde ex vallo propè alterum vallum hastis praese obiectis fecerunt. & ita modica altitudo valli erat, ut & locum superiorem ad pugnandum suis praerberet, & propter longitudinem hastarum subiectum haberet hostem. Multi temere subeuntes vallum transfixi sunt: & aut ircepto irrito recessissent, aut plures cecidissent, ni M. Porcius ab iugo Callidromi, deiectis inde Aetolis & magna ex parte caesis (incautos enim & plerosque sopitos oppresserat) super imminentem castris collem apparuisset. Flacco non eadem fortuna ad Tichiunta, & Rhoduntiam, ne quicquam subire ad ea castella conato, fuerat. Macedones, quique alij in castris regis erant, primo, dum procul nihil aliud quam turba & agmen apparebat, Aetolos credere visa procul pugna subfidio venire. Ceterum: ut primum signaque & arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tantus repente pavor omnis cepit, ut abiectis armis fugerent. & munimenta sequentis impedierunt, & angustiae vallis, per quam sequendū erant: & maxime omnium quod elefanti nouissimi agminis erant: quod pedes aegre praeterire, eques nullo poterat modo, timentibus equis, tum multumque inter se maiorem, quam in praelio, edentibus. aliquantum temporis & direptio castrorum: sequit. Scarphiam tamen eo die persecuti sunt hostem. Multis in ipso itinere caesis.

captisque, non equis, virisque tantum, sed etiam elephantis, quos capere non potuerant, interfectis, in castra reuerterunt: quae tentata eo die inter ipsum pugnae tempus ab Aetolis Heraclaeam obtinentibus praesidio, sine ulla haud parum audacis incepti effectu, fuerat. Refert hoc et Frontinus lib. 2. strategem. cap. 4. his verbis: quae eo libentius adscribam, quod vulgo mendose leguntur. Sic igitur ille. Acilius Glabrio consul aduersus Antiochi regis aciem, quam is in Achaiam per angustias Thermopylarum direxerat, iniquitatibus loci non territus tantum, sed cum iactura quoque repulsus esset, nisi circummissus ab eo Porcius Cato, qui tum tribunus militum a populo factus, in exercitu erat, deiecit de iugis Callidromi montis Aetolis, quorum praesidio tenebantur, supereminentes castris regis colles, a tergo subito apparuisset. quo facto perturbatis Antiochi copiis, utrinque irrupere Romani, et fusis, fugatisque castra ceperunt. Thermopylarum autem saltus et iugum, (ut ait Livius eodem libro supra) sicut Apennini dorso Italia diuiditur, ita mediam Graeciam dirimit. Ante saltum Thermopylarum septentrionem versus Epirus et Perhabia, et Magnesia et Thessalia est, et Phthiotae Aethaei, et sinus Maliacus. Intra fauceis ad meridiem vergunt Aetoliae pars maior, et Acarnania, et cum Locride Phocis, et Boeotia, adiunctaque insula Euboea, et excurrente in altum velut promuntorio Attica terra sita ab tergo, et Peloponnesus, hoc iugum ab Leucade et mari ad occidentem verso per Aetoliam ad alterum mare Orienti obiectum tendens, ea aspretas, rupis et interiectas habet, ut non modo exercitus, sed ne expediti quidem facile illos ad transitum calles inueniant. extremos ad Orientem montes Oetam vocant: quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur: in cuius valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius, quam sexaginta passus. Haec una militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeatur, possunt: ideo Pylae ab aliis: et, quia calidae aquae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae locus appellatur: nobilis Lacedaemoniorum aduersus Persas morte magis memorabili, quam pugna.

127. quas ex Syria) T. Livius lib. XXXVII. Itaque et Hannibalem in Syriam miserat (Antiochus) ad Phoenicum arcescendas naues: et Polyxenidam, quo minus prosperè gesta res erat, eo enixius eas, quae erant, reficere, et alias parare naues iussit. Ipse in Phrygia hibernauit.

128. in Pamphylia mari) T. Livius eod. lib. in confinio Lyciae et Pamphyliae Phaselis est: prominet penitus in altum, conspiciturque prima terrarum Rhodum a Cilicia petentibus, et procul nauium praebet prospectum. eò maxime ut in obuiis classi hostium essent, electus locus est. Ceterum, quod non prouiderunt, et loco graui, et tempore anni (medium enim aestatis erat) ad hoc in solito odore ingruere morbi vulgo, maxime in remiges ceperunt. cuius pestilentia metu profecti cum praeterueherentur Pamphylum sinum, ad Eurymedontem ansem appulsa classe, audiunt ab Aspendiis, ad Sidam iam hosteis esse, et c.

129. ipse quae rem gessit, fuit superior) Paulo aliter Livius eodem libro, et loco. Sic enim ille. Rhodiorum duae et triginta quadrimemes, quattuor triremes fuerunt: regiae classis, VII. et triginta maioris formae nauium erat, in quibus tres heptereis, et quattuor hexereis habebat. praeter has decem triremes erant, et ij adesse

ad esse hosteis ex specula quadam cognouere. Vtraque classis postero die luce prima, tamquam eo die pugnatura, e portu mouit, et posteaquam superuere Rhodij promuntorium, quod ab Sida prominet in altum: extemplo et conspecti ab hostibus sunt, et ipsi eos viderunt. Ab regio sinistro cornu, quod ab alto obiectum erat, Hannibala dextero Apollonius purpuratorum vnus praerat. et iam in frontem directas habebant naues: Rhodij longo agmine veniebant. prima praetoria nauis Eudami erat: coequebat agmen Chariclius: Pamphilidas mediae classis praerat. Eudamus posteaquam hostium aciem instructam et paratam ad concurrendum vidit, et ipse in altum euehitur: et deinceps quae sequebantur, seruanteis ordinem in frontem dirigere iubet. Ea res primo tumultum praebuit. Nam nec sic in altum euectus erat, ut ordo omnium nauium ad terram explicari posset: et festinans ipse praeproperè cum quinque solis nauibus Hannibali occurrit: ceteri, quia in frontem dirigere iussi erant, non sequebantur: extremo agmine, loci nihil ad terram relictum erat: trepidantibusque eis inter se, iam in dextro cornu aduersus Hannibalem pugnabatur, sed momento corporis, et nauium virtus, et usus rei maritima terrorem omnem Rhodios demisit. nam et in altum celeriter euectae naues locum post se quaeque venienti ad terram dedere: et si qua concurreret rostro cum hostium nauis: aut proram lacerabat, aut remos detergebat, aut libero inter ordines discursu praeteruectae, in puppim impetum dabat. Maxime exterruit heptereis regia a multo minore Rhodia naue vno ictu demersa. itaque iam haud dubie dexterum cornu hostium in fugam inclinabat. Eudamum in alto multitudine nauium maxime Hannibal, ceteris omnibus longe praestantem, urgebat: et circumuenisset, ni signo sublato ex praetoria naue, quo dispersam classem in vnum colligi mos erat, omnes, quae in dextro cornu vicerant naues, ad opem ferendam suis concurrissent. tum et Hannibal, quaeque circa cum erant naues, capebant fugam: nec insequi Rhodij, ex magna parte aegris, et ob id celerius fessis remigibus, potuerunt.

130. ad Gortynios) Stephanus de urbibus, Γόρτυν πόλις Κρήτης. i. Gortyn, seu, ut Latini appellant, Gortyna, urbs Cretae. Plinius lib. 4. cap. XII. Cretae oppida maxime insignia enumerat. Refert autem Gortynam inter eas, quae in Mediterraneo sitae sunt.

131. callidissimus) sic legendum, et ita habent omnia ferè exempla Germanica, non, ut Florentina et Veneta, clarissimus.

132. exisse famam) sic ferè supra locutus est in Datame, ibi, sensit, si in turbam exisset ab homine tam necessario se relictum futurum, ut, et c.

133. in templo Dianae) res carissimas solitos esse in templis deponere veteres, notauimus supra in Aristidem, numero indice 25,

134. in propatulo in loco aperto, et publico. Cicero lib. 4. accus. Ante aedem Cereris in aperto, et propatulo loco signa duo sunt. et c. abiicit autem, id est, iacere finit.

135. Prusias) Bithyniae regem, de quo M. Tullius lib. 2. de Diuinatione. Rex Prusias cum Hannibali apud eum exsulanti pugnare placeret: negabat se audere, quod exta prohiberent. An tu, inquit, carunculae vitulinae manus, quam impera-

tori veteri credere? Hunc eundem tradit Suidas fuisse deformem, & ipso aspectu semivivum, & ad usum rei militaris ineptum. Non enim (inquit ille) ignavus tantum & timidus erat, verum etiam ad labores perferendos mollis, & fluxus, & ut paucis verbis complectar, animo & corpore per totam vitam effeminatus: quod in regibus minimè inesse debet. Nam cum soleant esse reges omnes, aut certè videri velint, magnanimi, & magnarum rerum cupidi, & bellicosi, tum maximè Bithyniæ regum genus. Erat præterea libidinosus, impurus, atque impudicus. Doctrinam autem & philosophiam, & eius percepta ne primoribus quidem digiti attigerat. honesti ne cogitationem quidem unquam susceperat. Sardanapali vitam vixit & interdium & noctu. Itaque cum ij, qui eius imperio subiecti erant, eius flagitiis offensi, in eum impetum fecissent, rebus suis desperatis, ipse de se supplicium sumsit. eodem animo, autem, quo scilicet fuerat apud Antiochum, & in patria sua.

136. erga Italiam) aduersus Italiam, ut alibi non semel.

137. minus) legendum fortasse est, non nimis: & ita quibusdam videtur. ego nihil muto.

138. Eumenes Romanis amicis.) Plutarchus in Catone, φιλορώμαιοι appellat. Sed præstat de hoc Eumene Plutarchi verba huc appingere. ἐπι δὲ Εὐμένους τῆ βασιλείῳς ἐπιδημιώσας εἰς Ρώμην, ἢ τε σὺν κλητῶς ὑποφωδῶς ἀπὸ δὲ Ἰζαπο, καὶ ἄλλοι ὡς ποιοῦσι ἀμιλλὰ, καὶ ἀποσθῆ ἀπὸ αὐτῶν ἐξήρετο, δὴλος δὲ ὁ Κάρτων ὑποφωδῶς, καὶ φιλοπτόμενος αὐτῶν. εἰ πῖντος δὲ ἕντος, ἀλλὰ μὲν χρεῖστος ἔστι, καὶ φιλορώμαιος, ἔστο εἶπεν, ἀλλὰ φύσας τῶν τῶ ζῶον ὁ βασιλείῳς, ἔρα φάρον ἔστιν. ἢ δὲ ἄνα ἢ ἄλλοι δὲ δαμονι ζοδῶν βασιλείῳς, ἀξίον ἔστι ὡς ἀλλολεῖν ὡς ἔρα Παμῶνιδαν, ἢ Πεεκελέα, ἢ Θεμιστοκλέα, ἢ Μαρκίον Κουέρον, ἢ Ἀμύκλαν ἢ Ἐπικλη Σέντα Βαρκαν. id est, Posteaquam autem rex Eumenes Romam venit, eiusque aduentus & presentia senatui magnopere accepta & grata fuit, primoresque populi eum summo studio, maximaque contentione certatim observare cœperunt, præ se ferebat Carthago sibi illum esse suspectum, & cauendum. Cum autem dixisset ei quidam, At bonus est, & amicus populo Romano. esto, inquit, quantumvis amicus: verum hoc animal, quod rex appellatur, rapax, & carniuorum est natura: neminem autem ex iis regibus, qui beati hodie habentur, dignum esse video, qui cum Epaminonda, aut Pericle, aut Themistocle, aut M. Curio, aut Hamilcare cognomento Barca comparetur. Sciunt autem omnes ij, qui libros Latinos tractant, regis nomen fuisse inuisum Romanis, ut pote apud quos nihil interesset inter regem & tyrannum. Hoc eò dico, quod apud Aristotelem, & multos alios scriptores, tyrannus immensum quantum à rege distat, qua de re plura supra. Et regis nomen nobis Gallis, qui in regno viuimus, non in tyrannide, quique reges clementes, non seuos tyrannos, habemus, gratum, acceptum, plausibile, & iucundum est: tyranni verò, inuisum, odiosum, horribile, & molestum.

139. utrobique) mari & terra.

140. dolo erat pugn. &c.) Hoc ex Lysandri sententia, qui dicere solebat, quod Leonina pellis peruenire non possit, eò vulpinam esse adhibendam, atque assuendam: quod iam supra retulimus.

141. imperauit quàm plurim.) Hoc refert inter strategemata Frontinus lib. 4.

his verbis: Hannibal regi Antiocho monstrauit, ut in hostium classem vascula iacularetur viperis plena: quarum metu perterriti milites, à dimicatione, & nauticis ministeriis impedirentur. Idem fecit iam cedente classe sua Prusias.

142. confecisset) coëgisset, comparasset.

143. tant. satis habeant se def.) hoc vno contenti sint, si se defendant.

144. illos) classarios.

145. Rex autem) Eumenes.

145. magno his pollicetur id premio fore) sic loquitur supra in Pausan. ibi. Quod si eam veniam sibi dedisset, tatisque implicitum rebus subleuasset: magno id esse ei premio futurum.

146. quarum) nauium, quamuis antecedit nomen classis. spectatur enim id quod intelligitur, non quod dicitur, præterea classis ex multis nauibus constat.

147. ut palam faceret) ut planum faceret, ut indicaret, seu potius, ut declararet. nam sic loquitur infra, non longe, ducis naue declarata.

148. cum caducéo) tabellarium cum caducéo, id est, κηρυκία. nam caducéum appellant Latini, quod κηρυκίον Græci, conuerso p in d, nisi forte etiam Latine dici, & scribi debet, carucéum. quod doctis quibusdam videtur.

149. quod nemo dubitabat, aliquid de pace) quod nemo dubitabat, quin aliquid de pace esset scriptum. nemo dubitabat autem, quia caducéum gestabat tabellarius.

150. ducis) regis Eumenis.

151. suis) Prusiæ militibus, Bithyniis.

151. soluta) id est, resignata. Horat. epist. 7. lib. I. Adducit febreis, & testamenta resignat. M. Tullius lib. XI. epist. ad Attic. Nam quod resignate sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. Suprà aliter idem Probus in Pausania, vincula epistolæ laxauit.

153. ad irridendum eam) licebat dicere, ad se irridendum. Sic supra non ita longè dixit, Gortynij templum magna cura custodiunt, non tam à ceteris, quàm ab Hannibale, ne quid ille, inscientibus illis, tolleret. licebat enim ita loqui, Ne quid ille se inscientibus tolleret.

154. neque reperiebatur) malim legi, neque reperiebat.

155. Hannibalis præcepto) Hannibalis præceptum secuti. præceperat enim classariis Hannibal, ut omnes in vnam Eumenis nauem concurrerent.

155. fuga salutem petiit) sic sæpe loquitur Cæsar.

156. risum pugnantis. excitarunt) risum pugnantis. mouerunt.

157. puppeis auerterunt) legendum videtur vel puppeis aduerterunt, vel proras auerterunt. Nam qui prælium nauale committunt, proras habent aduersas: qui fugiunt, auerunt proras, & puppeis aduersariis aduertunt: quemadmodum qui in terra pugnant, aduersi stant: qui fugiunt, terga vertunt, & auersi fugam capeffunt.

158. accidit casu) nonne satis erat, dixisse, accidit: nam videtur, quicquid accidat, accidere non ratione, sed casu.

159. Elamininum, sic legendum, non Elaminium, ut habent libri vulgati.

160. *consulem) quidam legi volunt, consularem: quibus assentior. Hic enim consul fuit bello Philippico, quod fuit bello Antiochico superius.*
161. *senatus detulit) legendum fortasse est, ad senatum detulit.*
162. *Flamininum) Luciumne, an Titum? Titum, opinor, idq; auctorem Livium secutus. Sic enim ille lib. 39. Annal. Ad Prusiam regem legatus T. Quintius Flaminius venit, quem suspectum Romanis et receptus post fugam Antiochi Hannibal, et bellum aduersus Eumenem motum faciebat.*
163. *His Prusias negare ausus non est, quid mirum? reges enim neminem existimant amicum, aut inimicium: sed amicitias, aut inimicitias utilitate sua metiuntur, ut ait Polybius. sic enim ille lib. 2. τῆς δὲ βασιλῆος ἀφ᾽ ὧς εἰδῶς, οὐδὲς μὲν οὐδέτις ἰσχυρόντας οὐτὶ ἐχθρόν, οὐτὶ φίλον, ταῖς δὲ τῶ συμφορῶντος ἡμεῖς αἰεὶ μετρωτάς ταῖς ἐχθράς, καὶ ταῖς φίλας. i. Cum certo sciret Aratus, reges neminem neque inimicum, neque amicum existimare natura, sed utilitatis ponderibus inimicitias, et amicitias examinare.*
164. *illud recusavit) hoc erat ἀφοσιώσεως χάριν, id est, dicitur causa, ius hospitij seruare. Nam si Prusias re vera nihil aduersus ius hospitij facere vellet, Hannibalem omnibus modis tueri et defendere debebat. Nisi quis forte dicat, Prusiam eò nihil contra ius hospitij commisisse, quòd Hannibalem, quantum in ipso fuerit, defenderit: Romanorum autem cum exposcentium opibus obsistere non potuisse. Sed non congruunt inter se Probus et Livius. Sic enim Livius eodem, quem modo protuli, loco. Ibi seu quia à Flaminio inter cetera obiectum, Prusiae erat, hominem omnium, qui viuerent, infestissimum populo Romano, apud eum esse: quòd patriae suae primum, deinde fractis eius opibus, Antiocho regi auctor belli aduersus populum Rom. fuisset: seu quia ipse Prusias, ut gratificaretur praesenti Flaminio, Romanisque, per se necandi, aut tradendi, eius in potestatem, consilium cepit: à primo colloquio Flaminini milites extemplo ad domum Hannibalis custodiendam missi sunt. Semper talem exitum vitae suae Hannibal prospexerat animo, et Romanorum inexplebile odium in se cernens, et fidei regum nihil sanè confisus: Prusiae verò leuitatem etiam expertus erat: Flaminini quoque aduentum, velut fatalem sibi, horruerat.*
165. *vi in omnib. partib.) Livius eod. loco deinceps. Ad omnia undique infesta. vi iter semper aliquod praeparatum fugae haberet, septem exitus è domo fecerat. et ex iis quosdam occultos, ne custodia sapirentur. Sed graue imperium regum, nihil exploratum, quod vestigari volunt, efficit. Totius circuitum domus ita custodiis complexi sunt, ut nemo inde elabi posset.*
166. *omneisque exitus) sic Livius, ut proximè retulimus, ibi, Totius circuitum domus, et c.*
167. *dimitteret) amitteret. Flaccus sat. I. lib. I. neque vitam amittit in vndis.*
168. *virtutum) imperatoriarum scilicet.*
169. *venenum) Livius ibid. Hannibal posteaquam ei nuntiatum est, milites regios in vestibulo esse: postico, quod denium maximè, atque occultissimi exitus erat, fugere conatus: ut id quoque occursum militum obseptum sensit, et omnia circa clausa custodiis dispositis esse: venenum, quod multo antè praeparatum ad*

taleis habebat casus, poposcit. Liberemus, inquit, diuturna cura populum Rom. quando mortem senis exspectare longum censent. nec magnam, nec memorabilem ex inermi, proditoque Flamininus victoriam feret. Mores quidem populus Rom. quantum mutauerit, vel hic dies argumento erit. Horum patres Pyrrho regi, hosti armato, exercitum in Italia habenti, ut à veneno caueret, praedixerunt: hi legatum consularem, qui auctor esset Prusiae per scelus occidendi hospitis, miserunt. Exsecratus deinde caput, regnumque Prusiae, et hospitalis deos violata ab eo fidei teste inuocans, poculum exhausti. Hic vitæ exitus fuit Hannibalis. Sed Appianus tradit, Flamininum, cum ei nihil nominatim de Hannibale mandatum esset à senatu, Hannibalem per Prusiam veneno necasse. Verba Appiani sunt hæc, Συλαίων, eo loco, ubi colloquium Hannibalis et Scipionis exponit. ἔγλυσορῆς δὲ τῆς σωῶδου, Σκιπίωνα μὲν ὁ Ἀντίοχος ἔπι ξενίαν ἐκάλεσε. Σκιπίων δὲ ἐλθὼν αὐτῷ ἐφ᾽ ἡ μάλα παροδομῶς, ἐπὶ μὴ πωθῆσα ἰατρῶν Ἀπόχου παρ᾽ ῥωμαίοις ὑποπίως ἔχρησε. ὡδὲ μὲν ἐκείνοι τῆς στρατηγίας ἀξίως τὴν ἐχθρῶν ὠρῶντο τῶς παλαιοῖς. Φλαμίνιος δὲ ἀπομοίως ἠπληθύντος γὰρ ὑπερον Ἀποχου, φθούροντα πρὸς Ἀντίοχον, καὶ ἀγνοῦντα παρὰ Βιθυνίας παρὰ ὀβδύων ἐφ᾽ ἔπειτα παρ᾽ ῥωμαίων, οὐτὶ παρ᾽ ὅτι Ἀντίοχου παρὰ τῶν ῥωμαίων ἐντιναρῶντων, οὐτὶ φοβερόν ἐπὶ αὐτῶς ἡνέδου δυνάμει, Καρχηδόνος κατὰ στραμμένης, ἐκλεῖπε δὲ τὸ Πρωσίου φαρμάκω, ἀνεγρόντων μὲν ἐχθρῶν κατὰ τὴν ἡμετέραν πόλιν, καὶ ἡσπῶν ὡδὲ ἔχρησε. Δίβουσα κρῦψα βῶλος Ἀντίοχου δέμας. καὶ οἰοῦντων ἐν Δίβου ἡ πρὸς τῆς ἀπαμῶς δὲ ἔβη Δίβουτος ἐν τῇ Βιθυνίας, καὶ πρὸς τὸν ἐν τῇ παρὰ μὲν Δίβουσα. καὶ τὰ δὲ μὲν ἐς ὑπομνήματα τῆς Ἀντίοχου καὶ Σκιπίωνος μετὰ λονοίας, καὶ Φλαμίνιου σμικρότερος παρὰ δὲ μιλῶ. i. Congressu autem diuturno, Scipionem Hannibal ad cenam hospitalis vocauit. Cui Scipio, Libenter irem, inquit, nisi nunc cum Antiocho Romanis suspecto commorareris. Sic quidem illi ex dignitate imperij, quod in bello gesserant, inimicitias cum belis terminarunt. Non item Flamininus. Nam victo posterus à Romanis Antiocho, exsulantem Hannibalem, et in Bithynia procul à patria errantem, legatus ad Prusiam alius de rebus missus, neque aliqua ab Hannibale antea affectus iniuria, neq; hoc sibi à Romanis mandato, et eò loci redactum, ut eis amplius terribilis esse non posset, praesertim Karthagine subacta, per Prusiam veneno necauit, cui dicebatur tale quoddam oraculum editum esse, Libyssa terra corpus Hannibalis tegeret: ex quo putabat ille, se in Africa moriturum. Sed Libyssa Bithyniae fluminis est: et ab eo campus Libyssa dictus. Atque hæc ad Scipionis, et Hannibalis animi magnitudinis, Flaminini verò paruitatis memoriam prodendam, adieci.

170. *est laboribus) rectè, acquiriuit, à tot laboribus, quos in vita pertulerat. mors enim acquiritur humanorum portus. Præterea mors somno simillima est, ut canunt poetae, et nos supra in Dione retulimus: somnus autem quies est.*

171. *non conuenit) non constat inter historicos.*

172. *Atticus) qui annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit, ut scribit M. Tullius in oratore perfecto. Sed videtur hic legendum Attius. Scripsit enim Attius annalium libros aliquot. Festus in voce Metelli. Metelli dicuntur in re militari, quasi mercenarij. Attius annalium vicesimo septimo. Calones, famulique, metellique, caculæque, et c. Commemorat et M. Tullius lib. I. de legib. non longè à princip. Nam quid Attium memorem? cuius loquacitas habet aliquod:*

argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, & c. & lib. 2. nō longē ab extr. his verbis. (nam libet totum illum locum adscribere, quia non solum vulgō mendosus & mutilatus est, verum etiam in editione nostra non satis ex animi nostri sententia in integrum restitutus. Sic igitur Cicero. Venio nunc ad manium iura: quæ maiores nostri & sapientissimè instituerunt, & religiosissimè coluerunt. Februario autem mense, qui tum extremus anni mensis erat, mortuis parentari voluerunt quod tamen D. Brutus (vt scriptum est à Sisenna) decembris facere solebat. Cuius ego rei causam cum mecum quærerem: Brutum reperiebam iccirco à more maiorum discessisse (nam Sisennam video causam, cur ille vetus institutum non seruarit, ignorare: Brutum autem maiorum institutum temere neglexisse mihi non fit verisimile, doctum sanè hominem, cuius fuit Attius per familiaris) sed mensem credo extremum anni, vt veteres Febrarium, sic hic decembrem sequebatur. Hostia autem, & c. Et oratione pro Archia poeta. Decimus quidem Brutus, summus ille vir, & imperator, Attij amicissimi sui carminibus templorum aditus exornauit suorum. Nisi forte dicat aliquis, hunc Attium D. Bruti familiarem, alium esse ab eo, quem Festus testem producit. Esto vt libet: satis est mihi, à quodam Attio annaleis esse scriptos, Atticum autem annaleis non scripsisse, quod quidem me vsquam legere meminerim. Quare tutius est hinc legere, Attius. quod item Claudio Puteano videbatur. Sed Annalium facta mentio me admonet, vt indicem lectori, in illo loco lib. I. de legib. qui est paullo ante eum, quem supra ex eodem libro protuli, ibi, Nam post annaleis pontificum maximorum, quibus nihil potest esse iucundius, si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem & c. pro iucundius, legendum esse ieiunius: non, vt vulgō iucundius, neque, vt quidam volunt, nudius.

173. M. Claudio Marc. & Q. Fab.) anno ab vrbe cōdita 10LXX.

174. L. Æmilio) anno sequente, anno 10LXXI. ab vrbe cōdita. Legendum autem Cn. Bæbio Tamphilo, non, vt vulgō, C. Bæbio Pamphilo.

175. P. Corn. Ceth. & M. Bæbio Tamph.) anno sequente: id est, 10LXXII, ab vrbe cōdita. legendum etiam hinc M. Bæbio Tamphilo, non Bæbilo Pamphilo, vt habent exempla Ven. & Florent. neque L. Bæbio Pamphilo, vt nonnulla alia.

176. nonnihil temporis tribuit litt.) Vbi sunt isti præclari imperatores, qui dicunt, litteras à re militari esse alienas, & eis animos hominum effeminari ac moliri? Animi hominum immoderata pecuniæ cupiditate, luxuria, auaritia, libidine, ambitione, & similibus pestibus eneruantur, atque adeo corrumpuntur, non litteris. Nihil nunc dicam de quibusdam aliis, nisi quod eos populi primores haberi audio, cetero qui mihi ignotis: qui palam vociferari, & passim iactare dicuntur, mala omnia publica ex litteris, & liberalibus doctrinis oriri: quasi verò isti de populi salute magnopere laborent, aut Galliæ calamitate vel tantillum commoueantur. Non est ita. Sed, quamuis indocti sint, vt dicuntur esse ab iis, quibus noti sunt: intelligunt tamen, litteras esse quædam veluti specula, quibus ipsorum vita obuersa, atque admota, vt est turpis, & flagitiosa, & scelerata: sic talis videtur: & quod horribilius est, talis infinitæ posteritati videatur necesse est. Hoc eos male habet, atque hoc potissimum nomine litteras & literatos non modò

dente venenato rodunt, verum etiam omnibus machinis oppugnant. Nam viri boni, & abstinentes, & iusti, & innocentes, & integri, & puri, litteras amant, atque amplectuntur: litteratis fauent ac suffragantur. Improbi, iniusti, prædones, ficarij, auari, sacrilegi, impuri: Omnes hi metunt versus, odere poetas, vt ait noster Flaccus: omnes hi litteris & doctis hominibus bellum inexpiabile indixerunt: Omnes hi bonarum artium, bonarumque litterarum gymnasia deleri, ac funditus eueri dicunt reip. expedire: quasi litteris extinctis, & libris omnibus de medio sublatis, incendioque absumtis, aut etiam scholis ipsis deletis, impunijs peieraturi, fraudaturi, prædaturi, rapturi, latrocinaturi, mæchaturi, omneis denique libidines & cupiditates suas expleturi. Sed vehementer errant. Nam vt omnes scholæ vel sua sponte, vel illorum scelere cōcidant, (quod omen deus opt. max. auerruncet) satis erit tamen litterarum ad ignorationem & improbitatem profligandam: quemadmodum vitis olim apud Æsopum fabularum scriptorem, hirco dixisse fertur, cum ab eo roderetur, ac depasceret. Καὶ μὲν γὰρ ἐν τῷ βίβλῳ ὁμοίως ἐπὶ καρποφορίᾳ, ὡσαύτ' ἐπιπαροῖσι τοῖς ἀγαθοῖς. id est, Me ad stirpem vt peredas, tot ero tamen aucta racemis, Ex his libamen fiat vt, hirce, tibi Interea pinguis dum tu mactatus ad aras, Procumbis, Bromio victima grata patri: neque vniquam docti & eloquentes viri aut in Gallia, aut in Italia, aut in Germania, aut in Hispaniis deerunt, qui Gothos, siue potius immanes, & feros istos Cyclopas insignibus, verisque infamiæ notis inuictos tradant hominum memoriæ numquam intermoritura. Et litterarum quidem vituperatores, atque oppugnatores turpiter, & fædè peribunt: litteræ verò, earumque non solum assertores & patroni, quales semper fuerunt nostri reges, ceterique similes, hoc est boni, principes: sed etiā fautores ac suffragatores, quales sunt in Gallia, et maxime circū regem nostrum Carolum Christianissimū, clarissimū & amplissimū viri, in his, Iacobus Amiotus magnus regis eleemosynarius, & Io. Moruillerius in senatu reconditore regis consiliarius, & senator in primis grauis, & sapiens: neque hi tantum, verum etiam cultores & alumni, vt sunt omnes bonarum artium doctores, musarumque, vt ita dicam, sacerdotes: omnes hi viuunt gloria, & commemoratione posteritatis honorifica, sempiterna. Libenter autem ex istis quæsierim, qui litteris tam infestisunt, si veteres illi Homerus & Pindarus: si Plato, & Aristoteles: si Herodotus, & Thucydides, & Plutarchus, & Diodorus Siculus: si Demosthenes & Æschines: si M. Tullius, & T. Liuius: si v. Virgilius, & Q. Horatius, alique, quos entemerare longum sit, poëta, philosophi, & historici, & oratores Græci, & Latini, reniuiscent, sint ne eorum præsentiam reuerituri, an eos vel impia manu, vel maledica & impotente lingua violaturi. Non dubito equidem, quamuis sint impudentissimi, atque audacissimi, quin vel solo eorum aspectu deterriti, hæc, & illac sint dilapsuri. Atqui longè sceleratius sit eorum monumenta, quibus iij suas optimas cogitationes mandauerunt, extinguere conari, quam viuam & animatam corpora aliquando omnino iterum moritura, ferro lacerare. Quid si illorum statuae hic apud nos positæ essent? auerent ne eas mutilare, aut euertere? nō arbitror. Quid si hic ibidem eorundem sepulcra exstarent? auerent ne ea violare? multo, opinor, minus. Comprimeret enim istorum audaciam aut religio, quæ deberet

mortuis, aut lex, quæ sepulcra mortuorum violari vetat. At quanto sanctiora, & religiosiora sunt litterarum monumenta, quàm sepulcra? quanto mortuis, si quis sensus est mortuis, aut si animos mortuorum aliqua rerum humanarum earum, quarum studio, dum vivebant, dediti fuerant, cura tangit, vt credibile est, cariora sunt, quàm sepulcra? neque immeritò. Hæc enim corporum, illa animorum memoriam posterit. iti produunt: hæc cineres, illa accuratissimas, & euigilantissimas, & optimas cogitationes continent, & conseruant: hæc aut nullam, aut valde paruum, illa immensam, & immemorabilem vtilitatem posteris afferunt: hæc fluxa sunt, & caduca: illa immortalia, & sempiterna, nisi calamitosa quedam temporum iniuria incidat, manent. Quòd si isti opibus, aut potentia, aut nonnulla auctoritate freti tantum sibi sument, vt regum nostrorum superiorum, qui litterarum vindices, & custodes, & parentes semper haberi, diciturque voluerunt, iudicia improbare, & rescindere conentur: hoc tantum assequuntur, quòd quo animo sint in patriam, imperiumque Gallicum, declarabunt. Sin autem litteris oppugnandis, & iis scriptis, quibus sua iniusta, & scelerata, & impia, & flagitiosa facinora reprehendantur, ac notentur, opprimendis confident se ignominiam, infamiamque sempiternam vitaturos: audiant verissimum, & prudentiss. historicum, Cornelium Tacitum: cuius hæc verba sunt lib. 4. annal. Quo magis socordiam eorum irridere libet, qui præsentis potentia credunt exstingui posse etiam sequentis æui memoriam. Nam contrà, punitis ingenii gliscit auctoritas: neque aliud externi reges, aut qui eadem scuitia vsi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriã peperere. 177. de Cn. Manlij Vulsionis) sic legendum, vt indicant Fasti. habuit autem hic collegam M. Fulvium Nobiliorem. Commemoratur eum T. Livius lib. Annal. XX XVIII.

178. huius) Hannibalis.

179. Philenius) de hoc nihil compertum habeo.

180. Sofilus) legendum fortasse est, Sofibius. commemoratur enim Sofibium quendam grammaticum Laconem Suidas, his verbis, Σοσιβίος Λακων γραμματικός. Sed malim legi Sofilus. Quamuis enim mihi hic Sofilus sit ignotus, hoc nomen tamen Græcis notissimum est, & facilius fit mutatio Sofili, in Sofilum, quàm in Sofibium.

181. & Romanorum explicare imperatores) Vtinam hæc quoque vitæ exstarent. inuaret, eas cum iis, quæ iam à Cornelio explicata sunt, & cum Plutarcho ipso conferre. Sed horum quoque scriptorum, vt aliorum multorum, quæ nobis inuidit fortuna, iactura æquo animo ferenda est, & iis, quæ nobis deus optimus maximus reliqua esse voluit, vtendum fruendum, eo consilio atque animo, vt horum lectione doctiores, & meliores facti, nostris, patriæ, rei publicæ denique consulerent, & prodesse possimus. Verùm tamen M. Porcij Catonis vitam, quæ ex huius libri naufragio salua ad nos peruénit, quæque in nonnullis exemplis coniunctim cum superiore libro edita reperitur, etiam in hac nostra editione repræsentandam esse existimauimus.

M. P O R-

M. PORCIUS CATO, EX LIBRO

secundo Aemilij Probi, seu Cornelij Nepotis.

Cato² ortus municipio Tusculo, adolescentulus³ prius quàm honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quòd ibi⁴ heredium à⁵ patre relictum habebat. Hortatu L. Valerij Flacci, quem in⁶ consulatu, ⁷ censuræque habuit collegam, vt M.⁸ Perperna Censorinus narrare solitus est, ⁹ Romam demigravit: in foro esse cœpit. ¹⁰ Primum stipendium meruit annorum decem, septemque. ¹¹ Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coss. ¹² tribunus militum in Sicilia fuit. ¹³ Inde vt rediit, castra secutus est C. Claudij Neronis: ¹⁴ magnique eius opera aestimata est in prælio ¹⁵ apud Senam, ¹⁶ quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis. ¹⁷ Quæstor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, consuli: cum quo non ¹⁸ pro sortis necessitudine vixit. ¹⁹ Namque ab eo perpetua dissensit vita. ²⁰ Aedilis pl. factus est cum C. Heluio. ²¹ Prætor prouinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quæstor superiore tempore ex Africa decedens, ²² Q. Ennium poëtam deduxerat: ²³ quod non minoris aestimamus, quàm quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum. ²⁴ Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, sorte prouinciam nactus Hispaniam citeriorem, ex qua ea⁵ triumphum deportauit. ²⁶ Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus consul iterum, ²⁷ cuius in priore consulatu quæstor fuerat, voluit eum de prouincia depellere, ²⁸ & ipse ei succedere: ²⁹ neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in ciuitate principatum obtineret, quòd tum³⁰ non potentia, sed iure respub. administrabatur. Qua ex re iratus, senatu peracto, ³¹ priuatus in urbe mansit ³² At Cato, censor cum eodem Flacco factus, seuerè præfuit ei potestati.

³³ Nam & in complureis nobileis³⁴ animaduertit, & multas res novas in³⁵ edictum addidit, ³⁵ quare luxuria reprimere-
 tur, quae iam tum incipiebat³⁶ pullulare. ³⁷ Circiter annos octoginta usque ad extremam aetatem, ab adolescentia, rei-
 pub. causa³⁸ suscipere inimicitias non destitit. ³⁹ à multis tenta-
 tus, non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude creuit. In omnibus rebus singulari fuit prudentia &⁴⁰ industria. Nam &⁴¹ agricola sollers, & reip. peritus, &⁴² iuriconsultus, &⁴³ magnus imperator, &⁴⁴ probabilis orator, &⁴⁵ cupidissimus⁴⁶ litterarum fuit. Quarum studium⁴⁷ & si senior arripuerat, tamen tantum in eis progressum fecit, ut non facile reperire possis, neque de Graecis, neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia confecit⁴⁸ orationes. Senex historias scribere instituit, quarum sunt⁴⁹ libri septem. Primus continet res gestas rerum populi Rom. Secundus, & tertius, unde quaeque ciuitas orta sit Italica. Ob quam rem omneis, ⁵⁰ Origines videtur appellasse. In quarto autē⁵¹ bellum Punicum primum: in quinto⁵² secundum. Atque haec omnia⁵³ capitulatim sunt dicta. Reliquaque bella pari modo persecutus est, usque ad praetoram⁵⁴ Ser. Galbae, ⁵⁵ qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominauit, sed sine nominibus res notauit. In iisdem exposuit quae⁵⁶ in Italia, Hispaniisque viderentur admiranda. In quibus multa industria & diligentia⁵⁷ compareret, multa doctrina. Huius de vita & moribus plura⁵⁸ in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu T. Pomponij Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen⁵⁹ delegamus.

M. PORCIUS CATO.

1. Cato) M. Porcius Cato, Censorius.
2. ortus municipio Tusc.) sic Plutarchus in M. Catone. Μαρκα δὲ Κατωνὶ φασὶν ἔσθ' τοῦ οὐσκού το ἴδιος ἔσθ'. i. Marcum autem Catonem ex Tusculo aiunt ortum esse. M. Tullius in Planciana. Num quando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. Cornucanio, municipe suo, num de tot Fabiis gloriari? Natus est L. Postumio Albino, Sp. Carulio Maximo consulib.
3. prius quam honorib. operam. d.) prius quam ad honores petendos se contulisset: prius quam honoribus inseruiret. Plutarch. διαγὰν ἔχων ἕως ἡμερῶν πτωχὸν ἔτι τῆς πολιτείας, ἐν χειροῖς πατρῶος ἀεὶ ἔβητο. i. Vixisse autem & versatum esse in agris paternis, in Sabinis, ante quam militaret, & remp. attingeret.
4. heredium) Festus. Heres apud antiquos pro domino ponebatur; inde heredium, praedium paruulum. Sic autem legendum apud Festum. quem lege in voce, Heredium, & Heres, & coniuge virumque locum. Nonius. Heredij proprietatem indicat Varro de re rustica lib. I. Bina iugera, quod à Romulo primum diuisa dicebantur vritim, & quod heredem sequebantur, heredium appellatur. Vitiur & Aufonius hoc nomine, quamquam deminuto, seu deminutiuo, edyll. 4. ex quo planius, quam ex vllis Crammaticis, quid sit heredium, intelligere licet. Sic autem Aufonius, Salue herediolum, maiorum regna meorum: Quod proauus, quod auus, quod pater excoluit. Quod mihi iam senior proprocrata morte reliquit. Heheu: nolueram tam citò posse frui, & c. nam satis est mihi locum indicasse,
5. à patre relictum) quidam putant hoc totum esse adlegendum, ut inculcatum, & superuacaneum.
6. in consulatu) anno ab vrbe condita CLXIX. belli Philippici sexto. De hoc L. Valerio Flacco autem mox cognoscemus.
7. censuráque) anno ab vrbe condita CLXIX. belli Antiochini octauo.
8. Perperna) sic legendum, & ita habent scripti omnes libri veteres, & ipsi Fasti. Sed sit ne legendum Censorinus, an Censorius, querere distuli.
9. Romam demigravit) Plutarchus in Catone. Ἰὼ δὲ τις αὐτὸν δὲ πατρὸς ἰδὲ ἐν τῆς μακρῆς ῥωμαίων, καὶ διωατὸς, ἀρὶ ἐ πύθ' ἐ δὲ νόος μὲ ἀιδάινε. σταὶ φουοδὲ λω, δὲ ῥήθης δὲ καὶ ἄρ' ἔλαχ' ἡ ἀσραχαγῆν εἰς δόξα, ὅτι οὐαλέλιος Φλακκός. ἔσθ' εἶχεν ἡ μωροῦ τα χροῖα τῆς Κάτωνος. πυθόμενος δὲ πύθ' αὐτὸν ῥωμαίων, καὶ διαγὰν αὐτὸν ὡς ἔσθ' ἡ οἰκετῶν, καὶ θαυμάσας ἔκρηυ ἠδύων, ὅτι ὡς ῥομ' εἰς ἀγρὰν βαδίζε, καὶ παρῆσται τῆς θεοῦ ἰδύοις, παρῆσται σὶ εἰς τὸ χροῖον, αὐτὸν ἡ χροῖον, ἔκρηυ δὲ λαβῶν, θέρους δὲ, γυμνὸς ἐργασάμενος μὲ ἡ οἰκετῶν ἐδίδε τον αὐτὸν ἀρπὸν ὅμοσ καὶ θήλυος, καὶ πίνε τον αὐτὸν οἶνον, δὲ λω τα πικρὰ ἔπιπαιεσα αὐτὸν καὶ μετελότητα, καὶ ζῆας νόσους ἀποφθεγμα: κοῦς δὲ γμνη, κοινθούτων, ἐκὶ λαβὸς κληθῆναι ὡς τὸ δῆπνον. ἐκ δὲ τούτου χροῖον αὐτὸν, καὶ καταοῶν ἡμερον καὶ ἀστῆον ἡθους, ἀσ- ὡς ἡ ὑπὸν ἀσκήσας καὶ χροῖας ἔθροφροῦς δὲ ὀδύον, ὡς ἔλαπ, καὶ σμῆπτιση ἀμαδται ἐν Ρώμῃ πολλὰ ἴσας, καὶ πικρὰν ὡς, δὲ ἔσθ' ἐς μὲ αὐτὸς ἐκπὰ το θαυμάσας καὶ φίλας δὲ ἔσθ' ὅ σμωηροῦ ἰδύων, πικρὰν πὲ οὐαλέλιου ζυμῶν καὶ δειάμιν αὐτὸν ὡς εἰς θῆπας, χαλιάρχας ἐπὶ χε ὡς ὡπ, εἶτα ἐ ταμίθση. ἐκ τούτου δὲ λαμ ὡς ὡ ἡδη, καὶ ἀσφῶν ἡς, αὐτὸν τῆ οὐαλέ-

ειρῆς ἀπὸ τῶν μαγιστρῶν ἔτι ἐδραμεύοντο ἀρχαί. ὁ πατὴρ τε μετ' ἐκείνου, καὶ πάλιν Ἀμμιλίου γυνὸς ἦν. i. Erat autem vir patricius, & generis antiquitate in primis Romanorum excellens, & potens, cum mira sollertia praeditus ad virtutem nascentem perspicendam, tum amica & liberali mente ad alendam & propagandam, & in vulgus producendam, Valerius Flaccus. Hic habebat villas agris Catonis confineis. Cum autem eius vivendi institutum, quod erat huiusmodi, ut suis ipse manibus opus faceret, omnemque victus & cultus rationem ex eius servis audisset, & admiratus esset, narrantibus, eum manē in forum ire, & praesto esse iis, qui sua opera egerent: reuersum autem in agrum, brumali tempore, tunica sumta: aestate, nudum operibus, rusticis factis, cum servis vna sedentem, eodem pane vesci, & idem vinum bibere: aliamque multam eius bonitatem & equitatem, & moderationem commemorantibus: iussit, eum ad cenam vocari. Ex hoc tempore cum eius consuetudine vsus esset, & morum eius mansuetudinem atque vrbinitatem cognouisset, tamquam teneram plantam, cultura, & loco aperto egētem: hortatus est eum, & verò persuasit ei, ut ad reip. administrationem Romae accederet. Cum igitur Cato Romam ex Tusculanis collibus descendisset, continuo ciuēs Romanos partim sui admiratores, partim sibi amicos reddidit patrociniis, & opera forensi, ceterisque officiis. Ereus autem Valerij opib. & gratia, primum tribunus militum factus est, deinde quaestor. Ab hoc iam tempore cum clarus, & illustris esset, cum ipso Valerio in maximis magistratibus fungendis concurrir, consul & censor vna creatus.

10. Primum stipendium meruit) Plutarch. πολλὸν δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς μαγιστρῶν ταῖς ἀρεταῖς τοῖς πολιεμένοις, καὶ ταῖς στρατιῶν βουλευμένοις διδομένοισι, ἐπιμαρτυροῦντων, ὅτι αὐτῶν τὸ σῶμα μᾶλλον ἐναρπάζει ἢ γὰρ. φησὶ γὰρ αὐτὸς ἐπιμαρτυροῦντων γρηγορίως ἐπιπλάττειν στρατιωτικῶν ἀρετῶν, ἀπὸ δὲ Ἀννίβειος ἡρώων διπλοῦν, ἐπιπλάττειν τὴν Ἰταλίαν. i. Cum autem multo magis in pugnis aduersus hostes pugnat, & militiis claritatem nominis & famam sibi comparare vellet, etiamnum adolescentulus corpus vulturibus aduerso pectore acceptis refertum habebat, quo tempore Hannibal fortunam erga se benignam & liberalem experiens, Italiam vrebatur. Sed videtur ex Fastis natus tum fuisse Cato annos circiter XIX. si quidem natus est anno postquam primum consul fuerat Q. Fabius Verrucosus Maximus.

11. Q. Fabio Maximo) Q. Fabio Maximo Verrucoso Quicula, IIII. (qui fuerat iam ante bis dictator) & M. Claudio Marcello III. Coss. anno ab vrbe condita 10XXXIX. Sic Cato de se apud M. Tullium in Catone. Cum eo (Q. Fabio Maximo) quartum consule adolescentulus miles profectus sum ad Capuam (quo tempore agebat aetatis annum XIX.) quintoque anno post ad Tarentum, &c. Quo tempore natus erat annos circiter XXIII. Fabius autem erat V. consul.

12. tribunus militum in Sicilia) anno aetatis XXIII. M. Claudio Marcello V. T. Quintio Crispino Coss.

13. Inde ut rediit) anno sequente, C. Claudio Nerone, M. Livio Salinatore Coss. Qui Hasdrubalem Alpeis iam cum recenti exercitu transgressum eo consilio, ut sese cum Hannibale coniungeret, occiderunt: quae victoria maxime C. Claudij Neronis consilio, diligentia, & opera parata est, propterea quod cum Hanniba

in Salentinis, & Lucanis oppositus esset: relictis castris, ita ut hostem lateret, cum sex virorum lektorum millibus ad Salinatorem collegam profectus, Hasdrubalem coniunctis copiis oppressit. Qui tamen Salinatorem triumphantem in equo sequi, quam triumpho, quem ei senatus decreuerat, uti maluit: quia res in prouincia Salinatoris gesta fuerat. auctor T. Livijs lib. 27. & Valer. Max. lib. V. cap. 1. Exstat hac de re oda 4. Horatij lib. 4. cuius initium est, Qualem ministrum &c: in qua videtur Neroni eam victoriam referre acceptam. Sic enim ille, Quid debeas, o Roma, Neronibus, Testis Metaurum flumen, & Hasdrubal deuictus, & pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris. sequitur ad extr. Nil Claudia non perficient manus: Quas & benigno numine Iupiter. Defendit, & cura sagaces Expediunt per acuta belli.

14. magnique eius op. aestimata est) sic legendum, non, ut habent libri vulgati, existimata est, & infra non longe, quod non minoris aestimamus, &c.

15. apud Senam) quae Senogallia à Plinio lib. 3. cap. 14. appellatur: Σλωα nominat Appianus. sita est non longè à Metauro fl. in Umbria, à Gallis Senonibus condita: quos constat iuxta Adriaticum mare habitasse vel auctore Polybio lib. 2. Itaque M. Tullius in Bruto hoc praelium, Senense à Sena appellat. Sic enim ille, Ludis iuuentatis, quos Salinator Senensi praelio vovrat. Ostendunt etiam hodie Umbri quo loco pugna illa fuerit pugnata.

16. quo cecidit Hasdrubal) cuius capite, quod cum cura seruatum fuerat, ante stationes Hannibalis proiecto, ille tanto simul publico, familiarique ictus luctu, dixisse fertur, Agnosco te fortuna Karthaginis. auctor Livijs lib. 27.

17. Quaestor obtigit) anno tertio à Neronis & Salinatoris consulatu. Nam anno proximo consules fuerunt Q. Caecilius Metellus, & L. Veturius Philo. Quibus magistratu defunctis, P. Cornelius Scipio, qui postea Africanus dictus est ob deuictam & subactam Karthaginem, & P. Licinius Crassus Diues cōsules creati sunt. Ita XXVII. aut certè XXVIII. annos natus erat Cato, cum quaestor factus est. Testatur & Livijs lib. 29. Catonem Scipioni quaestore fuisse, his verbis: cum XX. rostratis nauibus se, ac L. Scipionem ab dextro cornu: ab laevo totidem rostratis C. Laelium praefectum classis cum M. Porcio Catone (quaestor tum is erat) onerariis futurum praesidio. Atqui Cicero in Bruto scribit, M. Catonem quaestorem fuisse Cethego & Tuditano coss. At M. Cornelius Cethegus, & P. Sempronius Tuditanus anno vno post Africanum & Crassum consules facti sunt. Responderi posset, Catonem factum esse iterum quaestorem Romae Cethego & Tuditano coss. posteaquam quaestor Scipioni imperatori obtigisset.

18. pro sortis necessitud.) Nam quaestor more maiorum, praetori, aut consuli est liberum loco. M. Tullius Diuinatione in Verr. Quid cum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traicere caeperit? commemorare quaestoris cum praetore necessitudinem constitutam, morem maiorum, sortis religionem? Idem ibid. duab. paginis post. Sic enim à maioribus nostris accepimus, praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere: nullam neque iustiozem, neque grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quam cōiunctionem scris, quam prouinciae, quam officij, quam publici muneris societate. Idem lib. I. accus. Ita ne.

ille incredibilem continentiae, & parsimoniae dissimilitudinem instituit, &c. Nunc ad Ciceronis verba, quae sunt in Catone, veniamus: eaque quomodo nobis legendi videntur, non, quomodo vulgò leguntur, proferamus. Sic igitur Cato de se apud Ciceronem. Ego Q. Maximum eum, qui Tarentum recepit, senem adolescens ita dilexi, ut equalem. Erat in illo viro comitate gravitas condita: nec senectus mores mutauerat. Quamquam eum colere cepti non admodum grandem natu: sed tamen iam etate prouectum. Anno enim postquam primum consul fuerat, ego natus sum: cum eo quartum consule adolescentulus ad Capuam profectus sum: quintoque anno post ad Tarentum: deinde quaestor: quem magistratum gessi consulibus Tuditano & Cethego: cum quidem ille admodum senex suavor legis Cinciae de donis & muneribus fuit. aedilis quadriennio post factus sum: deinde praetor. Hic & bella, &c.

22. Quae Ennium poetam deduxerat) Atqui M. Cato in quadam oratione obiicit, ut probum, M. Nobiliori, quod is in prouinciam poetas duxisset. duxerat autem consul ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium, inquit M. Tullius lib. I. Tusc. princip. Idem Cicero pro Archia poeta. Iam verò ille, qui cum Aetolis Ennio comite bella-uit, Fuluius, non dubitauit Martus manubias Musis consecrare. Idem in Bruto, dicunt etiam Qu, Nobiliorem M. filium iam patrio instituto deditum fuisse studio litterarum: qui etiam Qu, Ennium, qui cum patre eius in Aetolia militauerat, ciuitate donauit, cum triumphum in coloniam deduxisset.

23. quod non minoris aestim.) sic legendum, non ut vulgò, existimamus: quomodo & supra, magnique opera eius aestimata est, ubi vulgò legitur, existimata est, &c.

24. Consulatum gessit) Anno ab vrbe condita DCLVIII. Plutarchus. ὁ πατὴρ δὲ μὲν Φλάκκου Οὐαλερίου τὸ φίλου καὶ σωήτορος ἔτος ἀρχαίει, ἔλαχε τὸ ἐπαρχεῖον, ἡ δὲ ἐν τῷ Ἰσπανίᾳ καλοῦσθαι, &c. I. Cum autem consul cum L. Valerio Flacco creatus esset, prouinciam Hispaniam nactus est, eam, quam interiore appellat Romani. T. Linius lib. 33. Annal. Comitria inde habita à M. Marcello consule. creati consules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, &c. sequitur aliquot post versib. L. Valerius Flaccus, & M. Porcius quo die magistratum inierunt, de prouinciis cum ad senatum retulissent: patres censuerunt, cum in Hispania tantum glisceret bellum, ut iam consulari & duce, & exercitu opus esset: placere, consules Hispaniam citeriorem, & Italiam prouincias aut. comparare inter se, aut foriri. Vtri Hispania prouincia euenisset, eum duas legiones, & quinque millia socium Latini nominis, & quingentos equites secum portare, & nauis longas viginti ducere, &c. sequitur statim, Cato Hispaniam, Valerius Italiam est sortitus.

25. triumphum deportauit) Sic Plutarch. ut mox ex eo referemus.

26. Ibi in Hispania.

27. cuius in priore consulatu) hac de re supra.

28. & ipse ei succedere) & successit, ut supra ex Plutarcho ostendimus. Praeterea P. Scipioni Africano, qui consul fuit anno proximo, prouincia Hispania vltior euenit, ut tradit T. Linius lib. 34. Annal.

29. neque hoc per senatum eff.) contra Plutarchus, ut supra retulimus. Sed hoc

non potuit efficere, ut senatus, quae essent acta à catone, improbareret. Sic enim Plutarch. eod. loco. οὐ μὲν ἄρα καὶ συγκαταστήσειεν ἡ ἀρχὴ, μὲν δὲ κενὴν ἦν ἀποκρίσιν ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν καὶ τῶν Κάτωνος, ἢ ἀρχὴ τῆς Σικελίας τῆς αὐτῆς μάλλον, ἢ τῆς Κάτωνος ἀφελούσα δόξης, ἐν ἀποκρίσει καὶ ῥολῆ κατὰ τὴν διήληται. ὁ δὲ Κάτων θριαμβεύσας οὐχ ἄνευ τοῦ οἰκιστοῦ, ἢ μὴ πρὸς ἀρετῶν, ἀλλὰ πρὸς δόξης ἀμικτωμένω, ὅταν εἰς ταῖς ἀμερῶν ἡμεῶν ἐξικωνται, καὶ πύχοντι ὑπατίαι, καὶ θριαμβέων, ἢ δὴ πὸ λοπὸν εἰς ἡδονῶν, καὶ ῥολῶν σι σκεθὰ σαυροὶ πὸν βίον, ἐκ ἧστὶ κοινῶν ἀπταίστην. οὐ τὰ καὶ αὐτὸς ἐξ ἀνῆκε, καὶ ναπέλισε τὴν ἀρετῶν, ἢ ἢ ὁ μεία τοῖς πρὸς τὸν ἀπὸ ἡμεῶν πολιτίαι, καὶ διὰ τὴν ἡμῶν καὶ δόξης, ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς σιωπῆται, ἐαυτὸν ἐν μέσῳ παρῆχε καὶ φίλοις χηρῶν καὶ πολιτίαι, οὐ πὸ ταῖς σιωπῆται, οὐ πὸ ταῖς ἐκαταῖς ἀπικτωμένω. i. Verum tamen cum senatus decreuisset ne quid eorum, quae à catone administrata ac gesta essent, mutaretur, neve moueretur: imperium illud, quod scipioni mandatum est, cum plus de Scipionis, quam de catonis gloria detraxisset, in vacuitate à negotiis, & otio traductum est. Cato verò post triumphum deportatum, non ut plerique, quos non virtus, sed inanis gloriae cupiditas ad res gerendas, & labores pro rep. suscipiendos, excitat, ubi ad summos honoris gradus peruenerint, consulatusque ac triumphos consecuti sint, in reliquum tempus vitam iam ad voluptatem, & otium conferentes, reip. curam abiiciunt: non, inquam, sic & Cato virtutis studium remisit, neruosque debilitauit, sed similiter atque is, qui primum remp. attingunt, & honorem, gloriamque sitiunt, ab altero initio contentionem virium orsus, seipsum in medio & amicis, & ciuibus vtendum praebat atque exponebat, neque patrociniarum, neque militiae labores defugiens.

30. non potentia) proinde quasi dicat, ut hodie. Mores enim suorum temporum notat, obscurèque potentiam Pompeij, aut Caesaris, aut vtriusque carpit, ac velticat. qui locus etiam argumento est, hunc scriptorem multis saeculis superiorem Theodosio fuisse.

31. priuatus in vrbe mansit) Nihil me hac de re neque apud Plutarch. neque apud Liniu legere memini. Hoc quidem traditum est, eum tribunitiis criminationibus & contionibus exagitatum ac vexatum, cum accusatus de peculatu, & ad causam dicendam citatus, hoc tantum dixisset, hac die, Quirites, & arthaginem vici, & in capitolium ascendisset: in voluntarium exilium Liternum concessisse: ibique diem supremum obiisse. quamquam nonnulli alii tradiderunt Romae e vita excessisse.

32. At Cato, censor cum eod. Flac.) Lubet mihi hac de re T. Liniij verba ascribere, neque quòd multa sint, eò velle desinam. Pondus enim vtilitatis, offensionem longitudinis compensabit: simulque multa inde, quae ad M. Porcij Catonis mores, & ingenium, & vitam pertinent, cognoscuntur. Sic igitur Linius lib. 39. Annal. censuram summa contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. & L. Scipiones, Cn. Manlius Vulso, L. Furius Purpureo, patricij: plebeij autem, M. Porcius Cato, M. Fuluius Nobilior, T. & M. Sempronij, Longus & Tuditanus. Sed omnis patricios, plebeiosque nobilissimarum familiarum M. Porcius longè antebat. In hoc viro tanta vis animi, ingenique fuit, ut, quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur, nulla ars neque priuata, neque publicae rei ge-

rendæ ei defuit: urbanas, rusticâsque res pariter callebat. ad summos honores alios scientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit. huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcumque ageret. in bello manu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis. Idem postquam ad magnos honores peruënit, summus imperator: idem in pace, si ius consuleres, peritissimus: si causâ oranda esset, eloquentissimus: nec is tantum, cuius lingua uiuo eo uiguerit, monumentum eloquentiæ nullum exstet: uiuit immò, uigétque eloquentiæ eius, sacrata scriptis omnis generis. Orationes et pro se multa, et pro alijs, et in alios. nam non solum accusando, sed etiam causam dicendo fatigauit inimicos. Simultates nimio plures et exercuerunt eum, et ipse exercuit eas. nec fari ille dixeris, utrum magis præferit eum nobilitas, an ille agitaue- rit nobilitatem. Asperî proculdubio animi, et linguæ acerba, et immodicè libera fuit: sed inuicti cupiditatibus animi, et rigida innocentie. contemtor gratiæ, et diuitiarum. in parsimonia, in patientia laboris periculique, ferrei propè corporis, animique: quem ne senectus quidem, quæ soluit omnia, fregit. qui sextum et octogesium annu agens causam dixerit, ipse pro se orauerit, scripsitque: nonagesimo anno seruium Galbam ad populi adduxerit iudicium. Hunc sicut omni uita, ita tum petentem censuram, remebat nobilitas: conferantque præter L. Flaccum, qui collega in conuulatu fuerat, candidati omnes ad deiciendum honore: non solum ut ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur nouum hominem censorem uidere, sed etiam quòd tristis in censuram, periculosamque multorum fame, et ab se à plerisque, et à ledendi cupiditate exspectabant. Etenim tum quoque minitabundus petebat, refrigerari sibi qui liberum et forte censuram timerent, criminando. et simul L. Valerio suffragabatur: illo uno collega castigare se noua flagitia, et priscos mores reuocare posse. Nunc Plutarchi audiamus, ex eoque de censure præclara quedam cognoscimus. ὁ ὑπατίας κα ππιν ἐπὶ σὶ δευ, ἡ μνησίαν ὁ κάπων παρήγελε. κορυφή δὲ πὶς ἔστι ἑμῶς ἀπὸ σῶς ἢ ἀρχῆ. καὶ Ἐπὶ νὰ ἀ πὶς πολιτίας ὁ πτελειώσης, ἀλλὴ πὶ πολλὴν ἐξουσίαν ἔχουσα, καὶ πὶν πὶ πὶ ἢ ἢ, καὶ πὶς βίους ἐξέτασιν. οὐτε γὰρ μὲν, ἕτε περὶ ὁπιτίαν ἡ ὁρ, ἕτε διαται, ἕτε συμπεσοι ὄνητο δὲ ἢ ἀκρίων, καὶ ἀεξέπεισιν, ὡς ἔκαστος ὁπιδυμῶς ἐχί καὶ πρεσβερίσας, ἀφείδων. πλὴν ὃ μάλλον ἐν τῷ πει τομίζοντες, ἢ τὰς ὑπαίθρο. καὶ πολιτικὰς πρεξέσεις, Ἐπὶν ἀδρὲς ἐνορεσται φύλακα, καὶ ὁφροισίη, καὶ κολασίη τὸ μὲν δὲ ἀ κα τὴ ἡ δὸναις ἐκ τῆς ἐπιδων, καὶ παρεκβαίειν πὴν ὁπ. χρ. εἰον, καὶ σωήθη βίον, ἡροαὶ τὸ πὶ κα λουμβρον πατρικίων, καὶ πὶν δημοτικῶν ἕνα. ἡ μνησίαν δὲ τῷ πει πρεσθηρόβοι, ἐξουσίαν ἔχουτας ἀφείδων μὴ ἵππον, ἐκ βίῃν δὲ σιλικήτου ἢ ἀκὼ λῶσας βίου ωτα, καὶ ἀπὸ κείως. οὐτε δὲ καὶ τῶ ἡ μνημάτα πὶν δισιων λαμβαί. ἴπτε ἐπισκοπῶσι, καὶ τὰς ἀπογραφαίς τῶ ἡμῶν, καὶ τὰς πολιτίας διέκρινον. διζῶν τὴ μεγάλας ἐξ ἀδωάμεις ἢ ἀρχῆ. διὸ καὶ τῶ κάπων πρεσ πὶν παρχελίου ἀπὸππσων, ἐντα μβροι οχθὸν οἰ γω. ἐμσώτα πει, καὶ πρεσ πει πὶν πικληπικῶν. τὸς μὴ γὰρ διπὰ πει δειδ ὁ φῶδες ἐλύπι πω πει. πασιν οἰομβροις πρεσ πικλημζεσων πὶν βί γυίαν, ἀθρωπῶν ἀπ' ἀρχῆς ἀδοξῶν εἰς τὴ ἀκμα. ἡ μνὴ καὶ δωάμιν ἀ αεὶ ἐλαρομβών. οἰ δὲ μοχθηρεσ σω ἐσδῶτες αὐ πεις ὁπππσ. ὑμάτα, καὶ πα πει ὡν ἐκ διαίτην ἐζῶν, ἐφοβῶν πὶν τῶ ἀσπείαν τῶ ἀσπείαν ἀπὸ ἀσπείαν πὴν ἐξουσίαν, καὶ χαλεπὴν ἐσεμβλίω. διὸ συμφοροῖσταντες καὶ πρεσ πει δασάμ πει, ἐπὶ αὐ κα πὶ γεν ὁππ πὶν πα. ὁγγελίαν ἀπὸ πῶλοισ τῶ κάπων, πρεσ πει ὡν τες ἐλαπ πει χησῶς τὸ πῶ δῶς, ὡς δὴ μάλα

καὶ καὶ πρεσ ἡ δὸναις ἀρχεσται δέ μβρον. τῶν ἀπὸν δὲ ὁ κάπων οὐδὲ μίαν ἐν δῶδαις ὁππει. κειαι, ἀλλ' ἀπὸ πικρεσ ἀπὸ πῶν πππρῶς ἀπὸ τῶ βήματος, καὶ κεκρωζῶς, μεγάλου καπμροδ. ρηξέιν πὶν πῶν, ἡζίου τῶς πολλοῖς, εἰ ὁφρονούσι, μὴ πὴ ἡδῶσι, ἀλλὰ τὸ σφοδρότα πὴν ἀρεί. δων πὶν ἴαπρῶν. τῶ ππν δὲ ἀπὸν τῶ, καὶ πὶν πατρικίων ἕνα, φλάκων Ουαλέριον. μετ' ἐκείνου γὰρ οἰεσται μβρον πὶν ἡυπὴν, καὶ πὶν μαλακίαν, ὡς πὸρ ὅδρα, πέρμων, καὶ ἀποκῶ. ὡν, πρεσ ὄρ. γου πὴ πππρῶν. πὶν δὲ ἄλλων ὅραν ἕκαστοι ἀρχῶν κα κῶς βιαζόμβροι, ὁπ τῶς καλῶς ἀρ. ζωντας δέδοικα. i. Decem annis post consulatum, censuram cato petiuit. 35t autem apex quidam honoris hic magistratus, et quodammodo reip. administrationis perfectio. qui cum multa alia auctoritate præditus sit, tum ius habet in mores, et vitam anquirendi, atque animaduertendi. Nam neque nuptias, neque liberorum procreationem, neque victus, cultusque rationem, neque conuiuium cuiusquam existimabant oportere esse a iudicio, et animaduersione liberum, aut solutum, ut suam quisque cupiditatem, suamque consilium in eis rebus sequeretur. cum autem putarent, multo magis in his, quam in propatulis, et forensibus, et ciuilibus actionibus mores hominis cerni, ut nequis in voluptatibus fruendis a uita patria, et moribus comprobata deflecteret, ac declinaret: unum ex iis, qui patriæ appelluntur, et alterum ex plebeiis sumebant, custodem et magistrum veteris discipline, et correctorem, et castigatorem. Hos autem censores appellabant, quibus ius et potestas erat equi adimendi, et eiciendi de senatu, si quis intemperanter et minus ordinatè uiueret. Hi autem et pecunias sacrificiorum aestimatas acciperent inspiciebant: et descriptione facta ciuium genera, et totius reip. administrationem distinguebant. Denique magna est huius magistratus auctoritas ac potestas. Quocirca et catori petenti aduersari sunt, atque obstiterunt propè senatorum clarissimi, et principes. Nam patricos quidem uerbar inuidia, existimanteis nobilitatem contumeliosè tractari, atque indignè vexari, si homines ab initio ætatis obscuri ad amplissimum honoris gradum, et summam potestatem proueherentur. Nonnulli uerè malarum artium, turpiumque uitæ studiorum sibi conscij, et patria instituta in uita degenda a se esse neglecta recordantes, huius uiriu austeritatem, tamquam in potestate inexorabilem et sæuam futuram, horrebant. Itaque conspirarunt inter se, et coitionem fecerunt, compositoque septem catoni aduersarios et competitores in petitione subcrnarunt, qui multitudinem, ei bonam spem ostentantes, demulcebant, tamquam quæ molliter, et ad voluptatem a magistratibus tractari uellet. Contra cato ad nullam se æquitatem inflectens, sed apertè improbis è loco superiore comminans, et ciuitatem magna expiatione egere uociferans, postulabat a multitudine, ne suauissimum, sed acerrimum eligeret medicum. Se porro hunc esse, et unum e patricijs, L. Valerium Flaccum. cum illo enim solo se putare aliquid reip. profuturum, molliua, et luxuria, tamquam hydra, secanda atque urenda: unumquemque autem ex alijs uideri sibi per vim ad magistratus obtinendos irrumperere, ut eos malè gerant, quia eos, qui benè gesturi sint, pertimescant.

33. Nam et in compl. nobil. T. Linius lib 39. Annal. censores Marcus Porcius, et L. Valerius, metu mista exspectatione senatum legerunt. septem mouerunt senatum. ex quibus unum insignem nobilitate et honoribus, L. Quintium Flamini-

γγ 2

num consularem. Patrum memoria institutum fertur, ut censores motis e senatu ascriberent notas. Catonis & alia quidem acerbae orationes exstant in eos, quos a senatorio loco mouit, aut quibus equos ademit: sed longe grauiissima in L. Quintium oratio est, qua si accusator ante notam, non censor post notam, usus esset: retinere L. Quintium in senatu ne frater quidem T. Quintius, si tum censor esset, potuisset. Inter cetera obiecit ei, Philippum Paenum, carum ac nobile scortum, ab Roma in Galliam prouinciam spe ingentium donorum perductum. Eum puerum, per lasciuiam cum cauillaretur, exprobrare consuli per sepe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorum abductus ab Roma esset, ut obsequium amatori iactaret. Fortè epulantibus iis, cum iam uino incalescissent, nuntiatum in conuiuio esse, nobilem Boium cum liberis transfugam uenisse: conuenire consulem uelle, ut ab eo fidem praesens acciperet: introductum in tabernaculum, per interpretem, consulem alloqui cepisse: inter cuius sermonem Quintius scorto, Vis tu, inquit, quoniam gladiatorum spectaculum reliquisti, iam hunc Gallum morientem aspiceret? & cum is uix dum serio annuisset: ad nutum scorti consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti Gallo caput primum, percussisse, deinde fugienti, fidemque populi Rom. atque eorum, qui aderant, impioranti, latus transfodisse. Valerius Antias, ut qui nec Catonis orationem legisset, & fabula tantum sine auctore edita credidisset: aliud argumentum, simile tamen & libidine & crudelitate, peragit. Placentiae famosam mulierem, cuius amore deperiret, in conuiuio arcesitam scribit. ibi iactantem sese scorto inter cetera retulisse, quam acriter quaestiones exercuisset, & quam multos capitis damnatos in uinculis haberet, quos securi percussurus esset. Tum illam infra eum accubantem negasse se unquam uidisse quemquam securi feriri, & peruelle id uidere. Hic indulgentem amatorem, unum ex illis miseris attrahi iussum securi percussisse, facinus siue eo modo, quo censor obiecit, siue, ut Valerius tradit, commissum est, seuum atque atrox: inter pocula, atque epulas, ubi libare diis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis in sinu consulis recubantis, mactatam humanam uictimam esse, & crimine mensam respersam. Plutarch. Ἡ ἐβαλε δὲ τῆς Βουλῆς ἀλλοίως τε συχοῖς, καὶ Λύκιον Κοίτην οὐ πατρὶν μὲν ἐπιπέσειον ἐν αἰωνοῖς γυμνασίου, ὃ ἂν αὐτῶν πατρὶν δόξαι, ὑπατίαις μάλιστα, ἀδελφοῖσι Τίτῳ Φλαμίνιον, οὗ κατὰ πλεμύσαντος Φιλίππου. αἰτίαν δὲ τῆς ἐκβολῆς ἔσχε βασιλεύοντι. μισθίωνος ἐν τῆς παιδικῆς ὥρας ἵππευοῦ, ἀρετῆ φωνῶς ὃ Λύκιος ἀπὸ πατρὸς αὐτῶν εἶχε, καὶ σωτηρίας ὄρατο γυναικῶν, ὅτι γυναικῶν καὶ θυμῶν ἀμείωτος ὄρατο τῆς, ὅσην οὐδέ τις εἶχε ἄλλῃ πατρὸς παρὰ αὐτῶν φίλων καὶ οἰκείων. ἐπιπύσαντος μὲν οὖν ἡγευτοῦ ἀμείωτος ὑπατικῆς ἐπαρχίας. ἐν δὲ συμποσίου ἡνὶ τῷ μισθίωνος, ὡς παρὰ εἰώθει, σὺν κατακλιθεὶς, ἀλλήλου τε κολακείαν εἰκίνοι πατρὸς τῷ ἀνθρώπῳ, ἐν οἷον ῥαδίως ἀγνῶστον, καὶ φίλῳ αὐτῶν οὕτως ἔλαβον, ὡς τε, ἔφη, θεῶν οὐδὲς οἴκῳ μοτομαχῶν, οὐ τε θεομαχῶν πατρὸς τῶν, ἡμεῖς ἄρα καὶ παρὰ ὅσῳ μὲν ἰδίῳ ἀνθρώπων σαφῆ ὀδύμον. ὃ δὲ Λύκιος αὐτῷ φιλοφρονούμενος, δηλῶσά τῳ τὸ γὰρ χάριον, εἶπε, μή μιν κατακλιθεὶς οὐκ ἀμείωτος. ἐγὼ γὰρ ἰσχυρῶς, καὶ κελδύσας ἔνα ἡνὶ ὅσῳ θανάτου κατακλιθεὶς εἰς τὸ συμποσίον ἀρξάμενος, καὶ τὸν ὑπὲρ τιμῆς ἔχοντα πέλεκυν εἰσαχθῆναι, πάλιν ἠρώτησε τὸν ἑρώμενον, εἰ βούλεται τυπιδίον ἑτάσασθαι. φησὶν ὁ δὲ βούλεσθαι, πατρὸς πατρὸς τῷ ἀνθρώπῳ τὸν ἀγνῶστον ἀποκόψαι. οἱ μὲν οὖν πρὸς τῷ πατρὸς ἰσοροῦσι. καὶ ὅσα κινῶνται αὐτῶν τὸ Κἀπὼνα διηγουμένων ἐν τῷ πατρὶ γήρωι δὲ τὸν νόμον πεποίηται. ὃ δὲ Δίσιος αὐτῶν

μελοῖν τῷ Φίλιππῳ Γαλάτιον τὸ ἀναρθεῖν τὸν δὲ Λύκιον, οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ κλίμα τὸ ἀνθρώπῳ, διὰ αὐτῶν ἰδίῳ χάρι, καὶ τῷ τῷ λόγῳ γὰρ ἀφῆται Κἀπὼνος. i. Eiecit autem e senatu cum alios multos, tum L. Quintium Flamininum, qui fuerat ille quidem septem annis ante consul: sed, quod erat ei ad gloriam consulatu maius, frater erat T. Flaminini, qui Philippum bello superarat. Causa autem, quamobrem eum eiecerit, talis fuit. Adolescentulum usque a flore aetatis puerilis scortatam, domum admissum ac receptum, semper secum habebat, & in exercitu secum imperator ducebat, tantum ei honorem habens, tantamque potestatem tribuens, quantam ex amicis & familiaribus primi apud eum loci dabat omnino nemini. Cum igitur prouinciae consulari praeesset, contigit ut hic adolescens una cum eo, ut solebat, recumbens, cum alia blandimenta ad hominem capiendum, qui alioqui in uino facile quouis ducebatur, adhiberet: tum se tanto illius amore flagrare diceret, ut cum domi gladiatorum ludi parati essent, neque unquam gladiatores spectasset, ad eum exilierit, quamuis magnopere videre cuperet hominem iugulari. Lucius autem eum pari comitate & paribus blandimentis excipere & complecti uoles: At tu, inquit, ne mihi propterea uel pilo maestior accubito. ego enim isti incommodo me debor. & iussit continuo unum ex iis, qui capitis damnati essent, in conuiuio adduci, & licetorem cum securi intromitti. Quo facto iterum quasiuit ab eo, quem amabat, uellet ne eum spectare, dum feritur, qui cum ei respondisset, se uelle: iussit homini illi cernices praecidi. plurimi igitur haec ita narrant. Et uero Cicero Catonem ipsum in dialogo de senectute haec loquentem & narrantem fecit. Sed Linius eum, qui occisus fuit, transfugam Gallum fuisse dicit. Et Lucium non per licetorem, sed ipsum sua manu hominem interfecisse: & haec in oratione Catonis scripta esse. M. Tullius in Catone, Inuitus feci ut fortissimi uiri T. Flaminini fratrem L. Flamininum e senatu eiecerem: sed notandam libidinem putauit. Ille enim cum esset consul in Gallia, exoratus in conuiuio a scorto est, ut securi feriret aliquem eorum, qui in uinculis essent, damnati rei capitalis. Hic fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est: mihi uero & Flacco ne uquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perditam libido, quae cum probro priuato coniungeret imperij dedecus.

- 34. animaduertit) eleganter: ex quo animaduersio censoria. Cic. pro Cluentio. Maiores nostrinumquam iudicium nominauerunt, neque proinde ut rem iudicatam, obseruauerunt, animaduersionem, auctoritatemque censoriam.
- 35. quare) quare siue unica vox sit, siue due, ualet idem, quod, quamobrem, siue quas ob res, uel quas ob causas. Multas res nouas, inquit, in edictum addidit, propter quas luxuria coereretur. Sic Cicero ad Atticum. Miror quid cause fuerit, quare consilium mutaris. Idem pro Roscio Amerino. permulta sunt, quae dici possunt, quare intelligatur, & c. Idem Nepos supra in Themistocle. causam idoneam nacti propter barbarorum excursions, quare negarent oportere extra Peloponesum ullam urbem haberi, & c.
- 36. pullulare) tralatio ducta ab arborum pullis. Virgil. lib. 2. Georg. princip. Pullulat ab radice alis densissima silua.
- 37. Circiter annos octoginta) id est per annos circiter octoginta. Nam hoc ta-

eum, annos octoginta, accusandi casus est, continuitatem, & perpetuitatem tem-
poris significans. Vixit enim Cato nonaginta annos, & eo amplius. Quin annum
agens nonagesimum Ser. Galbam accusavit, ut testatur Plutarchus. sic enim ille.
πρωτάρων ἢ ἄλλων ὄντων ἀλλήλων, Ἐρουιλίου Γαλβᾶ κατηγόρησε ἐνεπιήκοντα γὰρ ὡς
ἔτη. καὶ δεκάθει ἄρδ, ὡς ὁ Νέστωρ, εἰς πενήντι ἢ τῶν βίῳ, ἢ τῶν ἀρετῶν κατεπέστη. i. Quat-
tior autem aliis exactis annis, Ser. Galbam accusavit, nonaginta annos natus.
Videtur enim, ut Nestor, treis hominum etates vita, & rebus gestis traduxisse.

38. suscipere inimicitias) Hoc paullo ante ex Livio cognovimus. nunc idem ex
Cicerone discamus. sic Cicero Diuinatione in Qu. Caecilium, seu C. Verrem. M.
Catonem illum sapientem, clarissimum virum, & prudentissimum, cum multis
grauis inimicitias gessisse accepimus propter Hispanorum, apud quos consul fue-
rat, inimicitias. Idem accus. lib. V. Venit enim mihi in mentem M. Catonis, homi-
nis sapientissimi. is, cum se virtute, non genere populo Rom. commendari puta-
ret: cum ipse sui generis ac nominis initium ab se gigni & propagari vellet: ho-
minum potentissimum suscepit inimicitias, & maximis in laboribus usque ad
summam senectutem summa cum gloria vixit. Idem pro L. Murena. Quid? Ser.
Galbam (nam traditum memorie est) nonne proauo tuo fortissimo, atque floren-
tissimo viro M. Catoni, incumbenti ad eius perniciem, populus Rom. eripuit? Idem
pro Sylla. Nemo enim istuc M. illi Catoni seni, cum plurimos haberet inimicos,
nemo T. Coruncanio, nemo Curioni, nemo huic ipsi nostro C. Mario, cum ei multi
inuiderent, obiecit unquam.

39. a multis tentatus) a multis petitus. multi enim eum conati sunt percellere.
Plutarchus tradit, eum fere quinquagies accusatum fuisse, sic ille: ἔχεται ἄλλοθεν
ἀπολιπέσας ἑῷ πνθίκοις τα φορεῖν δικαίαι, μίαι δὲ τελευταίαι δὲ ἔτη καὶ ὀδονήκοις γερο-
νίας, ἐν ἧ ἢ τὸ μνημονοῦσθαι οὐκ εἶπεν, ὡς χαλεπὸν ἔστιν ἐν ἀλλοῖς βέλτερόταται ἀνθρώποις, ἐν ἄλ-
λοῖς ἀπολογίᾳ. i. Fertur autem Cato causas capitibus dixisse paullo pauciores quin-
quaginta: vnam autem postremam sex & octoginta annos natus: in qua & il-
lud, quod omnium sermone celebratur, dixit, difficile esse, eum, qui apud alios ho-
mines vixerit, apud alios pro se dicere.

40. industria) industria Latinis est ea, quam Græci φιλοπονία appellant, id est,
laboris studium.

41. agricola sollers) χωρὸς ἄγρος. declarant eius libri de re rustica.

42. reip. peritus) πολιτικός. declarant eius in rep. administranda consilia, dicta,
& facta.

42. iurisconsultus) quod testantur commentarij iuris ciuilis ab eo conscripti.

43. magnus imperator) argumento ei rei sunt res ab eo in imperio gestæ, &
triumphus ex Hispania deportatus. Citetur tamen testis Cicero: cuius hæc verba
sunt sub persona Pomponij Attici in Bruto. Ego enim Catonem tuum, ut ciuem, ut
senatorem, ut imperatorem, ut virum denique cum prudentia & diligentia, tum
omni virtute excellentem probor: orationes autem, & c. & item eod. lib. alio loco,
quem locum mox referemus: ad quem accedat Livius, eo loco, ubi multa de ca-
tone: quem locum supra posuimus.

44. probabilis orator) Itaque comparat eum cum Lysia M. Tullius in Bruto,

quamquam dissentiente Attico. Sic enim ille. Catonem verò quis nostrorum ora-
torum, qui quidem nunc sunt, legit? aut quis nouit omnino? At quem virum? dij-
boni! mitto ciuem, aut senatorem, aut imperatorem, oratorē enim hoc loco qua-
rimus. Quis illo grauior in laudando? acerbius in vituperando? in sententiis ar-
guitior? in docendo, edifferendoque subtilior? refertæ sunt eius orationes amplius
centum quinquaginta (quas quidem adhuc inuenerim & legerim) & verbis &
rebus illustrib. Licet ex his eligant ea, quæ notatione, & laude digna sunt: omnes
oratorie virtutes in eis reperientur. Ibidem multis post paginis. Atticus loquitur.
Equidem in quibusdam risum vix tenebam, cum Attico Lysia Catonem nostrum
comparabas, magnum hercle hominem, vel potius summum & singularem virū:
nemo dicet secus: sed oratorem, sed etiam Lysia similem, quo nihil potest esse pi-
ctius: bella ironia, si iocemur: sin assueueramus, vide ne religio nobis tam adhi-
benda sit, quam si testimonium diceremus. Ego enim Catonem tuum, ut ciuem, ut
senatorem, ut imperatorem, ut virum denique cum prudentia & diligentia, tum
omni virtute excellentem probor: orationes autem eius, ut illis temporibus valde
laudo. significant enim formam quandam ingenij, sed admodum impolitam &
planè radem, & c. Ne Plutarchus quidem eis assentitur, qui Catonis orationes Ly-
siae orationibus simileis esse dicunt. sic enim ille. ὁ δὲν οὐ οἶδα ἢ πικρῶς οἶσι οἱ πα-
λαιῶν λόγων ἀνάστα φάσκειν ἀρετῶν καὶ τῶν οὐ μὲν ἀλλὰ τῶν τα μὲν οἷς μάλιστα
ἰδέαι λόγων ῥωμαίων αἰδανέσθαι ἀρετῶν, ἀγκυρῶσθαι. Ex quo nescio quid eis acci-
derit, qui Catonis dicendi genus Lysia orationibus simillimum esse dicunt. Ve-
rum tamen hæc quidem ij, quibus magis conuenit sermonis Romani figuras per-
spicere, diiudicabunt, & c.

45. cupidissimi) M. Tull. lib 3. de finib. Quò cum venissem, M. Ca-
tonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum:
Stoicorum libris. erat enim, ut scis, in eo inexhausta auuiditas legendi, nec satiari
poterat: quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi in anem reformidans, in ip-
sa curia solet legere sæpe, dum senatus cogeretur, nihil operæ reip. detrahens.
quo magis tum in summo otio, maximaque copia, quasi heluo librorum, (al. he-
lyuri libros) si hoc verbo in tam præclara re utendum est, videbatur.

46. litterarum) Græcarum & Latinarum.

47. etsi senior arripuerat) maxime Græcarum. M. Tullius in Catone princip.
qui si eruditius videbitur disputare, quam consuevit ipse in suis libris: attribuito
Græcis litteris: quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. Idem ibid.
sub persona ipsius Catonis, de senib. loquentis. Quid quòd etiam addiscunt ali-
quid? ut Solonem versib. gloriantem videmus, qui se quotidie aliquid addiscen-
tem, dicit senem fieri: ut ego feci, qui litteras Græcas senex didici: quas quidem
sic auide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Hæc obseruet studio-
sis bonarum litterarum lector, Ciceronem, & Nepotem eodem verbo translato v-
sos esse. hoc interest, quòd Cicero, addito aduerbio, dixit, litteras Græcas auide
arripui: Nepos sine aduerbio, litterarum studium senior arripuerat. Idem pro Ar-
chia poeta. ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, diuinum homi-
nem Africanum: ex hoc C. Lælium, L. Furium, modestiss. homines, & continentif-

simos: ex hoc fortissimum virum, & illis temporib. doctissimum, M. Catonem illum, senem: qui profecto si nihil ad percipiendam, colendamque virtutem litteris adiuuarentur, nunquam se ad earum studium contulissent. Plutarch. ἀμώσ δὲ περὶ τῆς ἐπιμαθῆς ὀφειλόμενης ἡρώδου λέγειται, καὶ πῶρῳ περὶ τὰ παλαιὰ ἡλικίας ἐλληναῖοι, ἐκλωπὶ καὶ βιβλίῳ λαβῶν ἐς χῆρας, θεοῦ γὰρ μὴ ἐπιθῆναι Θεοκωιδίδου, πλείονα δὲ ἐπὶ Δημοσθένους εἰς τὸ ῥητορικὸν ὠρῆν θῆναι. τὰ ἄρτια συγγράμματα δὲ ἰορμασὶν ἐλληναῖοι, καὶ ἰσοεῖαις ἑπὶ πεικῶς διὰ πειρῶνται καὶ μεθυσμένοι ἄρτια παλαιὰ καὶ λέξι ἐν τοῖς ἀποφθίμασι, καὶ τῆς γλωσσολογίας τὰ παλαιά. i. Dicitur autem alioqui Cato disciplinas, & litteras Græcas serò didicisse, & cum lögè omnino ætate prouectus libros Græcos in manus sumisset, parum à Thucydide, plus à Demosthene ad dicendi genus oratorium adiutus esse. Scripta quidem eius & sententiis Græcis, & historiis re vera distincta & variata sunt, multaque de Græcis ad verbum expressa in apophthegmatis, & sermonibus sententiosis posita sunt.

48. orationes) centum quinquaginta, ut supra ex M. Tullio ostendimus. quarum vix ad nos inscriptiones, nominaque peruenierunt. Citantur exempli gratia hæc à Cicerone & Gellio, & veteribus grammaticis, de adilibus vitio creatis: de præda militum (al. militib.) diuidenda: ex qua, verba illa, que profert A. Gellius lib. XI. cap. 17. quia mihi, ut & Gellio, impensè placuerunt, continere me nō possum, quin huc ascribam. Sic igitur Cato de impunitate peculatus, atque licentia conquerens. Fures priuatorum furtorum in neruo, atque in compedibus atatem agunt: fures publici, in auro, atque in purpura. Pro lege Voconia: In M. Cæcilium: pro L. Cæsetio: De morib. C. Neronis: In Furium: In Pansam: De tribunis militum. In Q. Minucium Thermum de suis virtutibus: In Veturium de sacrilegio cōmissō: Pro Veturio: De lege Lætoria: De lege Bæbia: De falsis pugnis: De re Floriana: Ne quis consil bis fiat: Aduersus M. Acilium quarta: Ad lites Censorias: In Annium: In M. Fuluium Nobiliorem: De spoliis, ne figerentur, nisi quæ de hostibus, &c. In Oppium: De decem hominibus: De faceratione legis Iuniae: Pro Rhodiensibus: Pro lege Orchia: Dissuasio de rege Attalo, & vectigalibus Asiæ: Ædileis plebis sacrosanctos esse: De auguribus: De indigetibus: De coniuratione: De fundo oleario: De signis & tabulis apud equites: De re Histriæ militari: De consulatu: In Cornelium ad populum, &c.

49. libri septem) proferuntur nonnulla ex singulis à grammaticis veterib. & maxime à Festo. Festus in voce Mulleos. M. Cato Originum lib. 7. Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos lunatos (al. alutatos) &c. Idem in voce, Ruscum. Et M. Tullius in Catone: cuius verba mox referemus.

50. Origines) M. Tull. in Catone. Septimus mihi liber Originum est in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: causarum illustrium, quascumq; defendi, nunc cum maxime orationes conficio: ius augurium, pontificium, civile tracto. multum etiam litteris Græcis utor, Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro vesperi.

Reprehendit hanc inscriptionem Festus in voce, Originum, his verbis: Originum libros quod inscripsit Cato, non satis plenum titulum propositi sui videtur amplexus: quando prægrauant ea, que sunt rerum gestarum populi Romani.

51. bellum

51. bellum Punicū pr.) quod scripsit Næuius versib. M. Tull. in Bruto. Sit Ennius sanè, ut est, perfectior: qui si illū (Næuiū) ut simulat, cōtemneret, non, omnia bella persequens, primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. sed ipse dicit, cur id faciat scripsere alij rem Versibu- supple ex alio loco quos olim Fauni, vatesque canebant. Cùm neque Musarum scopulos quisquam superauit, Nec dicti studiosus erat. Ante hunc. Idem in Catone. Quam gaudebat bello suo Punico Næuius? Versus eius, quod erant antiquissimi, Saturnij dicti sunt, ut testatur Festus in voce, Saturno, his verbis. Versus quoque antiquissimi, quibus Ennius fata cecinisse hominibus videtur, Saturnij appellantur, quibus & à Næuio bellum Punicum scriptum est, & à multis aliis plura composita sunt. Eò pertinet illud Horatij, epistola ad Augustum. sic horridus ille Defluxit numerus Saturnius, & graue virus Munditiæ pepulere, &c.

52. secundum) quod ab Ennio item versibus scriptum est annalium libris XII.

53. capitulatim) κεφαλῶδως, summatim, acervatim.

54. Ser. Galbæ) sic legendum, non, ut vulgò, Sergij Galbæ. Galbæ enim erant Sulpiciæ gentis, non Sergiæ. Itaque huius Galbæ prænomen erat Seruius, nomen Sulpicius. Ita autem emendandum est hoc nomen apud Ciceronem, Liuium, & Suetonium in libris vulgatis, vbicumque legitur, Sergius Galba, pro Ser. id est, Seruius Galba. Quod quamuis sæpe iam viua voce ex cathedra regia docuerim, & per scripta monuerim, ludi magistri tamen isti, quæ semel didicerunt, dediscere non possunt.

55. qui diripuit Lusitanos) eòq; nomine à L. Scribonio Libone, & M. Porcio Catone in iudiciū vocatus est: qui cùm se certò damnatū iri videret: complexus duos filios prætextatos, & filiū C. Sulpicii Galli, cuius tutor erat: ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. M. Tull. lib. I. de oratore ad Q. Fr. Idem. (P. Rutilius Rufus) homo doctus, & philosophia deditus, Ser. Sulpiciam Galbam, quem hominem probè commemorasse se aiebat, pergrauiter reprehendere solebat, quòd is L. Scribonio Libone quæstionem in eum ferente, populi misericordiam concitasset: cùm M. Cato Galbæ grauis atque acer inimicus, asperè apud populum Rom. & vehementer esset locutus: quam orationem in Originib. suis exposuit ipse. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quòd is C. Sulpicii Galli propinqui sui filium pupillum Q. ipse pene in humeros suos extulisset, qui patris clarissimi recordatione, & memoria fletum populo moueret: & duos filios suos paruos tutelæ populi commendasset, ac se, tamquam in procinctu testamentum faceret, sine libra atque tabulis, populum Rom. iutorem instituere dixisset illorum orbitati. Itaque cùm & inuidia & odio populi tum Galba premeretur: his quoque eum tragædiis liberatum ferebat: quòd item apud Catonem scriptum esse video, nisi pueris & lacrymis vsus esset, pœnas eum daturum fuisse. Idem in Bruto nō multis paginis post princip. Atque etiam L. Æmilius Paullus Africani pater personam principis facile tuebatur: & verò etiam Catone viuo: qui annos quinque & octoginta natus excessit è vita, cùm quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset: quam etiam orationem scriptam reliquit. Idem eod. lib. aliquot post versib. Ex hac Rutiliana narratione suspicari li-

22

cet, cum duæ summæ sint in oratione laudes, vna subtiliter disputandi ad docendum, altera grauius agendi ad animos audientium permouendos; multoque plus proficiat is, qui inflammer iudicem, quàm ille, qui doceat: elegantiam in Lælio, vim in Galba fuisse. Quæ quidem vis tum maximè cognita est, cum Lusitanus à Ser. Galba prætoris contra interpositam (vt existimabatur) fidem interfectis: L. Scribonio Libone tribuno pl. populum incitante, & rogationem in Galbam priuilegij similem ferente: summa senectute, vt antè dixi, M. Catolegem suadem, in Galbam multa dixit: quam orationem in Origines suas retulit, paucis antè quàm mortuus est, an diebus, an mensibus? Tum igitur recusans Galba pro sese, & populi Rom. fidem implorans, cum suis pueros, tum C. Sulpicij Galli etiam filium, flens ei commendabat: cuius orbitas & fletus mirè miserabilis fuit propter recentem memoriam clarissimi patris: usque se tum eripuit flammæ propter pueros misericordia populi commota, sicut idem scriptum reliquit Cato.

56. in Italia, Hisp.) vt C. Cæsar breuiter exponit quæ in Gallia, Germania, Britannia sunt admiranda, aut noua.

37. comparet) apparet, in promptu est. Cicero in Bruto. Nobis quidem pueris oratio hæc omnium optima putabatur, quæ vix iam comparet in hac turba novorum voluminum. Idem in Oratore perfecto. In Thucydide orbem modò orationis desidero, ornamenta comparent. Idem pro C. Rabirio. Iccircòne oportuit C. Rabirium desciscere à repub. & non comparere in illa armata multitudine bonorum?

58. in eo libro) qui non est in manibus, & vna cum multis aliis & huius, & aliorum scriptis interit.

59. delegamus) sic quidem habent libri omnes vulgati, sed, relegamus, censo legendum. relegamus autem, interpretor, reuicimus, seu remittimus. Nam, ne quis forte existimet, relegare, locum habere tantum in iis, qui relegantur in insulam: de quibus exstat titulus libro Digestorum XLVIII. de interdicitis, & relegatis: relegare propriè valet, longè legare, seu longè mittere. Delegare autem hic locum habere non potest. Nam delegare dicunt Latini onus, & laborem, & prouinciam alteri, pro eo quod est, alteri tradere, seu in alterum transferre. Dicunt etiam delegare suum debitorem suo creditori, pro eo quod est, iubere suum debitorem creditori suo soluere: vt, si centum Mænio deberem, & totidem mihi Titius deberet, ego Titium debitorem meum, ea centum meo creditori Mænio soluere iuberem. qua de re legendus titulus de Nouationibus, & delegationibus, lib. XLVI. Digestorum. Harum igitur significationum cum ad hunc locum neutra quadret, legendum est, relegamus.

VITA T. POMPONII ATTICI

Ex Cornelio Nepote.

Pomponius Atticus, ab origine vltima, stirpis Romanæ generatus, perpetuò à maioribus acceptam, equestrem obtinuit dignitatem. Patre vsus est diligente, indul-

gente, & vt tum erant tempora, diti, in primisque studioso litterarum. hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, filium erudiuit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenij, summa suauitas oris ac vocis, vt non solùm celeriter arriperet quæ tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiare. Quæ ex re, in pueritia, nobilis inter æquales ferebatur, clariusque exsplendescbat, quàm generosi condiscipuli animo æquo ferre possent. Itaque incitabat omne studio suo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius, C. filius, M. Cicero, quos consuetudine sua sic sibi deuinxit, vt nemo iis perpetuò fuerit carior. Pater mature decessit. ipse adolescentulus, propter affinitatem P. Sulpicij, qui tribunus pleb. interfectus est, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia, Pomponij consobrina, nupserat Ser. Sulpicio, fratri P. Sulpicij. Itaque interfecto P. Sulpicio, posteaquàm vidit, Cinnano tumultu ciuitatem esse perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate viuendi, quin alterutram partem offenderet, dissociatis animis ciuium, cum alij Syllanis, alij Cinnanis fauerent partibus: idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit: neque eo secius adolescentem Marium hostem indicatum, iuuuit opibus suis: cuius fugam pecunia subleuauit. Ac ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum traiecit suarum. Hic ita vixit, vt vniuersis Atheniensibus meritò esset carissimus. Nam, præter gratiam, quæ iam in adolescentulo magna erat, sæpe suis opibus inopiam eorum publicam leuauit. Quum enim versuram facere publicè necesse esset, neque eius condicionem æquam haberent: semper se interposuit, atque ita, vt neque vsuram

umquam ab iis acceperit, neque longius, quam dictum esset, eos debere passus sit. Quod utrumque erat iis salutare. nam neque indulgendo inueterascere eorum es alienum patiebatur, neque multiplicandis usuris crescere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam uniuersos frumento donauit, ita ut singulis sex modij tritici darentur, qui modus mensurae, medimnus Athenis appellatur. Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur. quo factum est, ut huic omneis honores, quos possent, publicè haberent, ciuémque facere studerent: quo beneficio ille uti noluit. quod nonnulli ita interpretantur, amitti ciuitatem Romanam alia ascita. Quamdiu affuit, nequa sibi statua poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, & Pilia locis sanctissimis posuerunt. Hunc enim in omni procuratione reipubl. actorem, auctoremque habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quod in ea potissimum urbe natus est, in qua domicilium, orbis terrarum esset imperij, ut eandem & patriam haberet, & dominam. hoc specimen prudentiæ, quod, cum in eam ciuitatem se contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrina præstaret omnibus, ei unus ante alios fuerit carissimus. Huc ex Asia Sylla decedens cum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis & humanitate, & doctrina. Sic enim Græcè loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem suauitas erat sermonis Latini, ut appareret, in eo natiuum quendam leporem esse, nõ ascitum. Idem poemata pronuntiabat & Græcè & Latinè, sic ut supra nihil posset. Quibus rebus factum est, ut Sylla nusquam eum ab se dimitteret, cuperétque secum deducere. cui cum persuadere tentaret, noli, oro te, (inquit Pomponius) aduer-

sum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sylla adolescentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiscens iussit deferri. Hic complureis annos moratus, cum & rei familiari tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamiliâs, & omnia reliqua tempora aut litteris, aut Atheniensium reip. tribueret, nihilo minus amicis urbana officia præstitit. Nam & ad comitia eorum ventitauit, & si qua res maior acta est, non defuit: sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem præbuit: cui ex patria fugienti, LLS. ducèta, & quinquaginta millia donauit. Trāquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta, & L. Torquato Coss. quem diem sic uniuersa ciuitas Atheniensium prosecuta est, ut lacrymis desiderij futuri dolorem indicaret. Habebat auunculum Qu. Cecilium, equitem Rom. familiarem L. Luculli, diuitem, difficillima natura. cuius sic asperitatem veritus est, ut, quem nemo ferre posset, huius sine offensione ad summam senectutem retinuerit beniuolentiam. quo factò, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens, testamento adoptauit eum, heredemque fecit ex dodrante. ex qua hereditate accepit circiter centies LLS. Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni: easq; nuptias M. Cicero conciliarat. cum quo à discipulatu uiebat coniunctissimè, multo etiam familiarius, quàm cum Q. ut iudicari possit plus in amicitia ualere similitudinem morum, quàm affinitatem. Utebatur autem intimè Qu. Hortensio, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat, ut intelligi non posset, uter eum plus diligeret, Cicero, an Hortensius. & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tanta laudis esset æmulatio, nulla:

intercederet obrectatio, essetq; talium virorum copula. In repub. ita versatus est, ut semper optimarum partium & esset, & existimaretur. Neque tamen se civilibus fluctibus committeret, quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis dedissent, quam qui maritimis iactarentur. Honores non petiit, cum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem: quod neque peti more maiorum, neque capi possent conseruatis legibus, in tam effusis ambitus largitionibus, neque⁷ geri è rep. sine periculo, corruptis ciuitatis moribus. Ad hastam publicam namquam accessit. Nullius rei neque præs, neque manceps factus est. Neminem neque suo nomine, neque subscribens, accusauit. In ius de sua re numquam iit: iudicium nullum habuit. Multorum consulum, prætorumque præfecturas delatas, sic accepit, ut neminem in prouinciam sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despererit fructum. qui⁸ ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cum apud eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere noluisse, asseclam esse prætoris. qua in re non solum dignitati seruebat, sed etiam tranquillitati, cum suspiciones quoque vitaret criminum. quo fiebat, ut eius obseruantia omnibus esset carior, cum eam officio, non timori, neque spei tribui viderent. Incidit Casarianum ciuile bellum, cum haberet annos circiter sexaginta. Usus est ætatis vacatione, neque se quoquam mouit ex urbe. Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompeium⁹ coniunctum non offendit. Nullum enim ab eo habebat ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut diuitias ceperant: quorum partim inuitissimi castra sunt secuti, partim summa cum

eius offensione, domi remanserunt. Attici autem quies, tantopere Casari fuit grata, ut victor, cum priuatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis, & Q. Ciceronis filium ex Pompeij castris concesserit. Sic vetere instituto vita, effugit noua pericula. Secutum est illud, occiso Casare, cum Respublica penes Brutos videretur esse, & Cassium, actota ciuitas se ad eum conuertisse videretur. Sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens æquali familiaris, quam hoc sene: neque solum eum principem consilij haberet, sed etiam in conuictu. Excogitatum est à quibusdam, ut priuatum ærarium, Casaris interfectores ab equitibus Rom. constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaq; appellatus est à C. Flauio Bruti familiari Atticus, ut eius rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis præstanda sine factione existimaret, semperque à talibus se consiliis remouisset, respondit, si quid Brutus de suis facultatibus vti voluisset, usurum quantum ea paterentur: sed neque cum quoquam de ea re collocuturum, neque coiturum. Sic ille consensionis globus, huius vnus dissensione, disiectus est: neque multo post superior esse cepit Antonius, ita ut Brutus & Cassius prouinciarum, quæ iis¹⁰ dicis causa data erant à consulibus, desperatis rebus, in exsulum proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abiecto Bruto, Italiâq; cedenti LLS. centum millia muneri misit. eidem in Epiro absens, trecenta iussit dari: neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit. Secutum est bellum gestum apud Mutinam. In quo si tantum eum prudentem dicam: minus, quam debeam, prædicem,

cum ille potius diuinus fuerit, si diuinitio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quae nullis casibus neq; agit, neq; minuitur. Hostis Antonius iudicatus Italia cesserat: spes restituendi nulla erat.¹² non solum eius inimici, qui tum erant potentissimi, & plurimi, sed etiam amici, aduersariis eius se dabant, & in eo ledendo se aliquam consecuturos sperabant comoditatem: eius familiareis insequabantur, uxorem Fuluiam omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam extinguere parabant. Atticus cum Ciceronis intima familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto: non modo nihil iis indulget ad Antonium violandum, sed e contrario familiareis eius ex urbe profugientes, quantum potuit, texit: quibus rebus indignerunt, adiuuit. P. vero Volumnio ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fulvia, cum litibus distineretur, magnis que terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum praestitit, ut nullum illa¹³ stiterit vadimonium sine Attico, hic sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset: ille se interposuit, pecuniamque sine fanore, sineque ulla stipulatione ei credidit, maximum existimans questum, memorem, gratumque cognosci: simulque aperire, se non fortunae, sed hominibus solere esse amicum. quae cum faciebat, nemo eum temporis causa facere poterat existimare. Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum positurum. Sed sensim is a nonnullis optimatibus reprehendebatur, quod parum odisse malos ciueis videretur. Ille autem¹⁴ sui iudicij, potius quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alij laudaturi forent. Conuersa subito fortuna est. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo

Atticum

Atticum futurum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaque ad aduentum imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem: latebatque apud P. Volumnium, cui, ut ostendimus paullo antè, opem tulerat: (Tanta varietas iis temporibus fuit fortuna, ut modò hi, modò illi in summo essent aut fastigio, aut periculo,) habebatque secum Q. Gellium Canium, aequalem, simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognouerat, aded coniunctè vixit, ut ad extremam aetatem amicitia eorum creuerit. Antonius autem, & si tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei, sed omnibus etiam eius amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere: multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officij, & ei, cum requisisset ubinam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret. se eum, & Gellium Canium, de proscriptorum numero exemisse. ac, nequod in periculum incideret, quod noctu fiebat: praesidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, praesidio fuit. Neque enim sua solum a quoquam auxilium petiit salutis, sed coniunctim: ut appareret nullam seiunctam sibi ab eo velle esse fortunam. Quod si gubernator praecipua laude fertur, qui nauem ex hieme, marique scopuloso seruat, cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, tamque grauibus procellis ciuilibus, ad incolumitatem peruénit? Quibus ex malis ut se emerfit, nihil aliud egit, quam ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Cum prosriptos praemiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit, nemini non ibi perpetuò manendi potestas facta est. Quin etiam post praelium Philippense, interitum-

A A

que C. Casij, & M. Bruti, L. Iulium Mocillam præto-
rem, & eius filium, Aulumque Torquatam, ceterosque pa-
ri fortuna percussos, instituit tueri: atque ex Epiro his om-
nia Samothraciam supportari iussit. Difficile enim est om-
nia persequi, & non necessaria. Illud unum intelligi volu-
mus, illius liberalitatem, neque temporariam, neque calli-
dam fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus iudicari potest,
quod non florentibus se venditavit, sed afflictis semper suc-
currit. qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minus post
mortem eius, ¹⁵ quam florente, coluerit. Sic liberalitate u-
tens, nullas inimicitias gessit, quod neque ladebat quem-
quam, ¹⁶ neque, si quam iniuriam acceperat, malebat ulcisci,
quam obliuisci. Idem immortalis memoria ¹⁷ præcepta retine-
bat. beneficia: quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat,
quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, ut ve-
rè dictum videatur, **SVI CUIQUE MORES
FINGUNT FORTUNAM.** Neque tamen
prius ille fortunam, quam se ipse, finxit: qui cauit nequa in
re iure plecteretur. His igitur rebus effecit, ut M. Vipsanius
Agrippa, intima familiaritate coniunctus adolescenti Cæ-
sari, cum propter suam gratiam, & Cæsaris potentiam, nul-
lius conditionis non haberet potestatem, potissimum eius de-
ligeret affinitatem, præoptaretque equitis Romani filiam
generosam nuptiis. atque harum nuptiarum conciliator fuit
(non enim est celandum) M. Antonius ¹⁸ triumvir reipub.
constituendæ: cuius gratia cum augere possessiones posset
suas, tantum a fuit à cupiditate pecuniæ, ut nulla in re usus
sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incom-
modis. Quod quidem sub ipsam proscriptionem perillustre
fuit. Nam cum L. Saufeij equitis Rom. æqualis sui, qui

complureis annos studio ductus philosophiæ, Athenis habi-
tabat, habebatque in Italia pretiosas possessiones, triumviri
bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res gereban-
tur: Attici labore, atque industria factum est, ut eodem nun-
tio Saufeius fieret certior se patrimonium amisisse, & recu-
perasse. Idem L. Iulium Calidum, quem post Lucretij, Ca-
tullique mortem, multo elegantissimum poetam nostram tu-
lisse ætatem verè videor posse contendere, neque minus vi-
rum bonum, optimis que artibus eruditum, post proscrip-
tionem equitum, propter magnas eius Africanas possessiones,
in proscriptorum numerum à P. Volumnio, præfecto fabrum
Antonij, absentem relatum, expediuit. Quod in præsentem u-
trum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit iudicare,
quod in eorum periculis, non secus absentis, quam præsentis
amicos Attico esse curæ cognitum est. Neque verò minus
ille vir, bonus paterfamilias habitus est, quam civis. Nam
cum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus ædi-
ficator. Neque tamen non in primis bene habitavit, omni-
busque optimis rebus usus est. Nam domum habuit in colle
Quirinali ¹⁹ Tamphilanam, ab auunculo hereditate reli-
ctam: cuius amœnitas non ædificio, sed silva constabat. ip-
sum enim tectum antiquitus constitutum, plus salis, quam
sumtus habebat: in quo nihil commutavit, nisi si quid vetu-
state coactus est. Usus est familia, si utilitate iudicandum est,
optima: si forma, vix mediocri. namque in ea erant pueri lit-
teratissimi, anagnostæ optimi, & plurimi librarij, ut ne pe-
dissequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum
pulchrè facere posset. pari modo artifices ceteri, quos cultus
domesticus desiderat, apprimè boni. neque tamen horum quem-
quam, nisi domi natum, domique factum habuit: quod est si-

gnum non solum continentiae, sed etiam diligentiae. Nam & non intemperanter concupiscere quod à plurimis videas, continentis debet duci: & potius diligentia, quam pretio, parare, non mediocris est industriae. Elegans, non magnificus: splendidus, non sumtuosus, omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. supellex modica, non multa, ^{2°} ut in neutram partem* conspici posset. Nec hoc prateribo, quamquam nonnullis leue visum iri putem. cum in primis lautus esset eques Rom. & non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines inuitaret, scimus non amplius, quam terna millia aris, peraeque in singulos menses, ex ephemeride eum expensum sumtui ferre solitum. Atque hoc non auditum, sed cognitum praedicamus. Saepe enim propter familiaritatem, domesticis rebus interfuimus. Nemo in conuiuio eius aliud acroama audiuit, quam anagnosten: quod nos quidem iucundissimum arbitramur. Neq; umquam sine aliqua lectione apud eum cenatum est: ut non minus animo, quam ventre, conuiuia delectarentur. Namque eos vocabat, quorum mores à suis non abhorrerent. Cum tanta pecuniae facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutauit, nihil de vitæ consuetudine. tantaque usus est moderatione, ut neque in sestertio vicies, quod à patre acceperat, parum se splendide gesserit: neque in sestertio centies, affluentius vixerit, quam instituerat, parique fastigio steterit in utraque fortuna. Nullos habuit hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumtuosam villam, neque in Italia, praeter Ardeatinum, & Nomentanum, rusticum praedium: omnisque eius pecuniae reditus constabat in Epiroticis, & urbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest, eum, usum pecuniae non magnitudine, sed ratione metiri solitum. Mendacium neque

dicebat, neque pati poterat. Itaque eius comitas, non sine seueritate erat, neque grauitas sine facilitate: ut difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur, ²¹ quam amarent. Quicquid rogabatur, religiose promittebat, quod non liberalis, sed leuis arbitratur, polliceri, quod praestare non posset. Idem in nitendo quod semel admisisset, tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. Numquam suscepti negotij eum pertasum est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat: qua nihil habebat carius. quo fiebat, ut omnia M. & Q. Ciceronum, Catonis, Hortensii, Auli Torquati, multorum praeterea equitum Ro. negotia procuraret. Ex quo iudicari poterat, non inertia, sed iudicio, fugisse reipub. procuracionem. Humanitatis vero nullum afferre maius testimonium possum, quam quod adolescens idem seni Syllae fuerit iucundissimus, senex adolescenti M. Bruto: cum aequalibus autem suis, Qu. Hortensio, & M. Cicerone sic vixerit, ut iudicari difficile sit, cui etati fuerit aptissimus. quamquam eum praecipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit, aut familiarior. Ei rei sunt indicio, praeter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus iam sunt editi, sexdecim volumina epistolarum, ab consulatu eius usque ad extremum tempus, ad Atticum missarum: quae qui legat, non multum desideret historiam contextam illorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, ²² mutationibus reip. perscripta sunt, ut nihil in iis non appareat: & facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse diuinationem. Non enim Cicero ea solum, quae viuo se acciderunt, futura praedixit, sed etiam quae nunc usu veniunt, cecinit, ut vates. De pietate autem Attici quid plura comme-

morem, cum hoc ipsum verè gloriantem audierim in funere matris suæ, quam extulit annorum nonaginta, cum esset septem & sexaginta, se numquam cum matre in gratiam rediisse, numquam cum sorore fuisse in simultate, quam prope æqualem habebat. Quod est signum, aut nullam umquam inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc ea fuisse in suos indulgentia, ut, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. neque id fecit natura solùm, quamquam omnes ei paremus, sed etiam doctrina. nam & principum philosophorum ita percepta habuit præcepta, ut iis ad vitam agendam, non ad ostentationem uteretur. Moris etiam maiorum summus imitator fuit, antiquitatisque amator: quam adeò diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine exposuerit, quo magistratus ornavit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi Rom. quæ non in eo suo tempore sit notata: & quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexit, ut ex eo clarorum virorum propages possimus cognoscere. Fecit hoc idem separatim in aliis libris, ut M. Bruti rogatu Iuniam familiam à stirpe ad hanc ætatem, ordine enumeraverit, notans qui, à quo ortus, quos honores, quibusque temporibus cepisset: pari modo Marcelli Claudij de Marcellorum: Scipionis Cornelij, & Fabij Maximi, de Corneliorum, & Fabiorum, & Aemiliorum quoque: quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attingit quoque poëticen, credimus, ne eius expers esset suavitatis. Namque versibus qui honore, rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt, exposuit: ita, ut sub singulorum imaginibus facta, magistratusque eorum non amplius quaternis, quinisque versibus descripserit, quod

vix credendum sit, tantas res, tam breviter potuisse declarari. Est etiam liber Græcè confectus, de consulatu Ciceronis. Hactenus Attico viuo edita hæc à nobis sunt. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur: & quantum potuerimus, rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significauimus, SVOS CVI QVE MORES PLERVMQVE CONCILIARE FORTVNAM. Namque hic contentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinitatem peruénit imperatoris Diui Iulij filij, cum iam antè familiaritatem eius esset consecutus nulla alia re, quàm elegantia vitæ, qua ceteros ceperat principes ciuitatis, dignitate pari, fortuna humiliore. Tanta enim prosperitas Casarem est consecuta, ut nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam antè detulerit & conciliarit, quod ciuis Romanus quiuuit consequi. Nata est autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Casar vix anniculam, Tiberio Claudio Neroni Drusilla nato, priuigno suo, despondit. quæ coniunctio necessitudinem eorum²³ sanxit, familiaritatem reddidit frequentiore. quamuis ante hæc sponsalia non solùm cum ab urbe abesset, numquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico mitteret, quid ageret, in primis, quid legeret, quibusque in locis, & quamdiu esset moraturus: sed etiam cum esset in urbe, & propter suas infinitas occupationes, minus sæpe, quàm vellet, Attico frueretur, nullus dies tamen temere intercessit, quo non ad eum scriberet, quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret: modò aliquam ei quæstionem poëticam proponeret, interdum iocans eius verbosiores eliceret epistolas. Ex quo accidit, cum ades Iouis Feretrii, in Capitolio ab Romulo constituta, vetusta

te, atque incuria detecta, prolaberetur, ut Attici ammonitu, Cæsar eam reficiendam curaret. Neque verò ab M. Antonio minus absens litteris colebatur: adeò, ut accuratè ille²⁴ exsul tum his terris, quid ageret, quid curæ sibi haberet, certiore faceret Atticum. Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui iudicare poterit, quantæ sit sapientiæ, eorum retinere usum, beniuolentiãque, inter quos maximarum rerum non solum æmulatio, sed obrectatio tanta intercedebat, quantam fuit incidere necesse inter Cæsarem, atque Antonium, cum se uterq; principem nõ solum urbis Romanæ, sed orbis terrarum esse cuperet. Tali modo cum VII. & LXX. annos compleisset, atque ad extremam senectutem non minus dignitate, quàm gratia, fortunãque creuisset (multas enim hereditates nulla alia re, quàm bonitate, est consecutus) tantãque prosperitate usus esset valetudinis, ut annos triginta medicina non indignisset: nactus est morbum, quem initio & ipse, & medici contempserunt. nam putarunt esse²⁵ tenesmon: cui remedia celeria, faciãque proponebantur. In hoc cum treis menses sine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, consumsisset: subito tanta vis morbi in unum intestinum prorupit, ut extremo tempore, per lumbos fistula putris eruperit. Atque hoc prius, quàm ei accideret, postquam in dies dolores accrescere, febrẽque accessisse sensit, Agrippam generum ad se²⁶ arcersi iussit, & cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducæum. hos ut venisse vidit: in cubitum nixus: quantam, inquit, curam, diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos testeis habeam, nihil opus est pluribus verbis commemorare: quibus quoniam, ut spero, satisfeci, nihilque reliqui feci, quod ad sanandum me pertineret, reli-

quum

quum est, ut egomet mihi consulam. Id vos ignorare nolui. Nam mihi stat alere morbum desinere. namque his diebus quicquid cibi sumsi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis. Quare à vobis peto primum, ut consilium probetis meum: deinde ne frustra debortando conemini. Hac oratione habita, tanta constantia vocis atque vultus, ut non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare, cum quidem Agrippa eum flens, atque osculans, oraret atque obsecraret, ne id, quod natura cogeret, ipse quoque sibi acceleraret: & quoniam tum quoque posset temporibus superesse, se sibi, suisque reseruaret: preces eius taciturnia sua obstinatione compressit. Sic cum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit, leuiorque morbus esse cœpit. tamen propositum nihilo secius peregit. Itaque die quinto, postquam id consilium inierat, pridie Kal. Aprileis, ²⁷ Cn. Domitio, C. Sosio Coss. decessit. Elatus est in lecticula, ut ipse præscriperat, sine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus est iuxta viam Appiam, ad quintum lapidem in monumento Qu. Cæcilij, auunculi sui.

1. Pomponius) Non constitueramus initio Pomponij Attici vitam cum imperatorum vitis contexere. sed partim consilium atque auctoritatem amicorum quorundam nostrorũ secuti, partim hac ratione adducti, quod Cornelius Nepos, quem docti quidam viri, quamuis nonnullis item doctis dissentientibus, existimant illarum vitarum esse scriptorem, hanc vitam sine dubio, & sine controuersia conscripsit: eam cum superioribus coniunctim edendam curauimus. Sed nullas notas adscripsimus, quæ quidem sint sermone dignæ: tantum elaborauimus, ut quàm emendatissima, hac editione, in manus hominis perueniret. Nam, quamuis iam cum Cicerone nostro longè emendatior, quàm antea, sit edita: hæc tamen editio etiam illam superabit, partim quorundam doctorum opera, partim etiam nostra.

2. generatus) vocem, generatus, delendam puto.
3. versuram facere) sic restituit hunc locum Cuiacius noster, iuriconsultorum nostræ, & maiorum nostrorum ætatis doctissimus. Versuram facere autè, est mutare creditorem, id est, à nouo creditore pecuniam mutuum sumere, quàm anti-

quiori, & molestè flagitanti, dissoluas. Mendosè autem vulgò legebatur, vsu-
ram facere.

4. ut eandem & patriam haberet, & dominam) sic edendum curavi, reiecta
scriptura vulgata, & domum. Roma enim omnium gentium domina dicebatur:
& Romani rerum domini. Virgil. lib. I. Æn. Romanos rerum dominos, gentem-
que togatam. M. Tull. oratione post red. in sen. Roma, arx omnium terrarum. &
in Catil. lux orbis terrarum, & arx omnium gentium. Idem Philipp. 6. Non mo-
dò hic latro, quem clientem habere nemo velit, sed quis umquam tantis opibus,
tantis rebus gestis fuit, qui se populi Rom. victoris, dominique omnium gentium
patronum dicere auderet? Horat. oda. 14. lib. 4. O tutela præsens, Italiae, domi-
næ que Romæ. Præterea congruit hæc lectio cum superioribus illis, quòd in ea po-
tissimum vrbe natus est, in qua domicilium orbis terr. esset imp. urbem enim Ro-
mam intelligit.

5. Quæ Cæcilium) de quo lege Valerium Max. lib. 7. cap. 8. & quæ notauimus
suprà ad Emmenem, indice numero 28.

6. adoptavit eum) quod ei gratulatur M. Tull. lib. 3. epist. ad Atticum, epistola,
cuius initium est, Quod quidem ita esse, & c. cuius inscriptio est, Cicero salutem.
D. Q. Cæcilio Q. F. Pomponiano Attico.

7. neque geri è rep.) sic edendum curavi, cum libri vulgati habeant partim,
neque reip. sine periculo, & c. partim, neque è repub. sine periculo & c. Quæ scri-
ptura sine dubio sunt mendosæ, & laceræ: quod iam antè viderat Cuiacius, re-
stitueratque hoc modo, neque geri sine periculo & c. planè ingeniosè, & doctè.
sed ut verbum geri diuinitus restitutum arbitror, ita, hoc quod est in nonnullis
libris vulgatis, è rep. censo retinendum. poterant enim geri magistratus sine pe-
riculo, sed non poterunt è rep. geri sine periculo.

8. qui ne cum Qu. quidem Cicerone, & c.) qua de re M. Tull. epistol. 15. lib. 1.
epist. ad Att. sub extr.

9. ipsum Pompeium coniunctum) locus mihi suspectus. nam quid sibi velit
hoc, coniunctum, non video. Quid si legamus, nondum victum? vix placet. quid
si, quod eum non secutus esset? nimis longè à scriptura recepta remotum est. Quid
si, Ipse Pompeium non secutus non offendit? Hunc locum igitur consideret lector
eruditus, sagax, & acutus.

10. dicis causa) etiam huius loci restitutio Cuiacio accepta referenda est. Est
autem dicis causa aliquid facere, non ex animo facere, sed perfungendi tantum
muneris, & religioni cuidam satisfaciendi gratia, quod Græci dicunt, ἀφοσιώσεως
χάριν, quasi verbi causa, per speciem, per simulationem. Vulgata porro lectio, necis
causa, ferri non poterat.

11. nullis casib. agitur) agitur, si vera scriptura est, interpretor, impellitur. qui-
dam legi volunt, frangitur: nonnulli, augetur, ut opponatur verbo, quod sequi-
tur, minuitur.

12. non solum eius inimici) hic locus scèdè in libris vulgatis contaminatus est,
in integrum à nobis restitutus.

13. susterit vadimonium) sic legèdum, nò ut vulgò, præstiterit. sistere autè vadimo-

nium, est, sistere se in iudicio, quod se facturum promiserit datis vadibus, & ita libe-
rari vades: vel est liberare vades, sistentem se in iudicio. M. Cato apud A. Gellium
lib. 2. cap. 14. Quid si vadimonium capite obuoluto stitisses? M. Tullius oratione
pro Quintio. Venit Romam Quintius. Vadimonium sistingit. Iste homo, & c. Quam-
uis autem aliter legatur in nostra editione, admonuimus tamen in notis postero-
ribus, lectionem vulgatam esse retinendam.

14. Ille autem sui iudicij) id est, ille autem, qui esset homo sui iudicij, hoc est, qui
non tam aliorum, quam suo iudicio niteretur. Homo sui iudicij fortasse est is,
quem Græci ἰδιοκράτωρα, seu potius ἀποκράτωρα appellant.

15. quàm florente) Bruto scilicet, id est, quàm opibus & copiis valente. Suprà
autem non longè fortasse legendum est. Difficile enim est omnia persequi, &
non necessarium.

16. neque si q. iniur. acc. mal. vlci) alij quidam libri habent, nò malebat vl-
cisci, quàm obl. planè mendosè. nam si negatio retinetur, legendum mutato ordi-
ne verborum, non malebat obliuisci, quàm vlci) qui fortasse modo à Cornelio
scriptum est: & ita habet editio nostra Ciceroniana.

17. præcepta) id est, antè accepta, προληπτικά.

18. triumuir reip. constituendæ) sic prior legendum esse coniecit iuuenis eru-
ditiss. Cl. Puteanus: quam coniecturam suam cum ad me retulisset, ita approbavi,
atque adeò arripui, ut non dubitarim continuò receptam scripturam, ut corru-
ptam, damnare. Natum autem mendum est ex antiqua scriptura, quæ talis erat,
M. Antonius III vir R. P. C. Cuius gratia, & c. id est, M. Antonius triumuir rei-
pub. constituendæ. cuius gratia, & c. Putauit scilicet scriptor aliquis librarius lit-
teram C. esse inanem & superuacaneam, atque iccirco eam in describendo, vel
sciens omisit, vel propterea quòd vox proximè sequens ab eadem littera initium
capit, imprudens prætermisit. Huius autem triumuiratus crebra fit mentio ab hi-
storiciis. Dion lib. 46. ἵνα δὲ μὴ καὶ τῆς ὀλιγοκρατίας ἀπικρίας ἐφείσθαι δόξωσι, καὶ τοῖς αὐ-
τοῖς φόβος καὶ τῶν τοῦ, καὶ ἐλευθέρως ἀδελφῶν ἄλλων ἄλλων, ἃ δὲ διαμολογήσαντι κοινῆ
μὲν τοῖς τοῖς ἀδελφῶν τῆς διαίτησιν, καὶ ἀδελφῶν καὶ τῶν τοῦ ἀδελφῶν ἐπιμελημάτων, καὶ ἵνα
καὶ διορθώται, καὶ τὸ πρὸς αὐτὴν ἀδελφῶν, καὶ ἐστὶν πέντε ἀδελφῶν, ὡς τὸ δὴ πᾶσι, καὶ
μὴ δὲν ἀπὸ αὐτῶν μὴ τῆς δὴ μὴ, καὶ τῆς βουλῆς κοινώσασιν, διαίτησιν, καὶ τῶν ἀδελφῶν, τῶν
δὴ ἀδελφῶν, οἷς αὐτὴν ἐλευθέρως, διδόναι, & c. id est, Ne autem & paucorum potentiam,
sive tyrannidem appetere viderentur, (Octavianus, Lepidus, Antonius) & ali-
qua sibi inuidia etiam ex hoc apud alios constaretur, atque aduersandi, obfisten-
di que voluntas & conatus nasceretur, hæc inter se pacti sunt: ut ipsi tres com-
muniter ad res gerendas, & constituendas, tamquam procuratores, & correcto-
res quidam, crearentur, idque non in perpetuum scilicet, sed in quinquennium: ita
ut alia omnia, quamuis de eis neque cum populo egissent, neque ad senatum re-
tulissent, administrare, & magistratus, aliosque honores, quibus vellent manda-
re, & deferre possent. Et Appianus lib. 4. de bellis ciuilib. non longè à principio.
διὸ δὲ ἀμέτρως ἐωθεν ἐς ἐσπέραις συνιόντες, ἃ δὲ ἐκρίναν, ἀποδέσσει μὴ πᾶσι ὑπαποιν ἀρχῶν
Καίσαρος, καὶ Οὐενίπιδιον αὐτῶν εἰς τὸ λοιπὸν τὸ ἐπιματαλαεῖν, καὶ ἡνὶ δὲ ἀρχῶν εἰς διορ-
θῶσιν ἃ δὲ ἐμφυλίων τομοδετηθῶσιν ἀπὸ τῆς ἀντανίω, καὶ Καίσαρος, & c. id est,

Cum autem biduum à manè ad vesperam cõuenissent Cæsar, Antonius, Lepidus, hæc statuerunt, vt Cæsar quidem abdicaret se consulatu, eumque Ventidius in reliquam anni partem exciperet, nouum imperium verò ad res ciuiles constituendas, & reparandas Lepido, Antonio, Cæsari lege decerneretur, & c. Idem eodem lib. duabus fere paginis p̄st. *ἔχει οὗτος ἡ ἀρχὴ τῆς Μερουσίας, Μαρκὸς Αντωνίου, Οκταβίου Κæsάρ, οἱ ἑπομένοντες ἀρχαί, καὶ τὸ πρῶτον τὰ κινῶν, οὗτω λέγονται, & c. id est, Atque his verbis erat concepta proscriptio: M. Lepidus, M. Antonius, Octavius Cæsar, qui creati sunt ad remp. constituendam, & reparandam, ita dicunt, & c. Suetonius in Octauiano Augusto. Triumviratū reip. cõstituendæ per decē annos administrauit, & c. FASTI. M. ÆMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS, M. ANTONIVS M. F. M. N. C. IVLIVS C. F. C. N. CÆSAR. OCTAVIAN. III VIRI R. P. C. Florus Epitoma T. Liuij lib. CXX. C. Cæsar pacem cum Antonio & Lepido fecit, ita vt tres viri reip. cõstituendæ per quinquennium præessent, & c. Memini præterea me videre apud Clemētem Teueninum sex n̄m̄mos argenteos, quorum duo altera ex parte capita habebāt Cæsaris Octauiani cū hac inscriptione, CÆSAR. IMP. PONT. III VIR R. P. C. ex altera, capita M. Antonij cum hac inscript. M. ANT. IMP. III VIR R. P. C. Duo à recta parte, Cæsaris imaginem præ se ferebant cum hac inscript. IMP. CÆSAR DIVI FIL. III VIR ITER. R. P. C. Quintus habebat altera in parte caput M. Antonij impressum, in altera effigiem iuuenis imberbis radiatam, cum hac inscript. ANTONIVS III VIR R. P. C. Sextus neutra in parte cuiusquam imaginem habebat impressam, sed partim vas inter fulmen & caducēum, partim luum, & vnam, insignia auguratus, cum hac inscript. M. ANT. III VIR R. P. C. Quorum aliquot non dissimileis etiam apud Err. Memmium, & Hieronymum Chomedæum, affinem meum, sæpenumero inspexi: & præterea vnum cum hac inscript. in postica parte, M. ÆMIL. LEPIDVS PONT. MAX. III VIR R. P. C. 19. Tamphilanam) sic edendum curavi. Tamphilanam domum autem accipio à Tamphilo quodam Romano, sic appellatam. Tamphili enim Romæ fuerunt, Pamphili non item.*

20. vt in neutram partem consp.) Vel deest hic aliquid, vt integra sit scriptura, si ita scriptum sit, vt in neutram partem nimius consp. possit, aut, vt in neutram partem propensus consp. possit: aut aliquo alio tali modo: vel verbum, conspici, mendosum est: & pro eo, propendere, seu aliquid aliud tale reponendum: vel hoc totum, vt in neutram partem conspici possit, aliunde profectum, & alienum est, non à Nepote scriptum. Iudicet solers & acutus lector. Suprà autem preximè, legendum fortasse est, affluentiam, pro affluentem.

21. quàm amarent) quidam libri habent, an amarent.

22. mutationib. reip.) sic legendum. & ita habet liber antiquissimus: quamquam in editione nostra Ciceroniana impressum est, æmulationibus, minus rectè: quemadmodum & mendosè legitur in eadem, suprà, p̄rique fastidio steterit in vtraque fort & c. cum legendum sit in vtraque fastigio, & c.

23. sanxit id est, confirmauit, stabiliiuit. Sed legendum puto, auxit.

24. exsul tum his terris) quidam codices habent, exsul cum litteris quid ageret & c. Ego eam, quam secutus sum, lectionē veriore, immò verò sine cõparatione, veram puto. Sic & infra nō longè malim legi, vrbis Romæ, quàm vrbis Romanæ.

25. tene(m)on) quid sit τενεμον, consulendi sunt medici: definiunt autem illi tene(m)on, assiduam, & implacabilem leuandi ventris cupiditatem, inanem tamen, & vt ita dicam, frustratoriam, quòd nihil præter cruenta quædam, & mucosa egeratur. Infra non longè, nonnulla exempla habent, fistulæ putres eruperint, nos fistula putris eruperit, edendum curauimus. Præterea pag. 551. V. 19. fortasse legendum est, se neque cum quoquam de ea re, & c.

26. arcesii) quædam exempla habent, arcesuri: vnde legendum suspicor, arciri. arcire autem dicebant veteres, pro accire, seu adcire, r. pro d. quod & alij notant, & nos quodam alio loco admonuimus.

27. Cn. Domitio, Cn. Sofio) Cn. Domitio L. F. Cn. N. Aænobarbo, C. Sofio, & F. T. N. Anno ab vrbe cõdita 10. CCX XI.

PRIVS QVAM HAS; QVÆ DEINCEPS SEQVNTVR, errorum emendationes, & hæc prætermisforum supplementa legas, nonnullarum paginarum numeros sic corrigito.

In pag. quæ sequitur pag. 22. scribe 23. pro 15. In ea, quæ sequitur pag. 180. scribe 181. pro 118. In ea, quæ sequitur pag. 263. scribe 264. pro 254. & in sequente 265. pro 255. In ea, quæ sequitur pag. 372. scribe 373. pro 733.

In ea, quæ sequitur paginam 465. scribe 466. & in seq. 467. & post pag. 469. scribe 470. & deinceps 471.

ERRATA OPERARVM, ET PRÆTERMISSE, SEV OMISSE vel ab iisdem operis, vel ab auctore, sic corrigito, & suppleto, ac restituito.

Prior numerus paginam, posterior versus indicat.

Pag. I. versus II. Græcarum, nihil rectum, nisi

Pag. 4. versus 3. post, scenam autem, adde, Romæ, vt sic legatur, Scenam autem Romæ non fuisse honestam, & c.

Pag. ead. versus 26. lege, præsertim tam familiari in loco

Pag. 6. V. 20. omisus est numerus index in contextu, ibi 25. quibus singul. Neque te moueat, lector, quòd mox idem numerus sequetur, & iterabitur: quod euenit quæ, omisus fuerit. Satis est enim te admoneri, ad eum locum aliquid esse à Lambino annotatum, vt, si voles, annotationem legas. In alia editione, vt numeri suo ordine consequantur, opera dabitur. Admonendus es præterea, annotationem, quæ debet respondere numero indici posito in contextu, aliquando cum eodē & pari numero in annotationibus, seu commentariis futuram: aliquando reperitur iri in prætermis, seu omis, vt eam, quæ ad hunc locum pertinet.

Pag. 11. V. 33. & considerassem, eos, qui Pag. 13. V. 24. καὶ μὴ μὴ αὐτῶν π

Pagina eadem, versus 37. post. interea dum ipse abesset, adde hanc annotationem ad illum locum cum numero indice, hoc modo. 25. quibus singulis ipsarum vrbium) Legendum fortasse est, quibus singulis ipsarum

κωες ἐφ' ὄνομα ἠπαύθησαν αὐτοῖς Θερμιστοκλῆς. ὁ δὲ ἔσπευε τῆς ἀπαύτης ἰὼ. ἀφίκετο εἰς λακκεδαίμονα παρὰ τὴν ἑσθλὴν καὶ ἰὼ παρὰ τῆς λαίβορας Ἰσάρως ἡμίλιον ἐπαρῆσθε τὸ πύργον. εἰ δὲ ἀπιστεῖτε, ἐφθ, τῆς ἀείρου ἐκπέμψατε καὶ τα σκόπιος, ἐμὲ καὶ τὰ ἄλλα. οἱ μὲν ἐπιμύσαν. Θερμιστοκλῆς δὲ κρυφαίως ἐπέλιπατο ἀθῆναισιν καὶ πύργον τῆς καὶ τα σκόπιος, ἐς αὐτὸν ἐγείρωσε τὸ πύργον. ἐπειδὴ δὲ ἐγείρωσε, μὴ παρὰ τὸν αὐτοῖς ἀπαύθησαν, εἰ μὴ παρὰ τὸν αὐτὸν ἀπαύθησαν. ἐπὶ ταύτῃ οὕτως ἐξήρπεν. ἡ γάρ τῃ τὸ πύργον ἐπαύθησε Θερμιστοκλῆς ἀπαύθησαν αὐτὰ τα σκόπιος ἐπιγένησαν ἀθῆναι λακεδαίμονιαν ἀκόντων. id est, Athenienses urbis muros (a Persis dirutos) excitaverunt. Lacedaemonij eis inuidebant. dedit eis verba Themistocles. decipiendi autem ratio haec fuit. Iuit Lacedaemonem legatus: & negabat apud Laconas muros excitari. quod si non creditis, inquit: optimateis Athenas mittite, qui rem explorent, me retento. Illi miserunt. Themistocles autem misso clam nuntio mandavit Atheniensibus, ut exploratores Lacedaemone missos retinerent, donec murum excitassent. Muro autem excitato, ne prius eos dimitterent, quam se recepissent. Atque haec ita facta sunt. Murus excitatus est: reuersus est Themistocles: redditi sunt exploratores: muris septa fuerunt Athenae Lacedaemoniis inuitis.

Pag. ead. V. 31. lege hoc modo. quando humano consilio sine insigni totius Galliae calamitate, & summo imperij Gallici discrimine hoc obtineri, aut praestari non potest, conc. Haec enim sunt ab operis omiffa.

Pag. 10. V. 6. post. veruntamen nihil muro adde. Infra autem proximo versu, verbum facere, quibusdam suspectum est, & ita legendum videtur, eo detracto, quod communi iure gentium possent. Ego sine libri veteris auctoritate tollere non sum ausus. Possunt tamen eorum sententiam tueri, & confirmare cum multis ex M. Tullio, & aliis bonis scriptoribus, exemplis, tum ex ipso Cornelio in Timolonte, ibi. nam, quod ceteri reges imperio potuerunt, hic benignolentia tenuit.

Pag. 41. V. 24. post. non consentiunt adde, cum verbo Thucyd. ut sic legatur, non consentiunt cum verbo Thucydides & Plutarchus.

Pag. ead. V. 40. post. partim alios adde. secutus, qui Admeto & c.

Pag. 41. V. 41. post. refert lib. 1. strategem adde, his verbis: Θερμιστοκλῆς σβῆζαν ἀθῆναισιν, νεώς ὄπισθεν, ἀγροῦ ὑδροῦ ἐκομίζετο πύργον ἰσθμίου. ἐπὶ δὲ ἡ ναὸς ἰσθμίου ἔσπευε καὶ πᾶσι ἐπέειπε, πλοιοκρουῦν ἰσθμίου ἀθῆναισιν. τῶν ναυκλήρων φοβηθεῖς ἐφθασεν ὁμοίως εἶπε. καὶ εἰ μὴ ὄπισθεν αὐτὸν, καὶ πᾶσι ἠπίλυσεν ἀθῆναισιν, ὡς ἤμυσαν αὐτὸν περὶ τοῦ ἀγροῦ. ὁ δὲ αὐτὸν ἀμφοτέρωθεν ἔειπε, ἀμφοτέρωθεν τῆς νεώς. ὁ ναυκλῆρος φοβηθεῖς οὐκ ἐκείνην αὐτὸν ἐξήρπεν, καὶ αὐτὸν ἐξήρπεν. ἔπειτα εἶπε. id est, Themistocles Athenienseis fugiens, nauem ingressus, ignotus, in Ioniam uehebatur. Cum autem nauis tempestate in Naxum in insulam abrepta ferretur, quae ab Atheniensibus circumsidebatur: metu perterritus nauclero dixit, quis esset: & nisi ipsum seruaret, interminatus est, se dicturum Atheniensibus, nauclerum pecunia adductum Themistoclem in nauem suam recepisse, & uentum suscepisse. Quare, ut uterque saluus sit, nauclero suasisit, daret operam, ne quis ex nauis egrederetur. Nauclerus perterritus neque quemquam ex nauis exire sinit, & primo quoque tempore altum petiuit.

Pag. 43. V. 17. post. & refert Plutarch adde hanc annotationem cum loci indice numero hoc modo 103. quod etate proximus erat, & c.) i. quod Thucydides etate

Themistocli proximus erat illorum omnium historicorum, qui illorum temporum historiam scripserunt. Sic autem loqui solere Cornelium, alio loco lectorem admo- nebimus, quamuis memorem.

Pag. ead. V. 28. scribe, non enim credibile est, eum verba illa Graeca, & c.

Pag. ead. V. 32. post. acrem inimicum. adde. Horatius epist. 9. lib. 1. Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonumque.

Pag. 44. V. 22. post. in crineis. adde. Sed admonendus est lector, infra proximè, ubi legitur vulgò, ex qua regione ei talenta & c. videri legendum potius, ex qua regi quinquaginta talenta quotannis redibant. quod Cl. Vuteano priori venerat in mentem. Cuius scripturae optima sententia est, ex qua, nempe Magnesia, regi Persarum quinquag. tal. quotann. red. Atque hanc emendationem adiuvat vulgata lectio, quae non habet voculam, ei. Sic enim habent omnes libri vulgati, Ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant. Ex voce, regi, scilicet factum est, regione, vel à semidocto aliquo, vel à scriptore librario plus nimio sibi permittente, aut etiam sumente.

Pag. 45. V. 14. lege, testula II illa, exfulio decem ann.

Pag. 46. V. 29. post. ipsi non amicus, immò verò inimicissimus. adde, sed propter magnitudinem praesentium malorum obliuiscens similitates praeteritas, eum euocauit, volens cum eo seorsum congregari & colloqui. Iam autem cognouerat, Peloponnesios constituisse primo quoque tempore nauis in Isthmum reducere. Vbi igitur exiit à consilio Themistocles, dixit ei haec Aristides. Nos oportet cum omni alio tempore, tum hoc maxime inter nos contendere, & certare uter nostrum plura officia ac beneficia in patriam conferat, & c. Refert hoc & Polyænus lib. 1. strategematum, his verbis. Αριστιδης ἐν Θερμιστοκλῆς ἐχθρότατοι πάντων ὄντι διεπολιτεύοντο. τὸ δὲ πρῶτον ἐξ ἑαυτῶν, ἀμύλων λαβόμενοι, καὶ τῆς πλειωσῆος παρὰ τὸν ἑσθλὸν πύργον, ἐκείνους πύργον δὲ ἐξ ἑαυτῶν κατήντες σιωπηλῶς ἐπὶ δακτύλων, ἐπιφύου πύργον ἔχοντες κατὰ τὸν δέμας, ἔασι αὐτῶν τὸ πρῶτον δὲ πολέμου αὐτῶν. ταῦτα εἰπόντες αὐτῶν τῶν χείρας δὲ ληυμένων ἐπὶ δακτύλων ὡς δὴ κατὰ πηχέας, ἐπιτα σὺ γὰρ σιωπῆς τὸ βόθρον, ἐπαύθησαν, καὶ διεπέλασαν ἀπὸ πάντων τῶν κλεινῶν ὁμοιωμάτων. ἡ δὲ ἐπὶ στρατηγῶν ὁμοίωσι μάλιστα δὴ τῆς βαρβαρῶν ἐνέκων. id est, Aristides & Themistocles temp. administrabant. cum essent inter se omnium inimicissimi. Cum autem rex Persarum in Europam transisset,prehendit alter alterum, & ex urbe egressi in eandem fossam manum dexteram contractis digitis demiserunt, atque eodem tempore acclamarunt: inimicitias hic deponimus, donec cum Persa debellatum sit. Haec locuti, & manus tollentes primum digitis explicatus, tanquam aliqua re ibi deposita, deinde terra congesta, & exaggerata, domum reueterunt: & per totum belli tempus concordēs fuerunt: ducum autem concordia maxime barbaros superauit.

Pag. 47. V. 33. post. quod minus probo. adde, Confirmat hanc lectionem, quam secutus sum, illud in Cimone. Nam cum ille forti animo inuidiae ingratorum ciuium cessisset, & c.

Pag. eadem, V. 39. post. praclarum & memorabile eius facinus. adde, his verbis. Αριστιδης δὲ ὁ Λισιαχου, αὐτὸν Αθῆναιος, τὸ καὶ ὁλίγωρον παρὰ τὸν ἑσθλὸν πύργον, ὡς ἀπὸ τῆς ἀείρου, ὡς ἐπὶ τὸν πύργον, ταῦτα ἐπὶ Σαλαμῖνα ἡμετέροις, ὡς ἐπὶ τῆς ἀείρου.

λαβὼν πολλοὺς ἄρ' ὁ πλιπέων, οἱ πολλοὶ δὲ πεπαιχτοὶ ὡσεὶ πλὴν ἀλλήλων τῆς Σαλαμίνης χω-
ρας, ἦρος ἔοικτες Ἀθλωσῶσι, ἐς πλὴν ὑπὸ ἀλγεῖν ἢ πόν ἀπέβησε ἀγαν, οἱ τοὺς ἀπ' ὧσιν τοὺς ἐν τῇ
νησί δι' ἑωτῆ κατ' ἐφ' ὅσον πῶτα. id est, Aristides autem Lysimachi fil. vir Atheniē-
sis, cuius paullo ante mentionem feci, ut viri optimi, hic sub hunc tumultum, qui
ad Salaminem excutatus est, hanc fecit. sumsit multos milites grauioris armatu-
ræ, qui dispositi erāt ad litus Salaminia regionis, genere Atheniensis, et in Psyt-
taleam insulam portauit. hi Persas omneis, qui in hac parua insula erāt, ad vnum
interemerunt.

Pag. 50. V. 19. ommissus est numerus index, ibi 31. Rex tot hominum salute tamf.

Pag. 53. V. 37. lege, reliquissent, paucos superfuturos.

Pag. 54. V. 14. lege, ut Diodorus, X. myriad.

Pag. 55. V. II. post ἀρ' ὅσα πέντε. Thucyd. adde hanc annotationem cum numero in-
dice, hoc modo. 31. Rex tot hominum salute, τὰ σibi) legendū fortasse est, adiecta
copulationis particula, Rex tot hominum salute, et tam sibi necessariorum, et c.
quod et Cl. Puteano videbatur.

Pag. ead. V. 23. post, agere cogitaret. adde, Quod si quis malit reponi, conata:
equidem non repugnem, quum ego ei valde assentiar. Nam hæc scriptura magis
cum verbis Thucydidis, quam superior, congruit: (eam dico, quam secutus sum)
et minus longè à vulgata discedit. Credibilius enim est, ex, conata, factum esse
à librario errante, conita, et hinc, cōgnita, quam ex, cogitata, cognita. Utitur au-
tem eadem voce Cornelius in Dione. ibi: verens, ne prius consilium aperiretur
suum, quam conata perfecisset: et T. Liuius lib. 34. annal. litteras, nequo casu in-
terceptæ palàm facerent conata, scribere non est ausus.

Pag. ead. versu ultimo, adde, post, et audire noluisse. Commemoratur et Ælius A-
ristides sophista, seu rhetor, in oratione de laudibus M. Aurelij philosophi, eius-
demque imperatoris, his verbis, ἀόμιδος δὲ τὸν ὄς ἀγαστῶς βασιλεῖα τῶ ἦν ὁ λων ἀ-
πικαὶ δαμ βασιλεῖ κατὰ τὴ πλὴ φιλαθροπῆαν, καὶ κτλ πλὴ πρὸς τοιαῦτα ἀπαύτων ἄρ' ἰσ-
μῶν, καὶ μὴ πρὸς τῆς βασιλείας χερσὶν ἢ καὶ μῆτερον ἦτος ἐμφαίτην ἑαυτοῦ, βασιλεία
δὲ ἀποδεδιχθέντα, χαλεπὸν καὶ βίαιον εἶναι πρὸς τοὺς ἀρχομῶν. οὐ γὰρ βασιλείας ἤματι εἶναι τὸ
τοιοῦτον ἔπεικοῦς, ἀλλὰ σαμὸς τῆς, καὶ ἀπαμειβύσας ἐλεῖχον φαρμάκων. οἱ οὖν λὼν καὶ ὁ ἦν
λακεδαίμονίων στρατηγός, ὁ τοὺς ἔλλισσι πρὸς τοὺς βαρβάρους ἠγαστῶν πρὸς σαμῶν ἀγαστῶν,
καὶ ἐμπερόπου, ὁ οἱ καὶ μῶν ἐδωῶτο φαρμακῶν, πλὴν σῶς δὲ εἰς ἐλπίσιν, ἐπιλέσσο μὲ ἦν
θῆκοι, ἐπιλέσσο δὲ αὐτοῦ. πᾶν δὲ μᾶλλον ἐφ' ἑαυτῶν, ἢ αὐτῶν ἀπαμειβύσας, χαλεπὸς μὲ ἦν καὶ
βίαιος πρὸς τοὺς συμμάχους, ἀκόλατος δὲ καὶ ὑβριστὴς πρὸς πλὴ δῖαιτων, πρὸς ἑαυτοῦ δὲ πᾶν
ἔσπον. id est, existimans (M. Aurelius imper.) eum, qui re vera sit rex, huius vni-
uersi regi similem esse oportere, cum humanitate, hoc est amore in homines, tum
providentia, et procuratione eorum, qui imperio subiecti sunt: et non antè qui-
dem, quam regnet, probos quosdam et moderatos mores præ se ferre: vbi verò
rex declaratus sit, scævum se et importunum, et violentum in eos, qui imperio
suo subiecti sunt, præbere. non enim talem speciem esse boni regni, et moderati,
sed immanitatis, et inhumanitatis esse argumentum certissimum, et clarissimū:
quales erant Lacedæmoniorum imperator, qui Græcorum exercitum aduersus Bar-
baros dux præfuit: Pausaniam dico Cleombroti filium: qui cum domi manebat,

intra modesta finis sese continere, sibi que temperare poterat. vbi autem in Hel-
lespontum nauigauit, non suorum ciuium modò, verum etiam sui oblitus est: cui-
uis porrò potius, quam viro spartiatæ similis erat: in socios asper, et violentus
erat: intemperanter et libidinose vivebat: tyrannicum in morem se gerebat.

Pag. 58. V. 17. lege, iuxtaque veterrima laurus.

Pag. 59. V. 28. scribe, in ædem Mineruæ Chalcicæcu

Pag. 60. V. 31. post, non, dicitur matrem dixisse, et c. adde, Pausaniae autem ma-
ter, Theano nominata est, ut mox ex Polyæno cognoscemus.

Pag. ead. V. 37. post, ex Diod. positum. adde, Retulit autem hoc admirabile mu-
lieris Lacæne facinus inter strategemata Polyænus lib. 8. strategem. his verbis.

Θεανὴ Πανσάνου μήτηρ ἠνίκα Πανσάνης Μηδίων ἦτορ κατέφρουσεν ἡέτης εἰς τὸ ἱερὸν
τῆς ἀθλωσῆς τῆς χαλκιδικου, ὅθεν ἀποσπαστὴν τὸν ἡέτην ἐν τῷ θεῶν, αὐτὴ πρὸς ἄλλων
ἀφρομῶν, πλὴν τὴν πρὸς τῶς θύρας ἀπείραστο. οἱ Λακωνεὶς θυμὰς τῆς πρὸς ἀθλωσῆς,
καὶ πλὴν ἑφ' ἑαυτῶν ἀνὴρ ἐπὶ ἠρμῶσιν τῶς θύρας, ὡς ἀμφοὶ ἡέτης. οὐτὴ τὸν ἡέτην ἀπέ-
σπασαν, καὶ τὸν πρὸς ὅτιν ἀπαικῶσιν ὁμοῦσιντες διέφθαρσαν. id est, Theano Pausaniae ma-
ter, quo tempore Pausanias rebus Medorum studere compertus, et in manifesto
facinore deprehensus, confugit supplex in templum Mineruæ Chalcicæcu, vnde
auellere supplicem nefas erat: hæc ante alios omneis eò se contulit, et laterem ad
obstruendam templi foreis posuit, et calce agglutinavit. Lacones mulieris virtu-
tem et sapientiam admirati, eamque imitati, lateres singulis foribus admouerunt,
ita ut duas res assequerentur: alteram ne supplicem à templi abstracterent, alte-
ram ut proditorem valeris templi obstructis inclusum necarent.

Pag. 64. V. 9. post. exsoluit eius filius Cimo. adde, Sed nihil hæc inter se pugnant.

Fuit enim coniectus in carcerem Cimo, Miltiadis filius, ea lege, ut eò vsque ibi
esset, donec pecuniam illam solueret. Præclare autem hac de re Valerius Maxi-
mus lib. V. cap. III. cuius verba eo libentiùs referam, quòd, quo pacto locus in eis
corruptus, ex cod. manu scripto sit emendandus, lectori eadem opera indicabo.
Sic igitur Valerius. Bene egressent Athenienses cum Miltiade, si eum post trecenta
Perfarum millia in Marathone deuicta, in exsultum protinus misissent, ac non in
carcere et vinculis mori cõegissent. Sed, ut puto, hæctenus scuire aduersus opti-
mè meritum abunde non duxerunt. Immo ne corpus quidem eius sic exspirare
coacti, sepulturæ prius mandari passi sunt, quam filius eius Cimon eisdem vin-
culis se constringendum traderet. Hanc hereditatem paternam maximi ducis fi-
lius, et futurus ipse et aetatis suæ dux maximus, solam se sortitum, catenas scilicet,
et carcerem, gloriari potuit. sic habent omnia omnium editionum exempla:
etiam ea, quæ nuper ex officina diligentis, et elegantis typographi, Christophori
Plantini, prodierunt. Sed legendum, pro, solam se sortitum, ut habet liber manus.
scriptus ex bibliotheca D. Victoris. solâ se creuisse. Cuius rei mihi testis est Cl. Pu-
teanus, cui liber ille fuerat cõmodatus. Cernere hereditatè autem, genus loquedè
antiquū, et bonis scriptoribus vsitatū. Videtur autè legendū apud Cornelium su-
prâ eodè versu, neq; legibus Atheniensium. non, ut habet omnes ferè libri vulgati,
legibus Atheniensibus. Quin sic in quibusdâ exemplis Germanicis scriptum vidi.
Pag. ead. V. 27. lege (quæ deinde Calliæ in matrimonium collocata est.)

Pag. ead. V. 34. lege, secutum, hæc tradidisse, &c.
 Pag. 69. V. 3. post, sic supra de Aristide. Sed videtur hic legendum, post annum quintum, quam &c. Sic enim potius solet loqui Cornelius.
 Pag. 70. V. 23. post iniqua, irata, atque adde, offensa, id est,
 Pag. ead. V. 24. post habet actiuam, adde, interdum passiuam:
 Pag. 71. V. 12. post, ingressi cenabant. adde, sed existimaui aliquando, neque nunc aliter sentio, legendum esse apud Cornel. quod facere nullum diem intermittebat. Sic enim loquuntur Latini potius. M. Tullius lib. 7. epist. ad Attic. epist. 15. Ut ab vrbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum dare, &c. Idem lib. 8. epistola 16. Huius autem epistolæ non solum ea causa est, vt ne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te litteras, sed &c.
 Pag. 72. V. 12. scribe, Thasumq; deuertisset: & ita semper scribe, Thasus, & Thasiq; &c; vnico. s.
 Pag. 74. V. 40. lege, Lysander autem signum dat suis, vt Athenienseis contento cursu adoriantur.
 Pag. 77. V. 29. scribe, eos peruertere cupit, eodem, post cupit. adde, congruit cum Thucydide, & confirmat hanc lectionem id, quod est apud Demosthenem, oratione τῶν Ἀθηναίων πρὸς τὸν Λύσανδρον ὁμιλίᾳ, ἢ κατ' Ἐκφάντου, πρὸς τὸν ἀδικησάμενον, ἐὰν ἀφίηθε τὴν ἀπέλειαν; οἱ δὲ δεδότες ὑμῖν Θάσον, καὶ τὴν Λακεδαιμονίων φρουρὰν μετὰ τὸ πλῆθος ἐκβλήντες, καὶ Θεσσαλοῦν εἰσαγαγόντες, καὶ δεδόντες, φίλων ὑμῖν τὴν ἐκπαινοῦ παρὲς αὐτῶν, ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας ὑμῶν ἐξήντησαν. id est, Quod igitur ad hoc decretum attinet, quam causam dicere positis, quare Thasios iniuste non lædatis, si eis immunitatem adimatis? qui Thaso vobis tradita, & Lacedæmoniorum præsidio cum armis ex vrbe eiecto, & Thrasibulo recepto, atq; introducto, & patria sua vobis conciliata, & amica reddita, in causa fuerunt, quare tota illa ora Thraciæ vobiscum societate belli iungeretur?
 Pag. 80. V. 19. lege, Dodonæus colebatur, & consulebatur.
 Pag. 89. V. 1. scribe, in Asiam transiit.
 Pais. 92. V. 23. lege, tam ex contrariis, diuersis que, atque
 Pag. 94. V. 19. lege, de fortuna, aut virtute Alexand.
 Pag. 98. V. 35. lege, ἡδὲ καὶ τὸν ἄλλο, &c.
 Pag. 102. V. 14. post, qui erranti viam non monstrarent, adde, Idem ibidem infra. Iidem illi Eumolpidae, & Reryces rursus resacrare, seu resecrare sunt coacti, qui eum deuouerant. Iosephus Cassaneus, seu potius Cassianus: (est enim iudex plane Cassianus, hoc est integer, incorruptus, religiosus, seuerus, & Cassio illi, qui identidem in causis querere solebat, C V I B O N O, simillimus, & tamen valde comis, & humanus, & omni doctrina liberali ornatus) Hic igitur, quem dico siue Cassaneus, siue Cassianus, quem honoris causa nomino, præses curiæ Burdigalensis, ordine quintus, virtute iis, qui gradu antecedit, par, cum domum meam nuper, qua est cum in omneis humanitate, tum erga me beneuolentia, nō multo post quam Lutetiam aduenerat, inuisendi mei longo interuallo gratia me absente venisset: ego que vicissim simul atque, quo in loco deuersaretur, cognouissem, in eius deuersorium me contulissem: post salutationes amicis vsitatas, in initio sermonem

de litteris nostris intulit: deinde, quoniam audierat iam, Emiliū Probum meis commentariis explicatum, propediem in lucem proditurum, quæsiuit ex me, ecquid obseruassent, & meminissent locum, vbi hic scriptor, deuouere, vsurpauisset pro eo, quod alijs Latini dicunt, aqua & igni interdiceret, seu potius ex hominū communione eiicere, & (vt vulgato verbo vtar) excommunicare: respondi, id verbum, sicubi esset, esse in Alcibiade: continuoque hūc locum protuli. Quoniam autem viri eruditissimi, & ornatissimi obseruatio visa mihi est digna, quæ litteris mandaretur, memoriae que proderetur, & quia paullo angustius, & breuius, quam par erat, huius verbi vim hoc loco demonstraram, visum est mihi, cum præsertim à tali viro essent admonitus, hæc ad ea, quæ iam notaueram, adscribere: deuouere hoc loco ex Cassiani, & mea sententia, idem valere quod aqua & igni interdiceret, quòdque vulgò dicimus excommunicare. Quamquam, vt etiam plainius dicam quod sentio, qui hodie è communione christianorum eiecti sunt, excepto quòd sacris, & rebus diuinis prohibentur, eis ceteroquin fortunas suas incolumis retinere, & saluis in patria viuere licet, neque eos interficere fas est. At deuotos interficere impune, opinor, licebat. Iccirco patriam relinquere, si vitâ retinere vellent, necesse habebant. Exstat titulus XXII. lib. XLVIII. digesti de interdicitis & relegatis: qui virum ad hanc deuotionem pertineant, nec ne, videant iuriconsulti. ego enim aliò propero.
 Pag. 104. V. 34. lege, cuiusque, & collegarum eius opera,
 Pag. 108. V. 42. post, soluere ac liberare. adde, Festus. Resecrare, soluere religio- ne. vti que cum reus populum comitiis orauerat per deos, vt eo periculo liberaretur, iudex ut magistratus eum resecrare. Plautus. Resecroque mater, quod dudum obsecrari n. Vtrum autem scribatur, resacrare, aut resecrare, parum refert. malim tamen scribi resecrare, quam resacrare, vt dicimus obsecrare, consecrare, exsecrari, non ob, acrare, neque consacrare, neque exsacrari.
 Pag. 114. V. 35. post, aut decem exceptis adde, cū quibus fugit conon ad Euagorâ.
 Pag. 120. V. 13. omisissus est numerus index, ibi, tempore 19 ad comparandum dato f. r.
 Pag. 126. V. 16. -crates siquidem plureis milites, quam hosteis, &c.
 Pag. ead. V. 37. lege, interitus futurus, se ab his ipsis nimium tim.
 Pag. 117. V. 7. post, dici adde, enim: vt sic legatur: dici enim non potest &c.
 Pag. 128. V. 25. post, bellumque composuisse, adde, Sed videtur hic legendum, Hoc deiecto, Pausanias venit alijs auxilio, &c. non, vt vulgò, venit Atticis auxil. vt sit hæc sententia, critica tyranno deiecto, venit alijs tyrannis auxilio Pausanias. credibile est natum esse mendum ex deprauata voce alijs, in atijs: & ex atijs voce inani, & ad hunc locum inepta, factū esse ab aliquo semidocto, Atticis.
 Pag. 131. V. 39. lege, cum ex alijs multis vrbib. pecuniam &c.
 Pag. 133. V. 15. quem vellet, eligere ad dispens. pec.
 Pag. 136. V. 31. post, expertus enim in prælio adde, ad Eurymedontem commisso fortun. adu.
 Pag. 142. V. 41. scribe, καὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἀλλοῖς ἐπιτάσσοντων.
 P. 143. V. 1. ἡλδὲ ἔργον τῶν Ἀθηναίων τυμμάρις, &c.

- P. 147. V. 14. lege, factum si. multi indignarentur, m.
 P. 151. V. 9. Hi falsa suspitione
 Pag. 152. V. 44. Seleuco in matrimonium dedisset, & c.
 Pag. 153. V. 37. post, propter affinitatem, adde, & propinquitatem.
 Pag. 155. V. 1. epist. I. lib. XV. epist. ad Attic.
 Pag. ead. V. 2. antequam ederet.
 Pag. 156. V. 9. post, colloquendi. adde, sed non celabo lectorem, quibusdam videri, apud Corn. infra, versu proximo, legendum, detracta voce, sermonem, & ad Dionysium retulerunt. Quò enim pertinet vox, sermonem? inquirunt illi: aut quorsum ponitur? plane videtur superuacanea, & inanis. Nam satis disertè dixit Cornelius, Id medici non tacuerunt, & c. Id autem, nempe quod cum ipsis Dio locutus erat: vel Dionem secum locutum esse de talibus rebus. sequitur iam, & ad Dionysium retulerunt, nempe illud idem, vt repetatur εὖ τοῖσι τοῖσι, id. Ego tamen nihil mutare ausus sum, quòd lectio vulgata, & recepta ferri possit. sequitur enim, quò ille commotus & c. quo, videlicet, sermone. Iudicabit lector eruditus, & emunctæ naris.
 Pag. ead. V. 15. lege, à morte nulla ferè re differt,
 Pag. 162. V. 33. lege, in ædibus Errici Memmij diligenter, & attentè consideravi,
 Pag. ead. V. 41. quæ vel ex M. Tullij Frumentaria persp.
 Pag. 167. V. 20. post, idoneum ad hoc simulandum. adde, Omnino oratio perplexa est, & ordo verborum perturbatus. Quare malim, totum hunc locum hoc ordine legi: quod & Cl. Puteano videbatur: quod nullo modo euitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, quem inuenisset idoneum: qui se simularet illi inimicum. Sic facile omnium animos, & c. Non celabo lectorem tamen, ita in nonnullis libris legi: nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum: quem si inuenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum, & c.
 P. 168. V. 29. scribe, lib. 3. od. 7. Maturare necem, & c.
 P. ead. V. 36. post, domum circumfisterunt. adde, sed videtur totus hic locus hoc potius ordine legendus. Hac mente proximo die festo cum à conuentu se remotum Dion domi teneret, atque in conclaui édito recubisset, domum custodibus sæpisset, certos præfecisset, à foribus qui non discederent: consciis loca munitiora oppidi tradit, nauem iriremem armatis ornat, & c. Namque & Plutarchi verba ea ipsa, quæ modò retulimus, hoc significant, Dionem custodibus domum sæpisset, certos præfecisset, qui à foribus & fenestris non discederent: & ipsius Cornelij, infra, non longè, ibi. Namque illi ipsi custodes, si propiata fuissent voluntate, & c. tradit autem, nempe Callicrates. Non dissimulabo verò, hoc etiam Cl. Puteano venisse in mentem.
 Pag. 169. V. 25. scribe, id est vita eorum, qui, & c. Sic autem solet loqui Probus.
 Pag. 171. V. 26. ommissus est numerus, index, ibi, Epaminondæ 27 retardauit impetus.
 Pag. 172. V. 22. post, ἢ ὅ: (al. ἢ ὅων) ὅτι πρὸς τῶντι, id est, adde. Et Iphicrates se ipse laudabat cum ita diceret, ex quibus (al. ex qualibus) hæc supp.
 Pag. 174. V. 23. lege, toto agmine, lectissimos quosque retinuit,

- Pag. 175. V. 9. post, De his diximus nonnulla in Alcib. adde, sed Polyænus lib. 7. strategem. hunc Seuthem, Cersobleptis præfectum tantum, non etiam regem fuisse significat: cuius hoc strategema ponit. εὐδότης ὑπάρχων Κερσobleπτοῦ οὐ σαυνοῦ χεῖρῶν ἡρόδοτος ἀποστέλλει τὴν κερσobleπτοῦ κατὰ τὴν ἀποστέλλει. οἱ μὲν κερσobleπτοῦ πολλὴ πλῆθος κερσobleπτοῦ. οἱ περὶ δὲ πολλοὶ ἡρόδοτος, κατὰ τὴν ἀποστέλλει. οἱ μὲν δὲ λατρεῖα ὅτι ἀποστέλλει ὑπὲρ τῶν ἡμῶν. ὡς τὸ κερσobleπτοῦ πολλὰ χεῖρῶν τῶν σαυνοῦ. id est, Seuthes Cersobleptis præfectus ad paupertatem pecuniæ redactus, vnicuique aratori mandauit, vti quinque medimnorum spatium araret, & obsereret. Illi seuerunt, cum esset eorum magna multitudo. Magno autem frumēti numero nato & percepto, id omne ad mare deportandum curauit, & vendidit, pretio aliquantum imminuto. Hoc pacto magnas pecunias regi cōegit, & comparauit.
 Pag. 179. V. 10. scribe, Atque hæc locuta, eum iam & pro vobis, & c.
 Pag. 180. V. 16. scribe, 33. Thressa)
 Pag. ead. V. 27. scribe. Namque in eo victoria fidente summo duce Agesilao, fugatis, & c.
 P. 183. V. 25. post, de quo in Agesilao. adde, Sed quid sibi hæc verba volunt? Namque in ea victoria fidentem summum duce Agesilao, fugatis iam ab eo conductitiis cateruis reliquam phalangem loco vetuit cedere, & c. (sic enim habent omnes libri vulgati) quò refertur hoc totum, fidentem summum duce Agesilao: & à quo verbo, (vt grāmatici loquuntur) regitur? Præterea quid est illud, in ea victoria fidente? si Agesilao progredi non est ausus, qui victor esse potuit? Omnino locus est non sincerus. de quo cum mecum loqueretur, & communicaret Claudius Puteanus, diceretque sibi videri, legendum, in eo, vt subintelligatur, prælio: dubium illud quidem mihi non erat: sed horum verborum, in accusandi casu postorum, fidentem summum duce Agesilao, ratio non poterat expediti. Ego putabam locum esse deprauatum, & legendum, fidente summo duce Agesilao, in casu sexto, absolute accepto. fidente victoria autem Agesilao, sic interpretabar: qui sibi victoriam promittebat: qui spem victoriæ exploratam habebat. cuius quidem spei, & fiducia ratio probabilis erat, quia iam conductitiis cateruis fugauerat. Sic igitur totus hic locus legendus, Namque in eo victoria fidente summo duce Agesilao, fugatis iam ab eo conductitiis cateruis, reliquam phalangem loco vetuit cedere.
 P. 187. V. 27. scribe, supremo fine domari.
 P. ead. V. 34. post, à recto, opulens. adde, quo & Ausonius vtitur, poeta si non verus, at veterum diligens & prudens imitator, atque adeo æmulator. Sic igitur ille in catalogo urbium, de Mediolano loquens. Templā, palatinaeque arces, opulensque Moneta.
 Pag. 188. V. 20. scribe, εἰπὼν ὅ φωνία, ὅτι δὲ μὲν τῶν ἀρ.
 P. 189. V. 6. à Mausolo, Cariæ regulo,
 Pag. ead. V. 13. scribe, perfugium calamitatis?
 Pag. 194. V. 4. post, videntur pertinere. adde, Verumtamen Timotheum aduersus Olynthios bellum gessisse, vel ex Demosthene cognoscere licet, Olynthiaci 2. ibi.

Itaque Agefilanus, (vt scribit Xenophon in Agef.) eos non vituperabat, qui ab amicis deciperentur, quia scilicet non sua, sed amicorum infidelium culpa deciperentur: qui ab hostibus verò, aut inimico dolo circumuenerentur, & caperentur, eos prorsus reprehendebat. Idem, eos, qui nobis diffiderent, decipere, callidi & sollertis esse iudicabat: eos verò, qui fidem haberent, violare, scelerati & impij hominis esse existimabat.

